ACUTE DICTA OMNIUM VETERUM POETARUM LATINORUM...

Philippe Briet

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZ.
XL
B
44
NAPOLI

B H 44

BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XL
B
44
NAPOLI

Digitized by Google

XLB 44

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

ACVTE DICTA
OMNIVM VETERVM POETARVM LATINORVM.

OPVS EDITVM AD VSVM SERENISSIMI

DVCIS GVISII.

CVI PRÆFIXVM

PHILIPPI BRIETII ABBAVILLÆI, SOC. IESV SACERDOTIS, de omnibus iiſdem Poëtis

SYNTAGMA.

BIBLIOTECA NAZIONALE V. E. III - NAPOLI -

PARISIIS,
Apud F. Mvgvet, Regis ac DD. Archiepiſcopi Pariſ. Typogr. viâ Citharæ, ad inſigne trium Regum.

M. DC. LXIV.

CVM PRIVILEGIO REGIS.

Eſt Deus in nobis, ſunt & commercia Cœli,
Sedibus æthereis ſpiritus ille venit.
Ouidius lib. 3. de Arte amandi.

Et ſacri Vates, & Diuûm cura vocamur:
Sunt etiam qui nos numen habere putent.
Idem lib. 3. Amorum, Eleg. 9.

SERENISSIMO PRINCIPI
IOSEPHO LVDOVICO
A LOTHARINGIA,
DVCI GVISIO, IOYOSÆ
ET INCVLISMÆ,
FRANCIÆ PARI,
COMITI PONTIVI, &c.

Philippus Brietius Abbauillæus
Societatis IESV Sacerdos
S. P. D.

QVOD *bis mille, & amplius, mihi adoleſcentes commiſſi precibus ſuis extorquere non potuerunt* (SERENISSIME PRINCEPS) *vt hæc Acutè dicta Poëtarum, ſepoſita quondam in diſcipulorum meorum vſus, publici facerem juris, tu facilitate ingenij, atque diligentiâ expreſſiſti; vt oſtenderes quis aliquando futurus eſſes in flectendis ſubditorum animis, qui tantùm poſſes in eos, qui ſtudijs*

tuis excolendis, fingendiſque moribus præeſſent. Id quidem habes innatum tibi ex duplici familiâ Valeſiorum, atque Guiſiorum, quorum illi ex regio nati ſanguine felicitatem ſibi duntaxat, hi nihil præter voluntatem ad ſummam gloriam defuiſſe docuerunt. Verùm majores illi tui cum hæreditate ſuâ, & ſanguine difficilem tibi, & arduam reliquere prouinciam; bene mereri ſcilicet de omnibus, fulcire armis atque conſilio Regnum ac Religionem; tantùm ab improbis reformidari, quantùm diligaris à bonis, delicium eſſe Regis atque Regni, adeoque Orbis terrarum: quorum in te ſemina dum videmus illuſtria, hæc quantùm aſſurgent aliquando, & quò ſe ferent, expectamus auidè, & ſolicitè confouemus; quia tantorum bonorum jactura ſemper timenda eſt, vtpote multis nocitura. Has autem excellentiſſimas corporis, animique dotes litteris excolendas ſuſcepi, etiam rude donatus, & miſſione receptâ poſt humaniores litteras annis viginti duobus in varijs Societatis noſtræ Gymnaſijs, & Rhetoricam annis ipſis ſeptemdecim, ac potiſſimum in hoc Collegio Pariſienſi annis prope quatuordecim cum aliquâ laude traditas: vide-

licet vt ad te vnum edocendum paratior accederem, eſſetque rudimentum inſtitutionis tuæ, ter millium & ampliùs nobilium diſcipulorum inſtitutio. Quam ſine dubio in alio quocumque refugiſſem, ſuſcepi lubens, & ſponte; tùm quia me tibi ſubditum naſci voluit natura, tùm quod egregia indoles tua difficultates omnes muneri magiſtrorum alligatas ſic demulſit, vt eſſet inſtitutio tua litterarius ſine metaphora ludus, docendique de ſe difficile ac laborioſum onus, exoptandum redderes, ac voluptatem efficeres expetendam. Perge igitur quo cœpiſti pede, & perfer æquo animo tantiſper hominem addictiſſimum tibi, quo diù propter excellens ingenium, & ſingularem diligentiam non potes indigere. Præmium erit, vt ſpero, laboris mei, tuæque patientiæ, numeris omnibus abſolutiſſimus Princeps, etiam eruditione & cognitione rerum, quàm ſanguine & diuitijs major; atque digniſſimus, in quem vnum tot illuſtres familiæ confluxerint; vt collectus in te vno tot Heroum ſanguis, Heroem efficiat expectatione noſtrâ, & noſtris adeò votis, precibuſque ſuperiorem. VALE.

Lutetiæ Pariſiorum
Idib. Iunij 1664.

SERIES
POETARVM LATINORVM.

Quorum ACVTE DICTA *proponuntur in hoc Opere: ſicut & ejuſdem Operis*

SYNOPSIS.
LIBER PRIMVS.

Acutè dicta Veterum Latinorum Poëtarum à fine primi Belli Punici ad Auguſtum.

LIVIVS Andronicus.
Caius vel Cneus Næuius.
Quintus Ennius.
Statius Cæcilius.
Marcus Pacuuius.
Lucius Accius, *ſeu* Attius.
Publius Cornelius Scipio Africanus.
Marcus Accius Plautus.
Caius Lucilius.
Aulus Turpilius.
Publius Terentius.
Lucius Afranius.
Titus Lucretius Carus.
Marcus Tullius Cicero.
Quintus Tullius Cicero, *Marci frater.*
Marcus Terentius Varro.

Decimus Laberius.
Publius Syrus.
Valerius Cato Grammaticus.
Porcius Licinius.

LIBER SECVNDVS.
Acutè dicta veterum Latinorum Poëtarum Tempore Auguſti.

Caius Valerius Catullus.
C. Heluius Cinna.
Marcus Furius Bibaculus.
Publius Terentius Varro.
Laurea Tullius *Libertus Ciceronis.*
Domitius Marſus.
Octauianus Cæſar Auguſtus.
Publius Virgilius Maro.
Lucius Varius, & Plotius Tucca.
Cilnius Mecœnas.
Quintus Horatius Flaccus.
Publius Ouidius Naſo.
Albius Tibullus.
Sextus Aurelius Propertius.
Cornelius Gallus.
Caius Pedo Albinouanus.
Gratius.
Cornelius Seuerus.
Aulus Sabinus.
Caius Germanicus Cæſar.
Caius *vel* Marcus Manilius, *aut* Mallius, *ſiue* Manlius.
Caius Abronius Silo.

LIBER TERTIVS.

Acutè dicta veterum Latinorum Poëtarum ab Auguſto ad Conſtantinum.

Phædrus.
L. Iunius Moderatus Columella.
Lucius Annæus Seneca.
Marcus Annæus Lucanus.
Petronius Arbiter.
Marcus Valerius Phocas Grammaticus.
Aulus Perſius Flaccus.
Caius Sillius Italicus.
Publius Statius Papinius.
Caius Valerius Flaccus.
Marcus Valerius Martialis.
Decimus Iunius Iuuenalis.
Sulpitia *Vxor Caleni.*
Caius Plinius.
Caius Septimius Afer.
Terentianus Maurus.
Lucius Annæus Florus.
Caius Sulpitius Apollinaris.
Aulus, *aut potiùs* Lucius Septimius Seuerus.
Septimius Florens Tertullianus.
Quintus Serenus Samonicus.
D. Cæcilius Cyprianus.
Marcus Aurelius Olympius Nemeſianus.
Titus Calpurnius Siculus.

LIBER QVARTVS.

Acutè dicta veterum Poetarum Latinorum à Conſtantino ad Iuſtinianum.

Ablauius.
Rhemnius Fannius.
Cælius Lactantius Firmianus.

Publilius, *vel* Publius Optatianus Porphyrius.
Iuuencus Preſbyter.
Marius Victorinus Afer.
Rufus Feſtus Auienus.
Claudius Claudianus.
Marcellus.
S. Damaſus Papa.
Decius Auſonius.
S. Ambroſius *Mediolanenſis*.
Endeleichius Rhetor; *aliter* Seuerus Sanctus.
Merobaudes.
Licentius Hipponenſis.
Aulus Prudentius Clemens.
Rutilius Claudius Numatianus.
Proba Falconia, *ſeu* Faltonia.
Cælius Sedulius.
Dracontius.
Proſper Aquitanus.
Claudius Marius Victor.
Meropius Pontius Anicius Paulinus.
Benedictus Paulinus Petracorienſis.
Liberius.
Beliſarius.
Claudianus Mamertus.
Caius Solinus, *ſiue* Solius Sidonius Apollinaris.
Turcius Feſtus Aſterius.
Ruſticus Elpidius.
Alcimus, *ſeu* Alchimus Ecditius Auitus.
Marcus Felix Ennodius Ticinenſis.
Anicius Manlius, *ſeu* Manlius Torquatus Seuerinus Boethius.

LIBER QVINTVS.

Acutè dicta veterum Poëtarum Latinorum à Iuſtiniano ad Othonem tertium.

Priſcianus Grammaticus.
Arator Diaconus, ſeu Subdiaconus.
Corippus Grammaticus.
Martinus Dumienſis Abbas.
Decimus Venantius Honorius Clementianus Fortunatus.
S. Columbanus.
Eugenius Secundus, *ſeu* Iunior *Archiepiſcopus Toletanus.*
Drepanius Florus.
Petrus Collatius Apollonius.
Theodulphus *Aurelianenſis Epiſcopus.*
Hincmarus Senior, *ſeu Rhemenſis Archiepiſc.*
Gerbertus, *ſeu* Syluester Secundus *Papa.*
S. Fulbertus *Carnotenſis Epiſcopus.*

LIBER SEXTVS.

Acutè dicta Poeſeos Latinæ incertæ.

CAPVT PRIMVM.

Acutè dicta Poetarum Latinorum quorum tempus ignoratur.

Pulex.
Palladius Rutilius Taurus Æmilianus.
Caius Iulius Solinus *Polyhiſtor.*
Alcinoüs.
Sulpititius Lupercus Seruaſtus Iunior.
Pentadius. Valerianus.
Floridus. Regianus.
Euphorbus Cælius Firmanus Symphoſius.
Palladius Grammaticus.

Hilaſius.
Vomanus.
Maximianus.
Vitalis.
Baſilius.
Amœnus.
Aſmenus.
Iulianus.
Aſclepiadius.
Euſthemius.
Pompeianus.

CAPVT SECVNDVM.

Acutè dicta Carminum Latinorum quorum Authores ignorantur.

§. 1.

Prophanorum Poetarum Acutè dicta.

Moretum, *malè affictum Virgilio.*
Monaſtica de Moribus.
De Paupertate, Vitâ tranquillâ, &c.
Carmen in honorem Solis.
Paſiphaës Fabula.
Iudicium Coci, & Piſtoris Veſpæ, Iudico Vulcano.
De Phœnice Carmen.

§. 2.

Sacrorum ſeu Chriſtianorum Poetarum Acutè dicta.

Incertus Author de Chriſto.
Incertus de Baptiſmo Bæbiani, & morte Apræ.
Incertus de Cantico Moſis, &c.

PRÆFATIO.

CVM à Plutarcho Poëſis ingenioſè vocata ſit *pictura loquens*, vt & pictura *Poëſis muta*, ἡ ποίησις ζωγραφία λαλοῦσα. ζωγραφία δ' ποίησις σιωπῶσα. mirum profectò videri non debet, ſi in vtrâque facultate tyrones eodem excolantur modo. Quemadmodum ergo in arte pingendi rudes ſolent identidem oculos in tabulam conjicere, cuius perſonas & vultus repræſentare volunt; & vt habent in cubiculis ſuis & officinis Pictores egregia, vti vocant, magnorum Pictorum fruſta, quæ ſæpe contemplantur: Idem omnino Poëſeos candidatis præſtandum eſt. Quanquam enim diuinus ille furor à Deo tantùm concedatur nonnullis; fruſtraque ſibi arrodat vngues, qui non ſit à naturâ factus ad Poëſin: nihilominus innata vis illâ imitatione multùm perficitur, & magnum hactenus momentum attulit carmina tentantibus, legiſſe carmina. Sed quoniam à Veteribus eorum tanta eſt copia relicta nobis, vt non facilè ab omnibus prælegi poſſint omnia;

neque adoleſcentes ſeligere queant eximios illos Poëtarum fœtus, & lumina quæ parere ſolent admirationem: quicquid illuſtriſſimum eſt apud Poëtas veteres prophanos, atque Chriſtianos, & aptiſſimum ad afficiendos animos, atque permouendos, tuis oculis ſiſto, & quod vno pæne intuitu videre poſſis. Fateor me nequaquam notaſſe omnia, multaque excidiſſe mihi, quæ voles obſeruata: verùm tu præſtabis ipſe, quod in hoc opere deſiderares, & fortaſſe majori fructu. Ex his autem paucis colliges, quota ſit ingenij in Diuinis illis hominibus portio. Erunt hæ gemmæ quaſi ſemina, quæ in animo tuo vel ſimiles, vel fortè lucidiores excitabunt. Sæpe profuit vidiſſe magna, vt magna tentarentur. His fruere, & vale.

PHILIPPI BRIETII
E SOCIETATE IESV,
DE VETERIBVS POETIS LATINIS
QVORVM OPERA VEL FRAGMENTA ſuperſunt,

ΣΥΝΤΑΓΜΑ,
OPERIS HVIVS
ΠΡΟΘΕΩΡΙΑ,
ſeu
DE POETIS LATINIS IN GENERE
PRÆIVDICIVM.

VT ſe habent animantium corpora, & hominum maximè; ſic artes pæne omnes atque facultates procedunt. Naſcitur primùm homo, deinde adoleſcit, tum corroboratur in virum, denique ſeneſcit, ac deficit; Idem quoque in Poëſi hactenus deprehenſum eſt. Temporibus Næuij, Ennij, Lucretij, & aliorum eiuſdemmodi, quorum fragmenta dun-

taxat ſuperſunt, nobis viſa eſt vagire Poëtica, neque tam procedere quàm reptare: In Lucretio Caro ſenſim videtur adoleſcere, ſed in Catullo multò magis: In Marone, Horatio, Ouidio, Tibullo, Propertio, alijſque vſque ad Manilium atque Columellam ætatis eſt plenæ atque confirmatæ: Claudij & Neronis ætas, quæ Senecam, Lucanum, Perſium, Sillium Italicum protulit, iam deficere videtur; & quod dictionis puritate & nitore neſcit aſſequi, floribus crebris, & acuminibus conatur adipiſci. Hic itaque ſenectus Poëſeos incipit, ſed adhuc cruda & viridis. Domitiani verò, Neruæ, atque Trajani Imperia, quibus floruere Iuuenalis, Statius, Martialis, Valerius Flaccus iam deficientem Poëſin mirantur; ſed, vt ferebant Poëtarum ingenia, mox ſe meliùs, mox pejùs habentem, & quaſi valetudine ſemper incertâ atque inconſtanti. Exinde præcipitauit ſemper, eóque deuenit, vt tandem ad Rythmos deciderit. Quanquam non defuerunt pæne ſingulis ætatibus, aut ſæculis aliqui, in quibus cœleſtis huius ignis faces eluxerint; verùm in ijs vis illa, atque virtus conſtans non fuit; ſuperiori ſæculo viſa eſt reflo-

reſcere, immò & hoc noſtro corroborari. Verùm quàm arduum eſt ſenem ad juuentam reuocare, tam difficile Poëſin ad Maronis tempora reducere; quem Latinæ Poëſeos Deus ideam propoſuit; ad quem qui propius acceſſerit, optimus Poëta judicandus erit.

LIBER

LIBER PRIMVS
DE POETIS LATINIS,
A FINE BELLI PRIMI PVNICI AD AVGVSTI INITIA.

LIVIVS ANDRONICVS

PRINCEPS Latinorum omnium Poëta proponitur, qui pace primâ cum Pœnis compoſitâ fabulam docuit, anno ipſo antequam Ennius naſceretur, C. Claudio Centhone (hic Appij Cœci filius fuit) & M. Tuditano Coſſ. Vrbis Conditæ anno 514. vti tradunt Tullius in Bruto, & Gellius lib. 17. cap. 21. Ac videtur ſimile vero hanc ſuam fabulam propoſuiſſe Ludis Floralibus, qui hoc anno inſtituti ſunt, in quibus in honorem Floræ Meretricis ſcortu-

lum publicè nudabatur, cum indignatione omnium virorum frugi: quare malus hic Poëta turpibus hiſce ludis creditur proluſiſſe. Hujus autem vatis etiam fragmenta & ἀνά-λεκτα perierunt; non fuit tamen omittendus; quia primus Latinè cecinit.

CAIVS vel CNEVS NÆVIVS

Quinquennio ſecutus eſt Liuium Andronicum, vt tradit eodem loci idem Gellius, quem & ait bello primo Punico meruiſſe: idque ex Varrone, de Poëtis. Is autem proceribus Romanis, ac potiſſimum Metellis inuiſus propter maledicentiam, eorum operâ conjectus eſt in carcerem, ac Præfectis Triumuiralibus commiſſus, ſeruatuſque à duobus ſatellitibus, ibidem fabulas ſcripſit, ſubinde mentum fulciens manu; ad quod alludit in Milite glorioſo Plautus,

Nam os columnatum Poëta ineſſe audiui barbaro
Quoi bini cuſtodes ſemper totis horis accubăt.

Pupugit etiam ipſum Scipionem Africanum Superiorem, de quo ita cecinit,

Etiam qui res magnas ſæpe geſſit glorioſè;
Cujus facta viua nunc vigent, qui apud gentes ſolus
Præſtat, eum ſuus pater cum pallio vno ab amicâ abduxit.

Poſtea tamen ob fabulas & ingenium ſolutus eſt à Tribunis plebis, pollicitus emendaturum, quæ ſcripſiſſet in nobiles. Odioſus tamen ſemper Metellis, aliiſque nobilibus fuit, quorum tandem artibus Vrbe depulſus obiit Vticæ Olymp. CXLIV. hoc eſt, anno V. C. 551. Mundi 3851. quo Africanus Superior trajecit

in Africam. Pauca ejus ſuperſunt fragmenta; in quibus aliquid elucet ingenij.

Q. ENNIVS

Rudiis in Calabriâ natus eſt Coſſ. C. Manilio Turrino,& Q. Valerio Falione v.c.515. Olymp. cxxxv. an.2. Mundi 3815. Is Poëſin perpoliuit, imò & carmine adſtrinxit heroïco; quare de eo ſic cecinit Lucretius,

Qui primus amœno
Detulit ex Helicone perenni fronde coronam.

Et author Panegyrici ad Maximianum eum *Romani carminis primum authorem* appellauit. Stylus tamen ejus adhuc impolitus eſt, ac merito de eo ſic Ouidius loquitur,

Ennius ingenio maximus, arte rudis.

Et Maro ex Ennij ſtercore ſe gemmas legere dictitabat. Sillius Italicus ſcribit eum fuiſſe Centurionem 2. Bello Punico, aut potius finxit. Quadragenarius in Sardiniâ vixit, ibique M.Portiũ Catonem poſtea Cenſorem, tùm Prætorem, Græcas litteras docuit v.c. 550. Fuit & chariſſimus vtrique Scipioni Africano & Aſiatico; quare in monumento Scipionum ejus ſtatua marmorea proſtitit, juſſu Majoris Africani, vt ſcribit Valerius Maximus lib. 8. cap. 15. vnde Naſo

Ennius emeruit Calabris è montibus ortus
Contiguus poni Scipio magne tibi.

Vixit deinceps Romæ in Eſquiliis, tenui contentus victu, & vnius ancillæ miniſterio. Feſtus eum comparat ingenioſè cum vetuſtis arboribus, colendis potiùs ob religionem, quàm ſpeciem. Mortuus eſt Coſſ. Q. Marcio Philippo & Cn. Seruilio Cœpione v.c. 585. Olymp. CLII. anno 4. Mundi 3885. ſepultus

in monumento Scipionum Viâ Appiâ. Quidam tamen apud Hieronymum in Euſebij Chronico aſſerunt, ejus oſſa ex Ianiculo tranſlata. Fragmenta ejus collegit & doctiſſimis commentariis illuſtrauit Paulus Merula, vnde acutè dicta deprompſimus.

STATIVS CÆCILIVS

Natione Iuſuber Gallus, & forte Mediolanenſis, Comœdiarum ſcriptor fuit. Gellius eum ſeruum inclytum fuiſſe putat, idque colligit ex nomine Statij, quod eſt ſeruile; poſtea tamen verſum eſt in cognomen, ſicque dictus eſt Cæcilius Statius. Volçatius Sedigitus ei principatum inter Poëtas Comicos tribuit; licet Tullius ad Atticum vocet eum *malum Latinitatis authorem*: forte ei defuit ſtylus, fabula non item. Et vero P. Terentius ad eum deferebat fabulas ſuas, tanquam ad optimum cenſorem; quæ non eſt parua Cæcilij laus.

M. PACVVIVS

Patriâ Brunduſinus edidit Tragœdias. Vixit Romæ pictor egregius, cujus tabulas magni fieri Plinius obſeruat Romæ, vbi & fabulas vendidit ſuas. Deinde Tarentum abiit; quâ in vrbe prope nonagenarius obiit, inquit Hieronymus, Olymp. CLVI. anno 3. Natus erat ex ſorore Ennij; ejuſque illuſtris fabula fuit Oreſtes, cujus meminit Tullius in Lælio, eamque impensè laudat. Commendatur potiſſimùm Pacuuius à Quintiliano.

L. ACCIVS, vel ATTIVS

Fuit Pacuuio junior annis 50. vti ſcribit Tullius in Bruto, cum tamen ambo iiſdem Ædilibus fabulas ediderint. Petrus Crinitus

eos contubernales perperam facit, quia inciderat in malum Ciceronis codicem, in quo ineptè legebatur *iiſdem ædibus*, pro *iiſdem Ædilibus*, vt rectè Gerardus Voſſius obſeruauit. Gellius ſcribit eum parentibus libertinis natum, & relatum inter eos colonos, qui ex Vrbe ad Piſaurum miſſi ſunt, vbi & fundum poſſedit de ejus nomine dictum Accianum. Porro jam ſenex Pacuuio Tarenti aut Brunduſij ſuum Atreum recitauit, cùm ad eum diuertiſſet: hanc fabulam multùm laudauit Pacuuius: in eâ tamen aliqua duriuſcula reperit, quæ ille bona eſſe dixit, & ſimilia durioribus pomis, quæ meliùs conſeruantur, neque facilè computreſcunt, ſed tempore ipſo miteſcunt. Fuit autem idem Accius chariſſimus D. Iunio Bruto Callæco, qui templa à ſe conſecrata hujus Poëtæ verſibus exornabat, vt tradit Tullius pro Archia Poëta, & Valerius Max. l. 8. cap. 14.

P. CORNELIVS SCIPIO AFRICANVS

Verſum vnicum nobis reliquit, ſed qui inſtar multorum eſſe poſſit. Vtrum autem is ſit Superioris Africani, an Poſterioris, & Æmiliani, dubium eſt: victa tam fortiter libido à Superiore, huic profectò dictum hoc vindicare debet.

M. ACCIVS PLAVTVS

Ita dictus à planis pedibus, *plat-pied*: natione Vmber, patriâ Sarſinas fuit. Hunc tanti fecit Quintilianus, vt aſſereret, *Muſas, ſi loquerentur, Plautino ſermone locuturas*: Quem ſcribit Hieronymus in Chronico Euſebij *propter annonæ difficultatem ad molas manuarias piſtorum ſe locauiſſe, & ibi quoties vacaſſet,*

ſolitum ſcribere fabulas, ac vendere: Gellius autem ſcribit Plautum erogaſſe pecuniam omnem ſuam in Scenicis ornamentis; ſicque ad ſummam egeſtatem redactum, coactum eſſe piſtori operam ſuam locare ad verſandas truſatiles molas. Eum etiam ibidem tradit mortuum anno 1. Olymp. CXLVI. ſed reclamat Tullius, qui mortem ejus affigit anno v. c. 570. & Coſſ. P. Claudio Pulchro & L. Porcio Licinio, igitur Olymp. CXLIX. anno 1. quæ apud Voſſium ex incuria Typographi mirè corrupta ſunt. Vtrum autem fuerit author Comœdiarum quæ ei adſcribuntur, & an aliquæ non ſint adjudicandæ potius Plautio Comico ejus συγχρόνῳ, alterius eſt operis.

C. LVCILIVS

Romanus Eques ex Sueſsâ Pometiâ vrbe Aruncorum non procul à Pomptinâ palude ortus fuit (aliqui tamen Canuſinum fecere) magnus auunculus Cneij Pompeij Magni, ſi qua Porphyrioni fides: & vero hujus Pompeij mater Lucilia dicebatur. Militauit ſub Iuniore Africano bello Numantino. Horatij commentator ait eum fuiſſe ita familiarem Scipioni Africano & Lælio, vt hunc in conuiuio inter triclinia obtortâ mappâ quaſi feriturus ſequeretur. Arguitur quod Græca Latinis miſcuerit, neque tam Satiram quàm ſaturam ſcripſerit. Horatius eum *Lutulentum* & *Impolitum* vocat: quod tamen inficiari videntur Quintilianus & A. Gellius: certè hic lib. 18. cap. 5. noctium Atticarum vocat *Lucilium virum apprimè Latinæ linguæ ſcientem.* Vide de eo judicium Quintiliani lib. x. Oratoriarum Inſtitutionum cap. 1. Macro-

bius lib. 7. Saturnal. cap. 16. nominat eum *acrem, & violentum Poëtam.* Octo primi verſus Satiræ x. lib. 1. Horatiani, vulgò Lucilij creduntur eſſe. Natus Olymp. cxxxviii. obiit Olymp. cxlix. ætatis 46. Neapoli publico elatus funere, vt ſcribit Hieronymus, quia tum Satiras edere glorioſum erat, quæ poſtea periculosè ſemper emiſſæ ſunt: Reliquit 30. Satirarum libros, quorum ſuperſunt tantùm fragmenta, quæ Franciſcus Douza edidit, & notis illuſtrauit; & quæ proſtant cum commentariis Crucquij in Horatium, Lugd. Batauorum anno 1597. à Raphalengio. Tumentiorem fuiſſe innuere videtur hic Iuuenalis verſus Satira 1.

Per quam magnus equos Auruncæ flexit alumnus.

Metrophanem ſeruum habuit, cujus fidem & induſtriam in ſuis Satiris commendauit.

A. TVRPILIVS

Comicus Poëta obiit admodum ſenex Sinueſſæ, Olymp. cxlix. eodem anno quo Lucilius v. c. 570. Coſſ. P. Claudio Pulchro & L. Porcio Licinio; quo M. Portius Cato famoſam illam & rigidam cum L. Valerio Flacco egit cenſuram. Fabulæ ejus aliquot numerantur: ætate *σύγχρονος* fuit Terentio, & Menandrum, vt ille, conatus eſt imitari.

P. TERENTIVS

Afer, conditione ſeruus: quo verò bello captus fuerit, deductuſque Romam, ignorari ſcripſit Ælius Donatus. Deinceps autem libertate donatus eſt, & diligenter excultus operâ Terentij Lucani patroni ſui. Fuit adeo familiaris P. Scipioni Iuniori Africano & C.

Lælio Sapienti, vt ejus Comœdiæ à Lælio (teſte Tullio) vulgò ſcriptæ putarentur: & his Scipionem quoque manum adhibuiſſe quidam ſcribunt, quod ille non videtur inficiari, imò ſibi vertere gloriæ in Adelphorum Prologo his verſibus,

Quod illi maledictum vehemens exiſtimant,
Eam laudem ducit maximã; cum illis placet,
Qui nobis vniuerſis & populo placent:
Quorum opera in bello, in otio, in negotio
Quiſque tempore vſus eſt, ſine ſuperbia.

In Arcadia obiit Olympiad. CLV. anno 3. vt ſcribit Hieronymus, qui addit *eum Cæcilio multùm ſe miranti Andriam legiſſe*: Marianus Scotus *Achaiam* pro *Arcadia* repoſuit: addunt quidam & Arcadiæ locum, *Symphalum*: alij volunt, dum Romam redit, hunc periiſſe naufragio, cum centum octo fabulis, quas ex Menandro latinas effecerat, magno vtique rei litterariæ damno, ſeu vectorem, ſeu vecturam ſpectaueris. Alij ex mœrore amiſſarum fabularum naufragio, cum eas Romam præmiſiſſet, à ſe ex Græco Menandri conuerſas. *Andria* acta eſt anno v. c. 588. *Hecyra* primùm (nam ter data eſt) 589. *Heautontimorumenos* 591. *Eunuchus* 593. ſicut & *Phormio*; *Adelphi* denique 594. quæ omnibus mirificè placuerunt, neque tamen ſuperauerunt inuidiam. Author eſt terſiſſimæ Latinitatis; & quos vſurpat Tullius accuratiores loquendi modos in libris de Oratore, eos ex Terentio videtur eſſe mutuatus. Argumenta fabularum ejus ſcripſit Sulpitius Apollinaris Grammaticus; Comœdias omnes illuſtrauit Ælius Donatus; ab adoleſcentibus non ta-

men facilè perlegendas; cum hæ plus eorum moribus nocere, quàm ingeniis prodeſſe queant.

L. AFRANIVS

Comicus, Togatarum & Atellanarum ſcriptor paulò junior fuit quàm Terentius, de quo ita cecinit

Terentio non ſimilem dices quempiam.

Hos tamen Velleius Paterculus lib. I. ætate ſuppares facit cum Cæcilio, Tullius in Bruto Afranium *peracutum* vocat, & *in fabulis diſertum.* Velleius ei tribuit *dulces Latini ſermonis facetias.* Conatus eſt imitari Menandrum, vt teſtatur Horatius. Arguitur à Quintiliano quod *argumenta ſua fœdis puerorum amoribus inquinarit, ſicque mores ſuos ſit faſſus.* Quod etiam innuit Auſonius.

T. LVCRETIVS CARVS

Ex Lucretiorum Romanâ illuſtri familiâ. Poëma ſuum nuncupauit Caio Memmio, ſuo quondam condiſcipulo, qui accuſatus, à Cæſare licet, de malè adminiſtrata Bithyniæ Præfectura, abſolutus eſt : poſtea tamen accuſatus ambitûs, quamuis à Cicerone defenderetur, causâ cecidit, & exul abiit in Græciam. Natus ſcribitur Lucretius Olymp. CLXXV. anno 2. hoc eſt, v. c. 543. obiit vero 584. Pompeio & Craſſo Coſſ. ætatis 36. *melius* 40. quo primum togam virilem ſumpſit Virgilius. Tradit idem Hieronymus ad Olymp. CLXXI. *Eum amatorio poculo in furorem verſum, aliquot libros per interualla ſcripſiſſe, quos poſtea Tullius emendauit; & propriâ ſe manu interemiſſe anno ætatis quadrageſimo.* Sed de vitæ hujus annis ſcriptores mi-

nùs conueniunt, de inſania omnes, & turpiſſimis moribus, quos nimis prodidit in ſuis verſibus, duris quidem, ſed valdè Latinis, & Tullij limâ digniſſimis. Dubitatur autem, vtrum verſus hic Statij ſit intelligendus de ejus inſania, vel poëtico afflatu,

Et docti furor arduus Lucreti.

At hunc *Diuinum* vocauit Ouidius

Carmina Diuini tunc ſunt moritura Lucreti,
Exitio terras cum dabit vna dies.

M. TVLLIVS CICERO

Quàm excellens Orator fuit, tam malus poëta, qui tamen ex poëtica ſibi gloriam quæſiit. Natus v. c. 648. Coſſ. Q. Sexuilio Cœpione, & C. ſeu Q. Attilio Serano. Obiit in Triumvirorum proſcriptione anno v. c. 711. quo anno Panſa & Hirtius geſſere Conſulatum. Mala reliquerat carmina, quæ intercideruut, eorumque dumtaxat ſuperſunt fragmenta: reſtant tantùm Arati Phœnomena ab eo adoleſcente Latinè reddita, eaque non integra; ſed ſuppleta ſunt ex ejuſdem Ciceronis lib. 2 de natura Deorum, 2. de Legibus, & Lactantio. Ex his aliqua delibauimus, quæ fortaſſe Lectori non diſplicebunt.

QVINTVS CICERO

Marci frater eodem tempore cum ipſo vixit, ſcripſit enim ad eum Tullius nobilem illam epiſtolam paræneticam de prouinciæ adminiſtratione; vt idem Quintus ad illum de petitione Conſulatûs. Vir quoque militaris fuit, & egregiam Cæſari in bellis Gallicis nauauit operam. Fratre ſuo longè meliores verſus excudit, & tam bonos, vt quibuſdam injecta ſit ſuſpicio huic affictos eſſe: ſed hæc

conjectura paucorum eſt.

M. TERENTIVS VARRO

Vir doctiſsimus undequaque, vt de eo canit Terentianus Maurus, *quo nemo doctior apud Græcos, & Latinos vixit*, inquit Lactantius Firmianus; vt tradit Dionyſius Halicarnaſſius, *vir vnus omnium qui ſua ætate floruerunt, longè peritiſſimus.* Cum M. Cicerone vixit, eoque vſus eſt familiariter. Scripſit Satiras, quas ipſe Menippeas appellauit à Menippo, dictas quoque Cynicas. Habemus ejus fragmentum in carmine de inſepultis. Hieronymus ſcribit hunc M. Terentium Varronem prope nonagenarium Olymp. 188. anno 1. interiiſſe. Vide quàm multa in ejus laudem protulit Tullius in Academicis quæſtionibus; & noli hunc cum P. Varrone Attacino confundere.

DECIMVS LABERIVS,
& PVBLIVS SYRVS.

Ambo mimorum ſcriptores à nobis conjunguntur, quia eorum fragmenta ſimul conjuncta ſunt, neque facilè poſſunt ſeparari. Ætate etiam ſuppares extiterunt, quanquam Syrus Laberio junior fuiſſe colligitur ex Hieronymo: Laberius enim ſcribitur floruiſſe Olymp. CLXXXI. anno 3. id eſt, v. c. 700. quo M. Craſſus Parthos aggreſſus eſt: obiiſſe autem anno 2. Olymp. CLXXXIV. Puteolis decimo menſe poſt Iulij Cæſaris interitum, hoc eſt, v. c. 711. C. Vibio Panſa, & A. Hirtio Coſſ. quo ſcribitur Publius natione Syrus ſcenam tenuiſſe. Laberius autem Romanus Eques fuit mimorum ſcriptor egregius, qui jam ſexagenarius authoritate Iulij

Cæſaris Dictatoris theatrum aſcendere compulſus eſt; quâ de re ita ſe excuſat

Etenim ipſi Dij negare cui nihil potuerunt
Hominem me negare, quis poſſet pati?

Verùm procedente tempore ipſum Cæſarem offendit, & maximè hoc verſu

Porro Quirites libertatem perdimus,

Item & iſto

Neceſſe eſt multos timeat quem multi timẽt.

Quare cum ageret mimum in eádem ſcenâ cum P. Syro, Cæſar huic palmam adjudicauit: nihilominus Laberium donauit pretioſo annulo additis ſeſtertiis ducentis: quare ſequenti commiſſione æquo ſe animo ferre ignominiam ſuam pronuntiauit, cecinitque non eſſe perpetuas hominum victorias.

VALERIVS CATO GRAMMATICVS

Barſeni cujuſdam libertus ex Galliâ fuit. Pupillus relictus Syllanis temporibus exutus eſt patrimonio, vt ipſe queritur. Docuit Poëticen ipſe nobilis Poëta, vt ex his verſibus intelligitur, quos Suetonius profert lib. 1. de Grammaticis

Cato Grammaticus Latina Siren,
Qui ſolus legit, & facit Poetas.

De ejus variis operibus eúndem conſule Suetonium: ejus habemus *Diras*, quæ ſunt Suetonij *Indignatio*. Vixit ad ſummam ſenectutem, ſed inops, abditus modico gurguſtio, poſtquam Tuſculanâ villâ ceſſiſſet creditoribus ſuis. Vnde illi Bibaculi verſus à Suetonio laudati.

Catonis modo, Galle, Tuſculanum
Tota creditor vrbe venditabat:
Mirati ſumus vnicum magiſtrum,

Summum Grãmaticum, optumum Poetam,
Omnes ſoluere poſſe quæſtiones,
Suum difficile expedire nomen.

Meminerunt quoque ejuſdem Catonis Catullus & Ouidius, quem ille ſibi σύγχρονον videtnr innuere

Quidquid amas Cato-Catullum.

Diras autem hactenus Virgilio adjudicatas viri docti ſuperiori ſæculo authori ſuo reſtituerunt, vterque Scaliger Pater & filius, aliique complures: notis autem illuſtrauit Cl. Arnoldus, & publici juris fecit Lugd. Batauorum anno 1652. præferunt quoque ejus nomen diſticha de Moribus, ſed reuerâ, omnium peritorum judicio, Auſonij ſunt, cui nos iſta reſtituimus.

PORCIVS LICINIVS

Ex Liciniorum familiâ nobili ortus, ingenio facili, & eleganti, maxime in Epigrammatis; σύγχρονος videtur Catonis fuiſſe, neque plura de eo memorantur.

LIBER SECVNDVS DE POETIS LATINIS TEMPORE AVGVSTI.

C. VALERIVS CATVLLVS

AB Hieronymo Poëta Lyricus dictus, & Veronæ natus ſcribitur Olymp. CLXXIII. an. 2. mortuus Romæ 30. ætatis anno, Olymp. CLXXX. anno 4. Vrb. Cond. 697. Coſſ. P. Cornelio Lentulo Spinthere, & Q. Cæcilio Metello Nepote, quo Tullius ab exilio reuocatus eſt: certè natalis ejus annis 18. Virgilij natales præceſſiſſe ſcribit Suetonius. Pater ejus Iulij Cæſaris hoſpitio vſus eſt familiariter: igitur obſcuro loco natus non erat, vt aliqui putauerunt. Ingenio autem ſuo meruit M. Tullij Ciceronis patrocinium. Deductus eſt primùm Romam à Mallio, cujus nuptias poſtea celebrauit. Quanquam autem Iulio Cæſari Iure hoſpitij conjunctus eſſet, eum nihilominus pupugit acerbo carmine, quod *Mamurram* inſcripſit. In quo laudat idem Suetonius

Iulij facilitatem, qui *quanquam perpetua ſtigmata*, hoc carmine, *videret inſcribi, eum nihilominus cœna adhibuit, ſimulque hoſpitio ſuo, non ſecus ac antea, vti conceſſit.* Verſus ejus duriuſculi videntur eſſe, quod etiam vterque Plinius obſeruauit; ſed in iis puritas Latina viget. Scripſit Odas, Hexametra, Elegias, Epigrammata; mortuus ætatis ſuæ anno circiter trigeſimo; quare malè de eo ſic ceciniſſe legitur Martialis,

Sic forſan tener auſus eſt Catullus
Magno mittere paſſerem Maroni.

Hoc eſt, *opus ſuum*, cujus primum Epigramma *de paſſere inſcribitur.* Niſi fortè confugias ad hanc vocem, *forſan*, quæ vox dubitantis eſt, non aſſerentis.

C. HELVIVS CINNA

Nobilis Epigrammatis ſuis & Poëmatis extitit, & claruit eâdem ætate, quâ Catullus. Miram adhibuit in pangendis, & abſoluendis carminibus diligentiam, multoſque annos inſumpſerat in *ſua Smyna* ſcribenda, quod carmen L. Craſſitius commentario illuſtrauit; atque inde aliquod nomen ſibi fecit, dignuſque judicatus eſt, qui Epigrammate pungeretur. Non deſunt quidam, qui hunc Cinnam noſtrum, eſſe putent C. Heluium Cinnam Tribunum plebis, quem cæſo Cæſare Iulio Populus Rom. occidit, ejuſque caput per Vrbem circumtulit; quaſi is eſſet Cornelius Cinna Prætor, qui pridie in Cæſarem, grauiter concionatus erat, vt ſcribunt Suetonius atque Dio. Porro Tribunus plebis Cinna nocte quæ mortem Cæſaris præceſſit, ſomniarat per quietem ſe ad cœnam à Cæſa-

re inuitari, atque inuitum ab eo abduci. Non deſunt tamen aliqui, qui C. Heluium Cinnam Poëtam noſtrum cum Marone vixiſſe putent, & Virgilium eo familiariter vſum; in quam ſententiam inclinare videtur Lælius Giraldus. Superſunt etiamnum ejus aliqua de Achille, Telepho, Xerxe, quæ verè ſunt poëtica, & bonæ notæ.

M. FVRIVS BIBACVLVS

Patria Cremonenſis; quidam tamen hunc vocant Fuſium; Romæ diu vixit, obeſo corpore, vir facetus, & εἴρων; adeo vt vix ſibi temperaret, quominus etiam in ſe ſuumque nomen iocaretur. Sed viciſſim eum riſit Horatius, ejuſque eſt

Iuppiter Hibernas canâ niue conſpuit Alpes.

Pupugit idem Furius Orbilium Grammaticum hoc Iambo.

Orbilius vbinam eſt litterarum obliuio.

Perſtrinxit & Iulium Cæſarem Epigrammatis conuicio refectis, vt ſcribunt Tacitus, atque Suetonius. Nec etiam amicis ſuis pepercit, vt Valerio Catoni, quem in Phalæcis ſuis ingenioſè deriſit, quaſi ſuis rebus non ſatis conſulentem.

P. TERENTIVS VARRO

Attacinus ex Attace vico Prouinciæ Narbonenſis (quidam tamen Atratinum dicunt & Romanum ex nobili familiâ Atratinâ) vir magnæ eruditionis, & diligentiæ. Scripſerat Argonautica, à Grammaticis quibuſdam impensè laudata; Epigrammata item, & Elegias, in quibus meminit Leucadiæ puellæ, quam deperibat. Eum Virgilius magni fecit, & imitatus eſt. Videbis autem, ne eum cum

M. Terentio Varrone confundas, quod plerique fecerunt.

LAVREA TVLLIVS

M. Tullij Ciceronis Libertus, & patrono ſuo chariſſimus propter ingenium, geminuſque Tyroni, altero item Tullij Liberto. Adſcribit ei Plinius Epigramma de Aquis Academicæ villæ Ciceronis: quanquam dubitet Petrus Crinitus, an author hujus Epigrammatis fuerit Libertus Ciceronis; ſed cur dubitarit nulla apparet cauſa.

DOMITIVS MARSVS

Epigrammata edidit plurimùm à veteribus celebrata: ſcripſerat & *Amazonida*, hoc eſt, carmen de Herculis expeditione aduerſus Amazonas, quod ſpernere videtur hoc verſu Martialis

Quàm lenis in tota Marſus Amazonide.

Irretitus fuit amoribus puellæ Melænis, vt ſcribit Ouidius. Orbilio quoque Grammatico illi plagoſo illuſit, de quo Horatius, quem hoc carmine ſugillauit,

Si quos Orbilius ferula, ſcuticiſque cecîdit.

OCTAVIANVS CÆSAR AVGVSTVS

Non tantùm fortis & prudens, ſed & litteratus fuit, & poëticis rebus excultus. Natus eſt vrb. cond. 691. M. Tullio Cicerone, & C. Antonio Nepote Coſſ. adoptatus à Cæſare v. c. 710. ex Octauio, more ſolito, dictus eſt Octauianus, cui anno v. c. 727. additum eſt curante L. Munatio Planco Auguſti nomen, vt deinceps ſacer & venerandus haberetur. Quæ huic tribuuntur carmina, dubia ſunt; ſed ea commemorare debuimus, ne vir tantus fœtu aliquo priuaretur, ſaltèm adoptiuo.

Mortuus eſt v.c.767. Chriſti 14. duobus Sextis Pompeio & Apuleio Coſſ. Nolæ in Campania, aut naturali morte, aut ficubus veneno illitis: vir, qui numquam imperare debuerat, ſi ſpectes ejus initia; ſi finem, qui numquam mori.

P. VIRGILIVS MARO

Poëtarum Latinorum facilè Princeps, cujus tempora ſic diſtinguit Hieronymus in Chronico Euſebij,

Olymp. CLXXVII. *anno 3. Virgilius Maro in pago Andes, non procul à Mantuâ naſcitur, Pompeio & Craſſo Coſſ. v. c.* 640. quo Tullius Verrem accuſauit. Natus autem Idibus Octobris, vnde Martialis,

Natales Maro conſecrauit Idus.

Olymp. CLXXX. *anno 3. ſtudiis Cremonæ eruditur;* hoc eſt, v. c. 696. Coſſ. Gabinio & Piſone, quando Cicero exulauit.

Olymp. CLXXXI. *ſumptâ togâ Mediolanum tranſgreditur, & poſt breue tempus Romam pergit,* v. c. 698. quo Cato Cyprum ordinabat.

Denique Olymp. CXC. *anno 2. Brunduſij moritur Maro Sentio Saturnino & Lucretio Cinna, Coſſ. oſſa Neapolim tranſlata in ſecundo ab vrbe milliario ſepeliuntur, titulo iſtiuſmodi ſupra ſcripto, quem viuus ipſe dictauerat,*

Mantua me genuit, Calabri rapuere, tenet nunc
Parthenope: cecini paſcua, rura, Duces.

Sic Hieronymus. De quo tamen Epitaphio merito dubitari poteſt: quomodo enim viuus reſcire potuit oſſa ſua Neapolim tranſferenda,

Hic autem annus, Conſules habuit Q. Sentium Saturninum, & Q. Lucretium (quem vnus Hieronymus Cinnam vocat, alij Veſpillonem) hique annum vrb. cond. 757. inſignierunt. Æneidem ſuam, flammis juſſerat aboleri: verùm prohibuit Auguſtus, eamque emendandam tradidit L. Vario & Plotio Tuccæ (quos Hieronymus Olymp. cxc. vocat Virgilij contubernales) eâ tamen lege, vt nihil adderent. Quantum autem in concinnandâ Æneide ſua laborarit, agnoſces ex fragmento Epiſtolæ ejuſdem ad Octauianum, cujus meminit Symmachus: Laudatur eximiè à Statio, & Sillio, & à quo non? niſi forte à Carbilio inepto homine, qui librum inſcripſit de Virgilianis erroribus, & inſcribitur Virgiliomaſtix: Caligula quoque inſanus aiebat Virgilium nullo ingenio, nullâque doctrinâ fuiſſe. Atque vtinam eos non imitatus eſſet, qui Poëma ſcripſit de Conſtantino. Certè Populus vniuerſus Romanus eum tanti fecit, vt ei abſenti, dum recitarentur ejus verſus, & præſenti aſſurrexerit, vt ſcribit Tacitus. Tradit tamen Ælius Grammaticus eum *paulò tardiorem fuiſſe in loquendo, pæneque indoctum & ſubagreſtem.*

Obiit autem Virgilius Tarenti vel Brunduſij, dum pergeret ad viſendum Metapontum in Calabriam: & obiit ex nimio cœli æſtu, atque itineris labore. Cæterum Poëta caſtiſſimus fuit, ideoque Parthenius nuncupatus. Immeritò igitur Gerardus Voſſius ſuſpicatur eum jubente Mecœnate Priapeia collegiſſe; quia (inquit) in hortis Mecœnatis ſacellum erat Priapo dedicatum, quæ non eſt

hominis ſobrij ratiocinatio. Olymp. CLXXXIV. anno 4. V. C. 713. in diſtributione agrorum iniquiſſimâ Cremonenſi poſſeſſiones ſuas, immò & vitam tantùm non perdidit: ſed eum ſeruauerunt & præſtiterunt incolumem Aſinius Pollio, Varius, & Cornelius Gallus: ideóque vt his ſe gratum præberet, Bucolica ſcripſit, quæ fuerunt in pretio. Per hos cognitus Auguſto & aliunde, vt medicus non ignobilis, equorumque ſanandorum gnarus, ejus ſtabulis præfectus eſt. Aiunt Grammatici quidam Marcum Tullium auditis verſibus ex Bucolicis Virgilianis exclamaſſe, *Magna ſpes altera Roma*, quod poſtea Maro ſuæ Æneidi inſeruit. Poſita fuerat ei ſtatua Mantuæ, quam Carolus Malateſta præpoſterâ religione ſuſtulit, ante annos ducentos, ſed poſtea alia repoſita eſt: cui tamen ineptè adjuncta eſt ſtatua Io. Baptiſtæ Mantuani Carmelitæ, qui tamen tantùm diſtat à Marone, quantùm ſimia ab homine. Tanti nominis Virgilij fuere verſus, vt ſortes Virgilianas effecerint, quæ etiam Chriſtianis prohibendæ fuerunt. Vide quæ de Virgilio Lacerda noſter ſcripſit, congeſſitque in fronte trium prægrandium voluminum, quibus ejus opera illuſtrauit.

L. VARIVS

Virgilij & Horatij contubernalis, cum Plotio Tuccâ emendauit Æneidem, juſſu Auguſti, cum vtrique eam incendendam ipſe commiſiſſet. Chariſſimus fuit Auguſto Varius, vnde Horatius ad eundem Auguſtum,

Dilecti tibi Virgilius, Variuſque Poëta.

Quem & pariter idem Horatius magni fecit,

eumque Od. 6. libri 1. *Mæonii carminis alitem* nominauit. Vide tamen ne hunc cum Quintilio Varo confundas, vt quidam parum cauti fecêre.

CILNIVS MECOENAS

Romanus Eques, & hoc ordine contentus, quamuis ex Etruſcis Regibus ortus (vt canit Horatius) & Octauiano Auguſto adeo charus, vt omnia ſperare poſſet. De eo vide quæ habet Lælius Gyraldus dialogo 4. de poëtarum hiſtoriâ, pag. 151. 152. 153. Amauit eruditos omnes, vnde jactatus ille à Grammaticis verſus,

Sint Mecœnates, non deerunt, Flacce Marones.

Mollior ejus fuit poëſis, ſicut & vita, quæ etiam amicus Auguſtus irriſit, eumque κακόζηλον appellauit.

Q. HORATIVS FLACCVS

Apulus Venuſinus, acceptiſſimus Mecœnati, potor egregius, ſectâ Epicureus fuit: nam de ſe ita cecinit,

Me pinguem & nitidum, & bene curatâ cute, dices,
Cum ridere voles Epicuri de grege porcum.

Patre libertino natus erat, vt ipſe profitetur,

Quem rodunt omnes Libertino patre natum.

Natus Olymp. CLXXVIII. anno 4. hoc eſt, v. c. 689. Coſſ. L. Aurelio Cotta, & L. Manlio Torquato, duobus circiter annis ante conjurationem Catilinæ. Traditus eſt erudiendus Orbelio Grammatico, quem ipſe *plagoſum* vocat, fortè ejus ferulam, ſcuticamque ex-

pertus. Deinde Athenas ſe contulit, vbi Philoſophiam didicit, ſed Epicuream. Bello ciuili Philippico Tribunus militum, fugit *relictâ non bene parmulâ*, vt ipſe canit. Poſtea Mecœnatis operâ etiam Auguſto chariſſimus extitit. Obiit v. c. 746. Coſſ. C. Marcio Cenſorino, & C. Aſinio Gallo, eodem anno quo Meçœnas. Hic quandiu vixit (vixit autem annis quinquaginta ſeptem, aut 50. vt vult Hieronymus, aut 59. vt Suetonius in ejus vita) *mentem tantùm ſanam, in corpore ſano* exoptauit, & *omnia pinguia præter ingenium.* Corpore breuis fuit, vt fatetur ipſe, & ſcribit Auguſtus, qui eum ab Epiſtolis habere voluit; quod tamen munus ille recuſauit, & noluit hoc honore ſuam vendere libertatem. Excellit in Lyricis, & nemo in hoc genere Poëſeos eum aſſequi potuit: In reliquiis dictio ejus eſt admodum polita & terſa, atque idea exquiſitiſſimæ latinitatis. De titulis ejus operum, conſule Gerardum Voſſium de Poëtis latinis pag. 29.

P. OVIDIVS NASO

Genere Pelignus, patriâ Sulmonenſis, vt ipſe aſſerit,

Me pars Sulmo tenet Peligni tertia ruris,
Parua, ſed irriguis ora ſalubris aquis.

Quia Peligni in Corſinienſes, Equanos, & Sulmonenſes diuidebantur. Natus eſt autem patre Equite, vt ipſe canit,

Cum cecidit fato Conſul vterque ſuo.

Hoc eſt, Coſſ. C. Vibio Panſa, & Aulo Hirtio, qui ambo in prælio Mutinenſi extincti ſunt, v. c. 711. Miræ in fundendis verſibus facilitatis fuit, adeo vt de ſe canat,

Quicquid tentabam dicere verſus erat.

Quare à patre reprehenſus eſt ſæpe. Itaque dedit operam Eloquentiæ ſub Arellio Rufo, & Portio Latrone Rhetoribus. Exinde Latum aſſumpſit clauum, treſque vxores duxit; duabuſque repudiatis ſeruauit tertiam, fideliſſimam expertus, etiam dum exularet ipſe. Moribus fœdiſſimis fuit, ſicut & verſibus: quare juſſu Auguſti Tomos relegatus eſt in Scythiam Minorem, ſeu Inferiorem Mœſiam, vt hic turpes ejus ignes frigore extinguerentur. Et vero ex ejus carminibus hauſiſſe impudicitiam credita eſt Iulia filia Auguſti; hæcque ratio vulgò ejus exilij proponitur: Verùm hanc falſam eſſe certum eſt; quia de cauſa exilij ſui ſic ipſe ſcribit,

Lingua ſile; non eſt vltra narrabile, quidquã

Et aliàs,

Nec bene, nec tutum peccati quæ ſit origo
Dicere; tractari vulnera noſtra timent.

Itaque alia cauſa occulta quærenda eſt. Primam proponit Sidonius Apollinaris, nempe quod Iuliam Auguſti filiam vitiaſſet, quam ſæpe ſub Corinnæ nomine interpellat; ſic enim Sidonius,

Quondam Cæſarea nimis puella
Fœdo carmine ſubditum Corinnæ.

Alteram ſubjiciunt alij, nempe eum vidiſſe Auguſtum turpiter cum Iuliâ filiâ jacentem: quod & innuit ipſe Triſtium III.

Inſcia quod crimen viderunt lumina, plector,
Peccatumque oculos eſt habuiſſe meos.

Cui opinioni fauere viſus eſt Caligula, dum matrem ſuam ſpernebat, quaſi ex incœſto concubitu Auguſti, cum filia ſua Iulia, prognatam,

Excellit Elegiaco carmine; Metamorphoſeon ſtylus paulo humilior, & Virgiliano multùm decedens, vt conſtat ex vtriuſque comparatione in ſimili materiâ, de canibus leporem aut ceruum venantibus: ſic enim Ouidius libro primo Metamorphoſeon

Vt canis in vacuo leporem quem Gallicus aruo
Quærit, & hic prædam pedibus petit, ille ſalutem;
Alter inhæſuro ſimilis, jamjamque tenere
Sperat, & extento ſtringit veſtigia roſtro:
Alter in ambiguo eſt, an ſit deprenſus, & ipſis
Morſibus eripitur, tangentiaque ora relinquit.

Lepida ſine dubio Poëſis, ingenioſa, facilis, & acuta; verum majeſtate & circuitu Virgiliano carens. Audi enim Maronem XII. Æneidós,

Incluſum veluti ſi quando in flumine nactus
Ceruum, aut puniceæ ſeptū formidine pennæ
Venator curſu canis & latratibus inſtat:
Ille autem inſidiis, & ripâ territus altâ
Mille fugit, refugitque vias; at viuidus Vmber,
Hæret hians, jamjamque tenet, ſimiliſque tenenti
Increpuit malis, morſuque eluſus inani eſt.

Obiit Ouidius in Scythiâ, etiam cultus à barbaris, & honoratus ſepulchro; quod etiamnum oſtenditur ad vrbem Kioniam, vel *Tomeſuuar*. Viuere autem deſiit anno Vrb. Cond. 770. Chriſti 17. quo etiam & Titus Liuius hiſtoricus interierat.

ALBIVS TIBVLLVS

Natus eſt eodem anno, quo Ouidius; videlicet,

Quo cecidit fato Conſul vterque ſuo.

Equitis Romani filius fuit Tibullus, in amores paulò propenſior. Obiit autem junior ante Ouidium, qui ejus Epicedium cecinit. Redactus ad ſummam egeſtatem, ſecutus eſt Meſſalam Coruinum miſſum ad prouinciam Phæacum adminiſtrandam, id eſt, Corcyram. Scripſit autem ſtylo valde culto & polito, & Auguſti ſæculum ſapiente.

SEXTVS AVRELIVS PROPERTIVS

In Vmbria natus, ſed an ex vrbe Meuaniâ, an Aſſiſio dubitatur; ex Meuaniâ plerique ortum volunt, quia ſic cecinit lib. 4.

Quà nebuloſa cauo rorat Meuania campo,
Et ſacer æſtiuis intepit Vmber aquis.

Sed hi non ſatis attenderunt ad ſequentes verſus

Scandentiſque Aſſis conſurgit vertice murus,
Murus ab ingenio notior ille tuo.

Et paulò pòſt.

Scandentes ſi quis cernat de vallibus arces,
Ingenio muros æſtimet ille meo.

Callimachum æmulari conatus eſt, vnde & ſe *Romanum Callimachum* vocat. Virgilio σύγχρονος fuit; quare queritur ſe bona perdidiſſe in diuiſione Triumuirorum: & de illo ita canitur

Nam tua cum multi verſarent rura Iuuenci,
Abſtulit excultas pertica triſtis opes.

Putantq; nonnulli patrem ejus ad aras Peruſinas cæſum eſſe, & ſub matris curâ relictum. Amoribus ſe deditum oſtendit, Poëta melior,

quàm caſtior, implicitus laqueis Cynthiæ ſuæ, quæ verè Hoſtia dicebatur, & cui ſoli flammas ſuas apertas volebat eſſe.

CORNELIVS GALLVS

Forojulienſis, non Foroliuienſis, vt ſcribit Blondus, in gratiam patriæ ſuæ. Dicitur ab Hieronymo Olymp. CLXXXVIII. anno 3. primum rexiſſe Ægyptum; & quadrageſimo ætatis anno, aut (vt alij ſcribunt) 43. propriâ ſe manu interemiſſe: id contigit anno v. c. 728. cum hic abuſus authoritate ſuâ, multa impotenter egiſſet, Thebis etiam deſolatis; ideoque jubente Auguſto actus eſt in exilium; aut certè ejus gratiâ excidit, domum Principis ſubire prohibitus: quod dedecus cum ferre non poſſet, mortem ſibi ipſe conſciuit. Ouidius 2. de Triſtibus in vinum & linguæ procacitatem cauſam refundit.

Nec fuit opprobrio celebraſſe Lycorida Gallo;
Sed linguam nimio non tenuiſſe mero.

Se autem interemiſſe tradit præter Hieronymum, Marcellinum, Suetonium, idem Ouidius,

Sanguinis atque animæ prodige Galle tuæ.

At videſis ne confundas eum cum Ælio Gallo, quod à quibuſdam etiam veterum perperam factitatum eſt: fuit autem Cornelius iſte Gallus, amicus Virgilij, quare in ejus gratiam multa dixerat 4. Georgicon, quæ in laudes Ariſtæi commutauit, vt placeret Auguſto. Verùm quæ vulgo aſſignantur ei carmina, pleraque, ſed maximè ſex Elegiæ turpiſſimæ, ſunt Maximiani cujuſdam, qui immerito laudatur à quibuſdam, rectiùs ab aliis *barbarus* appellatur. Quod autem Cornelio

Gallo contributi verſus non ſint ejus, hoc certiſſimum argumentum eſt; quod Cornelius Gallus anno ætatis 40. obierit aut 43. author autem harum Elegiarum ſe dicat ſenem. Certè quicumque is eſt, turpiſſimis moribus extitit, neque ſenectus, aut morbi in eo ignes impudicos extinxerunt: certè ejus quintâ Elegiâ nihil legi fœdius poteſt, & impudentius.

C. PEDO ALBINOVANVS

Epigrammatis clarus ad Neronis tempora pertinuiſſe putatur à quibuſdam: nominis tamen jam alicujus erat tempore Ouidij, qui & ad eum Elegiam ſcripſit: vnde diſcimus hunc Pedonem Theſei geſta ſcripſiſſe. Grandiloquum, audacemque fuiſſe Poëtam nonnulli credunt, quod hunc Ouidius *ſydereum* appellet. Sine dubio non eſt ille Albinouanus, ad quem Horatius Epiſtolam mittit, hic enim Clarius, noſter Pedo dicebatur; nec Horatius ſuum Albinouanum fuiſſe Poëtam vllo modo innuit. Noſtri autem ſtylus ad Ouidianum propius recedit, & optima tempora ſapit.

GRATIVS

Σύγχρονος fuiſſe Albinouano huic exiſtimatur, & notus etiam Ouidio, ſicut & ejus opus; qui de eo ſic canit,

Aptaque venanti Gratius arma daret.

Cum Gratius ita Cynegeticon ſuum inchoaſſet.

Carmine & arma dabo, & venandi perſequar artes.

Patria Faliſcus erat, ex vrbe Faleriis, vt ipſe teſtatur hoc verſu

At contra noſtris imbellia lina Faliſcis.

Certè ſtylus ejus purus eſt, abjectus tamen, quia docere magis curat, quàm placere. Primùm eum attulit ex Galliâ cum Nemeſiano & Calpurnio Siculo, eoſque publici juris fecit Actius Sannazarius, ipſe quoque eximius Poëta, ſicque de poëſi bis optimè meritus.

CORNELIVS SEVERVS

Temporibus Auguſti vixit, & Virgilij: cujus opus fuit Æthna, vulgò attributum Maroni; ſicut & aliquot verſus de nece Ciceronis, quos Seneca laudat Suaſoriâ 6. putatque Voſſius depromptos eſſe ex ejuſdem Seueri opere de bello Siculo, quod reliquit imperfectum; & ſi abſoluiſſet (inquit Quintilianus) merito ſibi ſecundum vindicaſſet locum. Meminit ejus Ouidius, & ad eum mittit Elegiam lib. 4. Ponticarum, vbi eum vocat maximum vatum magnorum Regum

Qui legis, ô vates magnorũ maxime Regum.

Vel quia hic Seuerus, eodem Ouidio teſte, *Latio dederat carmen regale*, vel quod, Virgilio & Horatio jam demortuis, eum jam tenere principatum putaret; quæ eſt Voſſij expoſitio: qui hic legendum credit *vatum*, non *vates*; ſed frigidâ, vt arbitror, conjecturâ: à Quintiliano Epicus Poëta dicitur, ſed melior verſificator, quàm poëta.

AVLVS SABINVS

Eodem tempore cum Ouidio vixit, qui & ejus meminit Amorum lib.2. Elegia 18. ejuſque recenſet varias Heroïdum Epiſtolas, quarum aliquas irrepſiſſe inter Ouidianas Gerardus Voſſius prudentet ſuſpicatur. Obiit autem ante Ouidium, vt conſtat ex Elegia 16. Ponticarum.

C. GERMANICVS CÆSAR

Filius Neronis Claudij Druſi Germanici fratris Tiberij, cujus vxor Agrippina filia magni Agrippæ, & Iuliæ filiæ Auguſti, ex quâ Caium Caligulam ſuſcepit. Germanicus autem excellentis ingenij fuit, & litteris excultiſſimi, vt ex ejus operibus intelligitur: nam Arati Phænomena reddidit Latino carmine, cui & notas eruditiſſimas adjecit, nihil moratus verſionem metricam ejuſdem Arati à Tullio factam, quam longo ſuperauit interuallo: ætatis anno 34. obiit Antiochiæ ex veneno, quod ei Piſo juſſu Tiberij propinauit. Ouidius Naſo ei nuncuparat libros Faſtorum, dignos & ſcribente, & recipiente.

CAIVS, vel MARCVS MANILIVS

Ab aliis dictus MALLIVS, & MANLIVS: quis fuerit, & quâ ætate vixerit, non facilè ſtatui poteſt. Hoc certum, de eo veterum meminiſſe neminem; non Ouidium, non Sidonium Apollinarem in recenſendis Poëtis ſatis accuratos. Lilius Gyraldus eum confudit cum Manilio Antiocho, qui eâdem naui Romam venit cum Staberio Erote Grammatico, vt ſcribit Plinius; at cum hic Eros, Suetonio teſte, ludum aperuerit Syllanis temporibus, Manilius autem in extrema Auguſti tempora rejiciatur, non poteſt Manilius noſter eſſe Manilius Antiochus, cum à Syllanâ proſcriptione ad mortem Auguſti ferè centum anni excurrant, ab anno v. c. 672. ad 767. Malè quoque ab eodem Gyraldo ei Antiochia affingitur patria, vt ante me obſeruauit Ioſephus Scaliger; quaſi idem ſit An-

tiochus, & Antiochenus; nomen proprium, & gentile. Geuartius Manilium quoque noſtrum eundem eſſe credidit cum Manlio Theodoro Aſtrologiæ peritiſſimo, cujus Panegyricum ſcripſit Claudianus; in quam opinionem pedibus iuerat Gerardus Voſſius; ſed ſecundis curis emendauit, ſententiam ſuam. Sub quo autem Imperatore vixerit, an ſub Auguſto, an ſub Tiberio, nonnulli dubitant; ſic enim de principe ſcribit cui opus nuncupat ſuum,

Nunc mihi tu Cæſar, patriæ Princepſque Paterque
Qui regis Auguſtis parentem legibus Orbem,
Conceſſuque Patris Mundum Deus ipſe mereris.

Sed hæc nonnulli ad Tiberium transferunt, ſicut & alium locum ſub finem libri 4. quæ tamen meliùs Auguſto videntur conuenire cùm propter hanc vocem, *pater patriæ*, quæ huic doctiùs aptatur, tum ob illam *Auguſtis legibus*. Sed locus declinari nequit ex eodem libro 4. vbi de Rhodo loquitur, quam vocat,

Hoſpitium recturi principis Orbem.

Scripſit ergo Manilius ſub extrema Auguſti tempora, & cum Tiberius jam hæres Imperij deſignatus eſſet. Quod confirmatur ex libro 1. vbi innuit ſe canere paulò pòſt cladem à Quintilio Varo in Germaniâ acceptam,

Extremas modò per gentes, vt fœdere rupto
Cum fera ductorem rapuit Germania Varũ.

Vnde & dignoſcitur cur ab Ouidio non ſit appellatus, quia tum Tomis hic degebat exul in Scythiâ, vel Mœſiâ Inferiori. Negat

Gyraldus hunc Romanum fuiſſe, idque confirmat ex nummo, in quo, inquit, depingitur ſub habitu peregrini: de quo nummo Antiquarij ſtatuent.

C. ABRONIVS SILO

Quem Lilius Gyraldus Ambronem nominat, vixit quoque hac extremâ Auguſti ætate; cujus pater ſcripſerat Mimos, ipſe Poëta ſatis excultus fuit. Meminit vtriuſque, Patris & Filij M. Seneca Suaſoriâ 7. & de hoc Caio tam pauca ſuperſunt, vt ſatis fuerit eum à nobis appellari.

LIBER TERTIUS DE POETIS LATINIS AB AVGVSTO AD CONSTANTINVM.

PHÆDRVS

ORIGINE Thrax, Libertus Auguſti (quem ipſe ſcribit ſe vidiſſe jus dicentem, ſicut & Bathyllum Mecœnatis ſaltantem) vixit omnium judicio ſub Tiberio. Mirum eſt tamen ejus non meminiſſe Senecam, dum agit de Fabularum Æſopicarum ſcriptoribus. Nec ſatisfacit ratio Voſſij, quaſi Seneca Romanos tantùm appellarit, Phædrus autem fuerit Barbarus, & Thrax; quaſi verò manumiſſione in Romanum non tranſiiſſet. Neque mirandum minùs, quod tandiù elegantes hæ fabellæ latuerint, vixque ætate prodierint noſtrâ. Certè puriſſimè loquitur

Phædrus, ac valdè Latinè, & ſe optimis temporibus Latinitatis, ipſo ſtylo, ſcripſiſſe docet.

L. IVNIVS MODERATVS COLVMELLA

Gaditanus, vt de ſe teſtatur ipſe, vixit ſub Claudio Imperatore, & ex ſuis de cultu agrorum libris, decimum metricè conſcripſit, quem inſcripſit *Hortum*, Poëſi ſatis nitidâ, ſed humiliore, non ex ſcribentis ingenio, ſed rei ſuſceptæ materiâ.

LVCIVS ANNÆVS SENECA

Patriâ Cordubenſis, Lucani patruus, & Neronis præceptor, ſine dubio verſus ſcripſit, quos Ludo ſuo in Claudium permiſcuit, vltus ingenioſè, & acriter, factam ſibi ab Imperatore ſtolido injuriam. At vtrum ſcripſerit Tragœdias à quibuſdam dubitatur. Nam Tragicum à Philoſopho manifeſtè diſtinguit Sidonius Apollinaris carmine ad Felicem,

Non quod Corduba præpotens alumnis
Facundum ciet, hic putes legendum:
Quorum vnus colit heſpidum Platona,
Incaſſumque ſuum monet Neronem:
Orcheſtram quatit alter Euripidis, &c.

Quidam authorem Tragœdiarum faciunt Philoſophi filium: alij Tragœdias aliquas etiam attribuunt Patri, vt Medeam, & alias in quibus ejus genium, & doctrinam agnoſcunt: alij quoque nonnullas aſſignant Marco, vt Thebaïdem imperfectam, quam ab ingenioſo viro ſcriptam eſſe conſtat, & τραγικωπάτῳ: nihil hic certi, & explorati. Quod autem Philoſophum nonnulli Chriſtianum fuiſſe putant, ex tralatitiis ejus epiſtolis ad

Paulum, & Pauli ad illum, & nituntur Hieronymi teſtimonio, non ſatis attendunt ad hoc opus de Scriptoribus Eccleſiaſticis; neque S. Auguſtinum legiſſe videntur, qui hæc verba Senecæ de Iudæis citat, quibus ſine dubio Chriſtianos permiſcet; *Iudæorum vſque eò, ſceleratiſſimæ gentis, conſuetudo conualuit, vt per omnes jam terras recepta ſit, victi victoribus leges dederint.* Obiit autem anno Chriſti 69. v. c. 818. implicitus conjurationi Piſonianæ, vel vt ſimilius vero, propter ejus diuitias, quibus inhiabat Nero.

M. ANNÆVS LVCANVS

Ex nobili familiâ Acilianâ, Senecæ Philoſophi ex fratre nepos, patriâ itém Cordubenſis hiſtoriam verſu conſcripſit; ideo à Petronio Arbitro, & Seruio meritò expunctus ex numero Poëtarum, quibus profectò adſtipulatur in ſuâ poëtice Ariſtoteles. Incurrit in odium Neronis, cùm hujus Niobe, Orphea ſuum oppoſuiſſet, quâ etiam Tragœdiâ palmam retulit, ſententiâ per Iudices pronunciatâ. Implicitus conjurationi Piſonianæ, crimenque faſſus, matrem quoque Aciliam inter conſcios nominauit, impunitate promiſsâ, inquit Tacitus, nihilominus perire juſſus, ſed quo vellet mortis genere; quare ſibi venas incidi præcepit. Moriens etiam verſus condidiſſe dicitur, de milite pereunte, qui in Pharſalidem conjecti ſunt. Extinctus eſt annum agens 27. Attico Veſtino, & Nerua Syllano Coſſ. Edita eſt ejus Pharſalis, mortuo Nerone, ab vxore Pollâ Argentariâ, quæ eam dicitur emendaſſe, immò & maritum ſcribentem adjuuiſſe. Scripſerat & alia multa,

quæ interciderunt. Poëſis multis in locis eſt obſcurior, & dum exquiſita ſemper conſectatur, inconcinna, & tumens; neque facilè ab adoleſcentibus legi debet: atque haud ſcio an aliquis alius Poëtarum ſynceram Poëſin corruperit magis.

PETRONIVS ARBITER

Romanus prædiues, *Arbiter Elegantiæ* dictus à Tacito Annalium libro XVI. Neronis vitam ſub perſonâ exoletorum deſcripſit, latinitate puriori, quàm verſu atque materiâ. Poëſis ejus ſapit Neronianam ætatem. Obiit ex amentis Imperatoris inuidiâ, quem vt fraudaret hæreditate, cui ſordidus Princeps inhiabat, Trullam Myrrhinam emptam trecentis Seſtertiis effregit. Apud Lilium Gyraldum ad inferiora tempora amandatur; & aliqua alia obſeruantur, quæ tàm incerta ſunt, quàm indubitatum eſt eum tempore Neronis vixiſſe.

M. VALERIVS PHOCAS

Grammaticus nobilis ex Phœniciâ oriundus, & vrbe Beryto, Romam venit, vbi diù Vitem ſeu Centurionis officium prenſauit; cujus deſperatione ſe contulit ad ſtudia litterarum; hæc Suetonius, ex quo reliqua repetes. Euſebius in Chronico, ait eum ſub Nerone floruiſſe: meminiſſe videtur ejus Martialis Epigr. 2. lib. III.

Illo vindice nec Probum timeto.

Ab A. Gellio dicitur *Illuſtriſſimus Grammaticus*, & verſus ejus ſunt alicujus nominis, nec à bonis temporibus procul videntur abeſſe.

AVLVS PERSIVS FLACCVS.

Ex gente nobiliſſimâ Perſiorum, & Flaccorum, quæ in vnam videntur coaluiſſe familiam. Malè rejicitur à Fungero ad tempora Lucilij auunculi Pompeij Magni, & confunditur cum C. Perſio Flacco, cujus judicium, & criticen, adeò Lucilius reformidabat: hujus & meminit Tullius in Bruto. Præceptores enim Auli noſtri fuere Rhemnius Palæmon, & Annæus Cornutus Poëta Tragicus, & qui ſuos in Virgilium Commentarios Sillio Italico nuncupauit. Patriâ fuit Volaterranus Perſius Satiricus, & ſub Nerone relictis ſex obſcuriſſimis Satiris interiit: hæ tamen tenebræ de induſtriâ, & quia ſic exigebant periculoſa tempora, videntur affectatæ. Pupugerat acriter Neronem ſub nomine Midæ, verùm hæc acumina monente Cornuto retudit. Quanti autem nominis fuerit Perſius innuit diſtichon illud Martialis,

Sæpius in libro memoratur Perſius vno,
Quàm totus magnâ Marſus Amazonide.

C. SILLIVS ITALICVS

Poëta ditior, quàm terſior, vnde traxerit nomen, non eſt facilè ſtatuere. Quidam enim Italicum dictum volunt ab Italicâ Bæticæ ciuitate, quæ monimentum fuit victoriarum Publij Scipionis Africani Superioris. Alij à Corfinio Pelignorum vrbe, quæ bello Marſico, ſeu Sociali conſtituta belli ſedes, dicta eſt Italica. Hiſpanum nequaquam fuiſſe multa arguunt. *Primum* quod non Italicus, ſed Italicenſis nuncupatus eſſet; vt rectè Voſſius obſeruat: *Alterum* quod cum ejus ſæpe Martialis meminerit, idemque Hiſpanus, nunquam

eum ſuum popularem appellarit, nec vllo id innuerit verbo. Conſul fuit Sillius Italicus anno quo cæſus eſt Nero: at opus ſuum de Bello Punico emiſit tantùm ſub Domitiano; ſi quidem hujus, vt & Veſpaſiani & Titi meminit lib. 3. Priùs cauſas egit, & quoſdam ſub Nerone ſponte accuſauit, non ſine nominis, & quadruplatoris infamiâ, jamque ſenior ſe poëticæ dedidit vt canit Martialis Epigr. 62. libri 7.

Emeritos Muſis, & Phœbo tradidit annos,
Proque ſuo celebrat nunc Helicona foro.

Poſſedit villas Ciceronis, & Virgilij, vt idem Martialis innuit: de Villa Ciceronis liquet; de Virgiliana, lis eſt adhuc ſub Iudice, de quâ vide quæ ſcripſit Gerardus Voſſius de Hiſtoricis Latinis. Certè Sillius eximius Maronis cultor fuit, & diem ejus natalem majori celebritate venerabatur quàm ſuum, vt liquet ex Epiſtola 6. lib. III. Plinij Iunioris. Eum etiam imitari putidè affectauit, quare dictus eſt *Virgilij Simia*. Obiit valdè ſenex ſub Domitiano, cui chariſſimus extitit, factus etiam tertiùm Conſul, quare de eo ſic ejus amicus Martialis cecinit,

Felix purpura tertiuſque Conſul.

Ante Concilium Baſileenſe latebant opera Sillij Italici, quæ Franciſco Petrarchæ, licet homini doctiſſimo, nequaquam nota fuerunt; alioquin *Africanum* ſuum, idem opus cum Sillij *Annibalicis*, & eodem argumento nunquam nouem libris emiſiſſet; Italici longè diſpari venâ, & ingenio.

P. STATIVS PAPINIVS

Non fuit Gallus patria, & Toloſas, vt

quidam malè putauere, qui hunc cum Statio Surculo, vel Vrſulo Rhetore perperam confudere; nam ſub Nerone floruit: ſed aut Neapolitanus, aut Epirota, Sollis oppido natus, cùm hæ vrbes duæ de ejus natalibus diſputent. Duo autem cognomines extitere Pater & Filius; hic ſuſceptus ex Agellinâ vxore, ille mortuus anno ætatis 65. ex lethargo, laudatus à filio ſuo Epicedio, quod habemus inter ejus Syluas. Inopem hunc fuiſſe ſignificat hoc verſu Iuuenalis Satira 1.

--- At cum fregit ſubſellia verſu
Eſurit, intactam Paridi niſi vendat Agauen.

Mirum eſt ejus nunquam meminiſſe Martialem, cum tamen hic ſæpe meminerit Stellæ, Statio conjunctiſſimi: quod ex inuidia factum Geuartius, & Voſſius ſuſpicantur; quoniam ex tempore fundendis verſibus felicior erat Statius, ideóque charior, & acceptior Domitiano: à quo inuitatus fuit ad illam cœnam, quam ipſe carmine Euchariſtico proſequutus eſt. Fabuloſum ergo quod tradit Petrus Crinitus, eum ſtylo aureo à Domitiano cæſum eſſe: nec mirus inane commentum Danthis maledicentiſſimi, qui hunc Chriſtianum eſſe ſcripſit, & conuerſum ad fidem lecto hoc Virgilij verſu ex Sibylla,

Iam redit & Virgo, redeunt Saturnia regna.

Quo nihil fingi poteſt inſulſius. Reliquit Syluas, Thebaïdem & Achilleidem, quæ duo carmina Placidus Lactantius illuſtrauit, Boëthio poſterior, quem citat, ſed antiquus. Statij ſtylus eſt tumentior, obſcurior, fractior, & ſine dubio tyronibus pernicioſus. Secutus eſt Virgilium, ſed tam longè vt eum propè

legiſſe, aut vidiſſe non videatur. Meritò ergo de ſe ac Marone ita cecinit,

Sed longè ſequere, & veſtigia ſemper adora.

Syluæ ejus videntur lepidiores, atque puriores, ſicq; minus nocituræ Poëſeos candidatis.

C. VALERIVS FLACCVS

Campanus ex vrbe Setia, in Venetis tamen habitauit: quare Martialis Epigr. 79. lib. 1. vocat eum *Spem Antenorei laris*. Quàm fuerit eidem charus conſtat ex his verbis quibus eum appellat,

Curarum pretium non vile mearum.

Sed inopem fuiſſe innuit, & agnato Poëtis vitio laboraſſe. Habemus octo libros ejus Argonauticon, verùm imperfectos, qua de re meritò queritur Fabius, eumque citiùs ereptum dolet, quàm res litteraria pateretur. An dedicarit opus ſuum Veſpaſiano, aut ejus filio Domitiano, dubium faciunt duo illi loci; quorum hic,

Verſam proles tua pandit Idumen,

Sine dubio Veſpaſiano conuenit; at alio loco ita cecinit,

-- Solymo nigrantem puluere fratrem.
Spargentemque faces, & in omni turre furentem.

Quæ verba apertiſſimè conueniunt Domitiano. Stylus ejus inæqualis eſt, modo jacet, modo aſſurgit, Papiniano tamen ſine dubio melior, & purior.

M. VALERIVS MARTIALIS

Bilbilitanus, cognomento Coquus apud Lampridium, anno ætatis vigeſimo ex Hiſpania Romam venit, atque ibidem annis triginta quinque vixit, Tito, & Domitiano

Imperatoribus charus. Traiano autem rerum potiente Bilbilin rediit, vbi 12. Librum Epigrammatum abſoluit. Liber de Spectaculis, qui cæteris ejus libris præfigitur, ejus non eſt, ſed collectus ex variis, qui Domitiani ſpectacula verſibus celebrarunt: reliqui 14. verè ſunt ejus fœtus, Xeniorum etiam, & Apophoretorum. Obiiſſe creditur ex mœrore, quod à ciuibus ſuis ſugillaretur, nec in patriâ eodem eſſet in pretio, quo Romæ. Vir fuit ingenioſiſſimus, & ad concinnanda Epigrammata factus, ideoque idea veri & nobilis Epigrammatiſtæ.

DECIVS IVNIVS IVVENALIS

Libertini prædiuitis filius, patriâ Aquinas fuit: nec enim audiendi qui eum Gallum faciunt. Romæ diu cauſas egit; poſtea litium pertæſus, & vitiligatorum, ac præterea vitiorum, quæ tum Romæ ſub impuriſſimo Principe graſſabantur, ad ſcribendas Satiras animum appulit, in quibus excelluit, ſtylo vegeto, & ad pungendum accommodato. Turpiſſimas tamen emiſit Satiras duas, omni obſcænitate refertas, propter quas maximè eum exterminandum judicabat ex omni morata ciuitate Ammianus Marcellinus; quoniam dum vitia carpit, edocet. Cum autem pupugiſſet Paridem Pantomimum, jam octuagenarius ſub ſpecie Præfecturæ relegatus eſt in vltimam Ægyptum. Quare de eo ſic cecinit Sidonius Apollinaris ad Felicem,

Nec qui conſimili deinde caſu
Ad vulgi tenuem ſtrepentis auram,
Irati fuit hiſtrionis exul.

In exilio ſuo edidit Satiras duas, vnam de

Ægyptiis ad Voluſium; alteram ad Gallum de incommodis militiæ, quorum peritus nimis occinebat. Amicus fuit Martiali, quare hic iraſcitur ſuſurroni

Cum Iuuenale meo, quid me committere tentas?

Vixiſſe creditur ad Neruæ tempora, de quo ſic ceciniſſe à quibuſdam interpretibus creditur,

Et ſpes, & ratio ſtudiorum in Cæſare tantùm:
Solus enim triſtes hac tempeſtate camœnas
Reſpexit, cum jam celebres, notique Poetæ
Balneolum Gabiis, Romæ conducere furnos
Optarent --

Verſus ejus ſublimis, & quàm ſua ferrent tempora, melior.

SVLPITIA *vxor Caleni.*

Circa Domitiani vixit tempora, & Satiram ſcripſit, quæ nonnunquam Satiris Iuuenalis adjungitur. Meminit ejus cum laude Martialis hoc verſu

Primaque Romanas docuit contendere Gratis.

Perierunt ejus jocoſa carmina, quæ marito ſuo Caleno ſcribebat, de quibus ita Sidonius Apollinaris,

Non quos Sulpitiæ jocos Thaliæ
Scripſit blandiloquos ſuo Caleno.

Meminit & eorum Martialis, qui & eam inſuper laudat à caſtimoniâ, eamque fœminis offert exemplar pudicitiæ,

Cujus carmina qui bene æſtimarit
Nullam dixerit eſſe ſanctiorem.
Tales Egeriæ jocos fuiſſe
Vdo crediderim Numæ ſub antro.

C. PLINIVS SECVNDVS

Patriâ Nouocomenſis C. Plinij Secundi Veronenſis Nepos, Fragmentum carminis nobis reliquit; cujus vtinam reliquos verſus haberemus, cum tanto eſſet ingenio, tam eleganti, tam amœno, vt eum bonum Poëtam fuiſſe neceſſe ſit. Vixit ſub Traiano, cui dixit Panegyricum omni æſtimatione pretioſiorem.

SEPTIMIVS AFER

Vixit paulò ante Terentianum Maurum; nam hic de illo ita cecinit

Dulcia Septimius qui ſcripſit opuſcula nuper

Alij tamen pro *nuper*, legunt *ruris*; verum prima lectio melior, & M. M. SS. concinit. Hæc autem interciderunt, & eorum duntaxat ſuperſunt fragmenta. Meminit ejus quoque Diomedes; atque, vt putat Lilius Gyraldus, Statius, de eo ſic loquitur in Syluis

Hæc mira virtus protinus Auſonum
Portus vadoſæ neſcius Africæ
Intrat, adoptatuſque Tuſcis
Gurgitibus puer innataſti.

TERENTIANVS MAVRVS

Qui de Metris ſcripſit ad hæc tempora videtur referendus; maximè ſi is ſit (quod aliqui putant) de quo ita Martialis Epigr. 87. lib. 1.

Tam longè eſt mihi, quàm Terentianus,
Qui nunc Niliacam regit Syenen.

Lilius Gyraldus de ejus tempore tam inconſtanter locutus eſt, vt non modò Terentiani, ſed propè ſui oblitus eſſe videatur. Meminit ejus S. Auguſtinus, & ex eo hunc verſum citat de Varrone,

Vir doctiſſimus vndecunque Varro.

Filium habuit nomine Baſſum, & generum

Noceatemum, vixitque ad ſummam ſenectutem, quam metris fundendis emollire conatus eſt.

L. ANNÆVS FLORVS

Cujus fragmenta duntaxat habemus, quæ Claudius Salmaſius congeſſit, vixit ſub Trajano, vt multi putant; vt docti, ſub Hadriano; de quo ad Florum Romanæ Hiſtoriæ ſcriptorem aliàs plura dicemus. Quod autem Gerardus Voſſius putat ejus eſſe Octauiam, quæ vulgò attribuitur Senecæ, ſi ex fragmentis ſtatuere licet, magna ex iſto fœtu Annæo Floro inuritur injuria.

C. SVLPITIVS APOLLINARIS

Grammaticus Carthaginienſis vixit temporibus Antoninorum Pij, atque Philoſophi, fuitque Præceptor Heluij Pertinacis, qui & ei ſucceſſit vt doceret Grammaticam, ſicque pueris regendis ad Rom. Imperium adminiſtrandum proluſit. Meminêre Sulpitij hujus Iulius Capitolinus, & Gellius, qui obſeruat, eum fuiſſe ſui temporis doctiſſimum. Verſus habemus ejus aliquos de Æneide Maronis, qui deperditorum accendunt ſitim.

SEPTIMIVS SEVERVS

Afer ex vrbe Lepti Imperator fortiſſimus, & ſolus tandem potitus Imperio, Albino, & Nigro competitoribus exterminatis. A pueritiâ litteris Græcis, atque Latinis excultus fuit, & in iis eruditiſſimus extitit: Aurelius tamen Victor ei tantùm Latinam eruditionem tribuit. Diſtichum tantùm ejus habemus, quod omittere non debuimus, vt pote tanti viri fœtum. Difficultas tamen eſt, quod hic dicatur Aulus, cum Imperator Lucius dice-

retur; ſed facilis fuit eorum prænominum, vulgariſque mutatio. Diſtichum etiam quod ei attribuimus, Lilius Gyraldus aſſignat C. Septimio Afro; ſed Pithœi judicium, ejus opinioni præferimus.

SEPTIMIVS FLORENS TERTVLLIANVS

Floruit Imperante Seuero, ejuſque ſunt Libri quinque aduerſus Marcionem Metrici, ſed huic erepti ab amicis, nec ſatis emendati prodierunt. Peccauit aduerſùs Proſodiam frequentiſſimè, adeò vt verſus ejus vix conſtare videantur, & vix Poëſeos vmbram reddere. Carmen autem de Sodomis, de Iona & Niniue, ejus non putantur eſſe ab eruditis. Affingit hæc opera Voſſius Cypriano: non puto; hæc enim non ſapiunt genium Cypriani. Eccleſiam deſeruit Tertullianus vt adhæreret Marcioni anno Chriſti 208. obiit 215. de quo vulgare id dictum, *vbi benè, nemo melius; vbi malè nemo peius*; itaque, meo judicio, inter malos Poëtas peſſimus eſt.

Q. SERENVS SAMONICVS

Floruit quoque ſub Seuero Imperatore; multaque ſcripſerat quæ temporis iniquitate perierunt; reſtant duntaxat aliqua de Medicinâ. Occiſus eſt in cœnâ ab Antonino Caracalla, vt teſtatur in hujus Principis vita Spartianus. Reliquit, Capitolino teſte, filio ſuo illuſtrem Bibliothecam, ſexaginta duorum millium voluminum, quibus hic bene vſus, factus eſt poſtea præceptor Iunioris Gordiani Imperatoris, cui & moriens eandem legauit. Scripſit Quintus Serenus humili ſtylo, & qui adhuc materiæ vilitate deprimitur.

S. CÆCILIVS CYPRIANVS

Carthaginienſis Epiſcopus, & Martyr inter Poëtas quoque numeratur, eique vulgò quatuor attribuuntur carmina, Geneſis, Sodoma, in Senatorem Apoſtatam, & Hymnus de Paſcha Domini; quæ Cypriani fœtus eſſe aſſerere non audeo. Quod ſi ita ſe res habet, ejus Oratio vincta, ſolutæ non reſpondet. Creatus eſt Epiſcopus anno Chriſti 248. Obiit Martyr perſecutione Octauâ ſub Valeriano & Gallieno 258. morte adhuc, quàm vitâ illuſtrior.

M. AVRELIVS NEMESIANVS
ET
TITVS CALPVRNIVS SICVLVS.

Nemeſianus patria Carthaginienſis ſcripſit Cynegeticon carmen, ſeu de Venatione, & Eclogas ſeptem. Ad eum miſit quoque Eclogas ſeptem Calpurnius Siculus, atque ambo claruere ſub Caro Imperatore, ejuſque filiis Carino, & Numeriano, vt ex Flauio Vopiſco liquet, qui vtriuſque Poëtæ meminit. Tanti autem fiebant circa Caroli Magni tempora Nemeſiani verſus, vt paſſim adoleſcentibus prælegerentur; vti de ſe teſtatur Hincmarus Rhemenſis Archiepiſcopus. Vtriuſque ſtylus ſatis nitidus eſt, & pro tempore præcipitantis Poëſeos vendibilis.

LIBER QVARTVS DE POETIS LATINIS A CONSTANTINO AD IVSTINIANVM.

ABLAVIVS

A Deo Conſtantino Magno charus fuit vt poſt hujus obitum, propter nimiam potentiam, à filiis Imperatoribus interfectus ſit. Luſit tamen in Imperatorem & amicum ſuum, eumque pupugit acri Epigrammate, ſeu ſcommate, quod adhuc ſupereſt, ejus operum, & ingrati animi fragmentum. Dictus eſt *Pila Fortunæ*, videlicet ex infimis elatus ad ſumma, indidemque eòdem dejectus.

RHEMNIVS FANNIVS

Poëta, atque Grammaticus Arnobij diſcipulus fuit, vixitque Imperante Magno Conſtantino, dictus aliter FAVINVS. Is vulgò confunditur cum Q. Rhemnio Fannio Palæ-

mone, à quo Papyrus Fanniana traxit nomen, viuebatque ſub Claudio Imperatore, & meminit ejus Martialis, necnon & Suetonius, qui tribuit ei extemporalem Poëſin. At Fannius noſter cecinit de ponderibus, & menſuris; cujus tamen verſus à nonnullis imperitè tribuuntur Priſciano. Stylus ejus reſpondet materiæ, hoc eſt, humilis eſt, & docere contentus.

CÆLIVS LACTANTIVS FIRMIANVS

Dictus Cicero Chriſtianus, Arnobij quoque diſcipulus fuit, & Nicomediæ Rhetoricam docuit, præfectus ſtudiis Criſpi filij ſui à Conſtantino, florebatque circa annum Chriſti 328. Ejus Hodœporicon intercidit: Carmina de Paſſione, Reſurrectione, ac Paſchate, non videntur ejus eſſe, & vulgò Venantio Fortunato adjudicantur. Carmen quoque de Phœnice non eſt Lactantij, ſed hominis Ethnici, quoniam Phœbum appellat Deum: quæ conjectura eſt Gerardi Voſſij, non tamen ab omnibus probata.

PVBLILIVS, *vel* PVBLIVS OPTATIANVS PORPHYRIVS

Scripſit, miſitque Panegyricum ſuum ad Conſtantinum, ideoq; meruit ab exilio reuocari. Malè autem quidam eum cum Porphyrio Chriſtianorum hoſte capitali confuderunt. Labor ejus improbus, & induſtria parum ingenioſa, dum litteras quaſdam affectat, otio puerili, ne dicam inſano; quæ mirum eſt tanto Imperatori placuiſſe. Sed quid agas? Principes ex alienis potiùs oculis, & ingeniis judicant, quàm ſuis. Certè ſtylus ejus etiam hoc tempore indignus eſt, adeò obſcurus, vt

non canere, ſed furere ac vaticinari videatur. Prodiit primum hoc opus ex Auguſtanâ Velſeri Bibliothecâ; deinde editum à Pithœo anno 1590. etiam cum quibuſdam obſeruationibus.

IVVENCVS PRESBYTER

Hiſpanus Euangelium Matthæi verſibus expreſſit, cujus & verſum de Magis ipſe Hieronymus citat; obſeruatque eum alia ſcripſiſſe, quæ interciderunt. Vixit ſub Conſtantino, vt ipſe ſub finem ſui operis innuit, fuitque *συγχρονος* Nazarij, & Vopiſci. Stylus ejus eſt humilior, dum Euangelij verbis nimis adhæreſcit, & veritatis, quàm Poëſeos amantior, nimis reſtringit ſeſe, carmine magis pio, quàm eleganti.

MARIVS VICTORINVS AFER

D. Hieronymi in Rhetoricis præceptor fuit. Edidit heroïcum carmen de ſeptem Fratribus Macchabæis, & de eo in Scriptoribus Eccleſiaſticis meminit idem Hieronymus. Floruit ſub Conſtantio Ariano filio Magni Conſtantini, & Poëſis ejus magnum hunc virum fuiſſe docet, & Rhetorices inprimis peritum.

RVFVS FESTVS AVIENVS

Vixiſſe communiter exiſtimatur circa tempora Theodoſij Magni Imperatoris, & à quibuſdam Hiſpanus fuiſſe creditur. Is Arati Phænomena, & Dionyſij Alexandrini Periegeſin Latino carmine reddidit; edidit & carmen Iambicum de Orâ Maritimâ, ſeu Periplum ad Probum Conſularem, ad quem etiam ſcripſiſſe Claudianum nonnulli volunt. Ejuſdem quoque Feſti Auieni eſt libellus de

Fabulis

Fabulis Æſopicis, quanquam nomen Auiani vel Aniani, in quibuſdam Codicibus præferat. Nuncupatum eſt hoc opus Theodoſio Macrobio, qui viciſſim Auienum ſibi amiciſſimum in Saturnalibus loquentem induxit. Stylus Rufi Auieni terſiſſimus eſt, expeditus, & tempora meliora ſapit.

CLAVDIVS CLAVDIANVS

Patria fuit Alexandrinus, genere Ægyptius; quare Nilum vocat ſuum

-- & noſtro cognite Nilo.

Itaque ridiculi ſunt qui eum Florentinum faciunt, nec Hiſtoriæ, nec Chronologiæ gnari. Idololatriæ addictus fuit pertinaciter, vt ex Auguſtino, & Oroſio liquet. Quare quod ei affingitur carmen, veriùs Damaſi eſt, vel, vt & alia opera Chriſtiana quæ nomen ejus præferunt, Claudiani Mamerti Viennenſis, de quo mox agemus. Claudiani ſtylus tumet, ac juueniliter exultat, à Virgiliano plurimùm diſſitus, nimiſque laudatus à Petro Crinito, qui in hoc ſuo judicio ſe ineptum præbuit.

MARCELLVS

Vir illuſtris ex Magiſtro officiorum Theodoſij Senioris de Medicina ſcripſit; ejus opus primum prodiit editum à Pithœo Pariſiis 1590.

S. DAMASVS PAPA

Natione Hiſpanus, multa ſcripſiſſe putatur, quæ etiamnum occinuntur in Eccleſiâ, & quæ vt nimis nota prætermiſimus. Obiit octuagenarius vt ſcribit Suidas anno Chriſti 384. cum in Petri cathedra annis 17. cum 3. menſibus conſediſſet.

DECIVS AVSONIVS

Burdegalenſis vixit ſub Valentiniano, Gratiano, & Theodoſio Imperatoribus, factus etiam Gratiani præceptor, quem Poëtam, & vendibilem Rhetorem effecerat, & à quo viciſſim creatus eſt Conſul cum Olibrio anno Chriſti 379. Obiit circa annum 394. Ex Paulino certum eſt eum Ethnicum fuiſſe; quare opera Chriſtiana huic adjudicari ſolita, ſine dubio alterius ſunt. Quæ Catoni vulgò diſticha tribuuntur verè Auſonij ſunt, vt obſeruauit Canterus, nec improbat Voſſius; quibus jam communiter ſubſcribitur. Centones ejus Virgiliani non tantùm impuriſſimi ſunt, ſed & impudentiſſimi, quibus caſtiſſimos verſus, libidinoſæ affixit materiæ, opere, quod plus dæmonem, quàm hominem ſaperet, adoleſcentium pudicitiæ inſidiantem.

S. AMBROSIVS

Tempore Magni quoque Theodoſij floruit, quem & ſacris arcuit; nimis notus, vt de eo hîc aliquid dicatur. Ejus ſunt verſus in æde Ambroſiana ſcripti, ſicut & hymni aliquot, qui in Eccleſiis occinuntur: natus anno Chriſti 333. creatus eſt Archiepiſcopus Mediolanenſis 374. Idibus Decembris; obiit Sabbato ſancto 397. ætatis anno 64. dignus qui etiam imperaret.

ENDELEICHIVS *Rhetor*, aliter SEVERVS SANCTVS

Rhetor & Poëta quo tempore vixerit pronunciari ſapienter nequit. Quidam eum confundendum putauerunt cum Aquilio, aliter Attilio, vel etiam Cæcilio Seuero, cujus meminit in Scriptoribus Eccleſiaſticis Hie-

ronymus, eumque Hiſpanum fuiſſe docet, & de hujus genere, ad quem Lactantius ſcripſit. Sed Pithœus vir doctiſſimus, & limatiſſimi judicij, qui Endeleichium ad ſe miſſum ab Elia Vineto primus edidit Pariſiis anno 1590. credit eum Hieronymo antiquiorem: quæ tamen ejus opinio meritò non recipitur ab omnibus, maximè cum ejus nequaquam meminerit Hieronymus. Nos eum affigimus temporibus Iuliani, Iouiani, & Valentiniani, parati mutare ſententiam, cum certius aliquid nobis occurret. Labbeus eum ad annum Chriſti 400. collocat.

MEROBAVDES

Hiſpanus Scholaſticus de Chriſto paucos edidit verſus, ſed firmos, & ſatis accuratos. Labbeus temporum ac Chronologiæ peritus inprimis, cum ſtatuit initio quinti ſæculi anno 401. alij in finem rejiciunt.

LICENTIVS HIPPONENSIS

Quem ciuem ſuum vocauit Auguſtinus, non autem conciuem, quod hic Tagaſtenus eſſet: quare hic fruſtra torquetur Lilius Gyraldus. Certè perfamiliaris fuit Auguſtino qui ejus meminit, & carminis ejus amatorij de Pyramo, & Thiſbe, in Academicis, & Epiſtolis. Hic autem viciſſim Auguſtinum coluit vt Patrem, eique ſuum carmen inſcripſit. Scribunt quoque de eo Poſſidonius, & Paulinus. Vixit ſub Honorio Imperatore, & ſcripſit ſtylo non adeò bono, & ſatis obſcuro.

AVRELIVS PRVDENTIVS CLEMENS

Floruit ſub Theodoſio Magno, ejuſque liberis Arcadio & Honorio, natus anno V. C.

1101. Chriſti 348. Philippo, & Salea Coſſ. vt ipſe aſſerit, qui & de vita ſua ſic canit

Frenos nobilium reximus vrbium,
Ius ciuile bonis reddidimus, terruimus malos:
Tandem militiæ gradu
Euectum pietas principis extulit.

Edidit ψυχομαχίαν, Καθημερινὸν, Ἀποθέωσιν, Ἁμαρτιγένειαν, περὶ Στεφάνων, duos libros aduerſus Symmachum, & aliquot Hymnos. Scribebat anno Chriſti 405. annos natus 57. Mendis aliquot proſodicis ſcatet, nec facilè proſodiam ejus debent adoleſcentes imitari; Itaque mirum videri debet, quomodo eum Sidonius Apollinaris conjunxerit Horatio; quod eſt profectò in Boue & Aſino terram arare.

RVTILIVS CLAVDIVS NVMATIANVS

Gallus fuit, & floruit poſt cæſum Stiliconem, & Romam ab Alarico, Gothiſque captam, anno 410. magnus hoſtis Iudæorum, & Chriſtianorum, ſed maximus Monachorum, quos Bellerophontæo ſpiritu afflatos canit. Reliquit Itinerarium verſu pereleganti, & ſupra hanc ætatem limato; in quo tamen aliqua perturbata, vt ante me Pithœus, & Voſſius obſeruarunt.

PROBA FALCONIA, *ſeu* FALTONIA

Vxor Adelphi viri Proconſularis, mater Iulianæ, ſanctæ Demetriadis auia, vixit imperantibus Honorio, & Theodoſio Iuniore, circa annum 400. aut 430. Hæc vitam Chriſti conſcripſit Centone Virgiliano ingenioſiſſimo, quem aliqui tribuunt POMPONIO nobili Poëtæ, inducti authoritate Iſidori, qui huic ſimilem Centonem aſſignat, eumque

Labbeus putat eodem tempore cum Falconiâ vixiſſe. Sed ex Iſidoro nihil conficitur; & ſi quid ejus dictum valet, non eſt tanti momenti, vt Falconiæ tam nobilis eripiatur fœtus, ab omnibus ei hactenus, nullo reclamante, adjudicatus. Eam autem Romam nequaquam Alarico prodidiſſe rectè probat Baronius, & illatam doctiſſimæ fœminæ calumniam eruditè depellit.

CÆLIVS SEDVLIVS

Preſbyter Scotus ſcripſit opus Paſchale libris quinque diſtinctum: floruit ſub Theodoſio II. ſeu Iuniore, circa annum Chriſti 430. aut 440. Neque enim audiendus Sigebertus, qui eum rejicit ad tempora filiorum Conſtantini Magni. In Decreto Diſtinctione xv. malè legitur eum ſcripſiſſe verſibus *Hæreticis*, pro *Heroïcis*; quod mirum non eſt propter alios ejuſdemmodi, qui in hunc librum irrepſerunt, errores. Cæterum ingenioſiſſimè ſcripſit Sedulius; atque vtinam ſtylus ejus ingenio reſponderet.

DRACONTIVS

Scripſit Heroïco carmine Hexaëmeron, quod traditum eſt emendandum B. Eugenio Iuniori Archiepiſcopo Toletano, qui eidem præfationem attexuit, & Monaſticha recapitulationis diei ſeptimæ. Vixit Dracontius ſub Theodoſio Iuniore, cui librum ſecundum, ſeu Elegiam inſcripſit, quâ, poſt petitam à Deo veniam, excuſat ſe Imperatori, quod de triumphis ejus tacuerit. Stylus ejus eſt Eugeniano longè melior, & ſi quid Eugenius mutauit in hoc Hexaëmero, fortè corrupit.

PROSPER AQVITANVS

Vixit ſub Imperatoribus Valentiniano III. Màximo, Auito, Majoriano, & Seuero, & Chronicon extendit ſuum ad annum Chriſti 455. quo anno, vel ſequenti obiit, vt ex Victorio Aquitano colligitur. Vir eruditiſſimus fuit nec malus Poëta, ſi aliquot excéperis proſodicos næuos, vt lauacrum ſecundâ breui, & alios ejuſdemmodi. Scripſit Epigrammata, carmina de Prouidentia Dei, & aduerſus Ingratos. Sed de Prouidentia adjudicatur à nonnullis Claudiano Mamerto, quod ego non puto; ſapit enim Proſperi venam. Nec Epiſcopus Regij Lepidi, nec Reiorum in Prouinciâ, nec Aurelianenſis, immo verò neque Preſbyter fuit, vt eruditè oſtendit Labbeus, cui ſubſcribimus.

CLAVDIVS MARIVS VICTOR

Rhetor Maſſilienſis ſcripſit in Geneſin libros quatuor Heroïco carmine ad Ætherium filium ſuum. Floruit ſub Zenone Imperatore, circa annũ 430. aut 440. peritior litterarum ſæcularium, quàm ſacrarum, vt aſſerunt Gennadius Maſſilienſis, & Addo Viennenſis.

MEROPIVS PONTIVS ANICIVS PAVLINVS

Patria Burdegalenſis Auſonij Poëtæ diſcipulus fuit; in quo teſte Hieronymo nihil deſideratum eſt. Conſul factus eſt anno Chriſti 373. etiam ante Auſonium, quem & juuit ad Conſulatum adeundum. Conuerſionem ſuam ad pietatem debuit S. Felici Nolano Martyri, cujus Natalitia cecinit quindecim, quorum decem habemus integra, reliquorum quinque Fragmenta ex Dungano. Vxorem duxit ſibi

religione, & moribus geminam Theraſiam, prudentiſſimam fæminam, quam Auſonius irridens Tanaquildem appellabat, ipſe Paulinus ſuam Lucretiam. Factus eſt Preſbyter Barcinone anno Chriſti 394. ac demum Epiſcopus Nolanus creatus eſt, quo in munere ita ſe geſſit, vt omnium, & maximè ſanctorum Virorum meruerit laudes. Lege vitam ejus ſi vacat ab Eriberto Roſvveido, ex ejus maximè ſcriptis, collectam, quæ ad finem operum ejus proſtat. Obiit anno Chriſti 431. x. Kal. Iunias, ætatis 78. Ejus opera aliqua intercidêre, & inter cætera libri tres de Regibus, quibus Suetonium in Epitomen compegerat.

BENEDICTVS PAVLINVS PETRACORIENSIS

Vitam S. Martini ſex libris complexus eſt, itemque cecinit carmen de Viſitatione Nepotuli ſui, quæ hactenus opera S. Paulino Nolano ſunt adſcripta, etiam à Franciſco Iureto, qui hæc Opera notis ſat eruditis illuſtrauit. Verùm primus, quod ſciam, diſtinxit perſpicaciſſimi, & limatiſſimi judicij Iacobus Sirmondus, quamuis eos antiqui, & magni nominis ſcriptores confudiſſent. Vitam enim S. Martini adſcribit Paulino Nolano Fortunatus lib. 2. de vita ejuſdem S. Martini, adſcribit & S. Gregorius Turonenſis lib. 1. de Gloriâ Martyrum cap. 2. *Paulinus quoque Beatus, Nolana Vrbis Epiſcopus, poſt ſcriptos verſus de virtutibus ejus (quas Seuerus complexus eſt) quinque libris illa comprehendit miracula.* Verum id ſtare nullomodo poteſt. Nam obiit S. Paulinus Nolanus anno Chriſti

431. At hic Paulinus nuncupat opus ſuũ S. Perpetuo Archiepiſcopo Turonenſi, à quo etiam materiam libri ſexti ſe fatetur accepiſſe. Perpetuus autem anno Chriſti 461. ſubſcripſit I. Concilio Turonico, & Venetico in Armoricâ 465. obiitque 490. Quare inter duos illos Paulinos anni 30. aut 40. circiter interfluxerunt. Accedit quod Paulinus noſter lib. 2. ſub finem narret miraculum de S. Paulino Nolano, cujus oculus ſanatus fuerat,

Quin & Paulino ſimilis medicina ſalutem,
Attulit, inſignis fidei, quem gloria latè
Extulit.---

Vbi hunc à ſe manifeſtè diſtinguit. Qui autem profertur alius locus, vbi fieri videtur mentio Paulini Nolani,

Nam dum continuum Paulini præterit agrũ,
Non humiles paruique viri.--

Sine dubio nullus eſt. Hic enim legendum *Lupicini*, non *Paulini*, vt conſtat ex Sulpitio Seuero, vnde hæc omnia Paulinus ipſe deſcripſit; atque ex Fortunato

--Lupicini celerans dum præterit agrum.

LIBERIVS & BELISARIVS

Acroſticha ſcripſerunt de Sedulio Antiſtite laborioſiùs, quàm glorioſiùs: itaque nihil laude dignum ex eorum verſibus decerpere potuimus, in quibus omnia vilia ſunt & abjecta. Labbeus putat eos circa annum 462. ſcripſiſſe, & huic adhibenda fides, donec aliquid certius occurrat.

CLAVDIANVS MAMERTVS

Vulgò dicitur Archiepiſcopus Viennenſis, ſed tantùm Preſbyter fuit, & adjutor fratris ſui S. Mamerti, floruitque ſub Zenone, &

Anaſtaſio Imperatoribus, non autem ſub Valentiniano III. quia meminit Eucherij Lugdunenſis, & opus ſuum de Animâ mittit emendandum, & diuulgandum Sidonio Apollinari. Obiiſſe creditur circa annum 466. Vide quæ diximus in Claudiano; cui Mamerti hujus, propter nominis cognationem, opera quædam malè aſſignantur.

C. SOLINVS, *ſiue* SOLIVS SIDONIVS APOLLINARIS

Aruernus Nobilis, ac ſuæ gentis Epiſcopus, patre natus Præfecto Prætorij Galliarum ſub Valentiniano III. & Theodoſio Iuniore. Charus fuit pluribus Auguſtis, Auito, Majoriano, Seuero, Anthemio; Auiti etiam gener fuit, & ſub Majoriano patriam ſuam fortiter tutatus eſt aduerſus Barbaros, ideo ab eodem auctus Patricij dignitate. Familiaris quoque fuit Theodorico Amalo Gothorum Regi, quem Anthemio conciliauit. Demùm factus ter Militiæ Magiſter, quater Præfectus Prætorio, donatus etiam Romæ ſtatuâ laureatâ in foro Trajani propter Poëſin, jam quadragenarius creatus eſt Epiſcopus Aruernorum anno Chriſti 472. à quo tempore verſibus nuncium remiſit. Obiit ſanctiſſimè vti vixerat, anno 485. aut 482. die 23. Auguſti Odoacris Herulorum Regis 9. Stylus ejus paulò durior, verba adhibet aliquot innouata, & nonnunquam in proſodiam peccat, ſed vitiis eâ ætate communibus atque receptis.

TVRCIVS RVFVS ASTERIVS

Vixit Imperante Anaſtaſio, ejuſque anno 4. Conſulatum geſſit cum Flauio Præſidio

anno Chriſti 494. Scripſit metricam Collationem Veteris, ac Noui Teſtamenti, vt putant Aldus, & Cuſpinianus, viri doctiſſimi; & verò Turcij nomen his verſibus in M. M. S. S. legitur, iiſque optimæ notæ. Attamen Onuphrius Panuinius, hoc opus adjudicauit Sedulio, & tantùm Turcio nuncupatum eſſe contendit. Nec deſunt, qui id tribuant Claudiano Mamerto; ſed Aldi ſententia demum apud eruditos præualuit.

RVSTICVS ELPIDIVS

Medicus fuit Theodorici Amali Regis Gothorum, vir nobilis, atque etiam Quæſtorius. Habemus aliquot ejus opera edita primùm, & purgata à Georgio Fabricio; reliqua quorum meminit ipſe, temporis iniquitate interciderunt.

ALCIMVS *ſeu* ALCHIMVS ECDITIVS AVITVS

Archiepiſcopus Viennenſis poſt patrem Iſicium ſedit ab anno 490. ad 520. aut 521. & 5. Februarij: fratrem habuit Apollinarem Valentiæ Epiſcopum, aliud Galliæ lumen, & ambo ſub Zenone, & Anaſtaſio Imperatoribus dicuntur floruiſſe. Vide-ſis autem ne Alcimum hunc Præſulem confundas cum Alcimo Rhetore Aquitanico, qui ſæculo vno ante Viennenſem florebat. Hujus noſtri opera edidit emendatiora Iacobus Sirmondus de litteris optimè meritus. Ingenioſè admodum canit Alcimus, & huic tantùm felicius Poëſeos ſæculum exoptatur.

MARCVS FELIX ENNODIVS TICINENSIS

Gallum ſe fuiſſe teſtatur; ſed an natus

Arelate, an Mediolani, prorſus incertum. Sexdecim annos natus erat, cum venit in Italiam Theodoricus Amalus Gothorum Rex, cui & Panegyricum dixit. Duxit filiam prædiuitis fœminæ, ex quâ filium ſuſtulit; indeque relicto cum vxore ſæculo factus eſt Diaconus, ac procedente tempore Epiſcopus Ticinenſis. Functus eſt geminâ legatione in Orientem ad Anaſtaſium Imperatorem, religionis causâ, obiitque anno Chriſti 521. vt in ejus ſepulchro legitur. Poëta fuit ingenioſus; ſed vt ferebant hæc tempora, pluris acumina, quam Latinitatem fecit.

ANICIVS MANLIVS, *ſeu* MANILIVS TORQVATVS SEVERINVS BOETHIVS

Litteris Latinis ac Græcis excultiſſimus fuit, & eo diſciplinis liberalibus ornatiorem à Varrone Roma dedit neminem. Conſul fuit ſolus anno Chriſti 510. duoſque filios ſuos Patricium, & Hippatium Conſules vidit anno 522. Nactus eſt quoque vxorem doctiſſimam Helpin, ſeu Elpidiam, & ipſam Poëticis artibus illuſtrem. Boëthij carmina, ejus conſolationi Philoſophiæ inſerta, aliquid ſupra Poëſin illius temporis ſapiunt, & ad primam Poëſeos ætatem videntur accedere. Hoc opus edidit in carcere ſuo Ticinenſi, quo incluſus erat à Theodorico Gothorum Rege, quaſi de recuperandâ Romanis libertate cogitaret, cum Symmacho ſocero ſuo, quam ob cauſam anno Chriſti 526. aut 524. ejuſdem Regis Barbari juſſu vterque capite truncatus eſt.

LIBER QVINTVS DE POETIS LATINIS A IVSTINIANO AD OTHONEM III.

PRISCIANVS GRAMMATICVS

CÆSARIENSIS ſub Iuſtiniano Imperatore floruit. Scripſit de Arte Grammaticâ ad Iulianum, & librum de Naturalibus Quæſtionibus ad Coſrhoem Regem Perſarum: denique Dionyſium Periergetem Latinè canere fecit; quod tamen opus quidam ei auferunt. Raphaël Volaterranus tradit putaſſe aliquos hunc fuiſſe Chriſtianum, ſed Fidei fuiſſe deſertorem, quod credes ſi lubet. Salmaſius eum temporibus Iuliani affigit; verùm cum huic authori juranti non ſit adhibenda fides, tu ſine periculo noſtræ opinioni, & prudentiùs, adhæreſces.

ARATOR DIACONVS, *vel* SVBDIACONVS

Sub Iuſtiniano vixit, opuſque ſuum nuncupauit Vigilio Papæ Editione ſecunda; anno 545. poſt Conſulatum Baſilij anno 3. Prima enim editio fert Floriani nomen: nam bis eo viuente Acta Apoſtolorum expreſſa heroïcis verſibus prodierunt; quando & flagitantibus viris doctis juſſu Pontificis in Eſquiliis & Templo S. Petri ad Vincula, recitata ſunt hæc carmina cum incredibili audientium ſtudio, attentione, ac plauſu. Itaque de Aratoris tempore non eſt audiendus Platina, qui ſine dubio in eo grauiter peccauit.

CORIPPVS GRAMMATICVS

Afer vixit ſub eodem Iuſtino Secundo circa annum 566. cujus & laudes cecinit libris quatuor, in quibus Iuſtinianum ejus anteceſſorem abjicit, vt ſuum Iuſtinum attollat. Scripſerat & alia, quæ interciderunt, vt Belliſſarij magni Ducis laudes. Libros autem ſuos de Iuſtino nuncupat Anaſtaſio Quæſtori, & ſe profitetur ſenem, & inopem. Meritò tam leuis Poëta dicitur, quàm magnus adulator ſui Iuſtini. Edidit eum ac notis illuſtrauit Thomas Dempſterus Scotus, magnus confuſæ lectionis conſarcinator, & interpolator, qui & aliqua de hoc Corippo ex ejuſdem ſcriptis collegit; quæ vide, ſi otium eſt.

MARTINVS DVMIENSIS

Epiſcopus dictus, veriùs Abbas, factus Archiepiſcopus Braccarenſis; obiit anno Chriſti 580. cujus carmina debemus Iacobo Sirmondo: vili ſtylo ſcripſit, & in quo nihil fermè exquiſiti.

D. VENANTIVS HONORIVS CLEMENTIANVS FORTVNATVS

Floruit ſub Iuſtino Iuniore Iuſtiniani ſucceſſore. Ante annum Chriſti 570. venit in Galliam, ad tumulum S. Martini, diuque hæſit Pictauij chariſſimus S. Radegundi Reginæ, itemque S. Gregorio Turonenſi, poſt cujus obitum factus videtur Pictauienſis Epiſcopus, obiit circa annum 600. Scripſitque carmina feliciore venâ, quàm ſua tempora poſtularent; quare dicitur *Magni Ingenÿ vates*. Pictura de Apoſtolis in Aſcenſione Domini verè eſt hujus Venantij, & falſò adſcribitur Honorio I. Papæ; errore nato ex nominis cognatione; cùm Venantius, Honorius quoque dictus ſit.

S. COLVMBANVS

Abbas Luxouienſis, & Bobienſis, ac S. Galli Magiſter, obiit anno 614. aut 615. Nouembris 21. Edidit primus illius verſus Iacobus Sirmondus, & pro tempore ſatis infelici vendibiles.

EVGENIVS II. *ſeu* IVNIOR

Archiepiſcopus Toletanus ab anno 647. ad 657. & annum 9. Receſvinthi Regis ſedem hanc occupauit; cui ſucceſſit delicium S. Virginis Beatus Hildephonſus. Emendauit Dracontij carmina, eiſque nouam attulit lucem, vt ante monuimus. Eum quoque edidit Iacobus Sirmondus, & Dracontij verſibus attexuit.

DREPANIVS FLORVS

Gallus vixit ſub Conſtante, ejuſque filio Conſtantino Pogonato, cum regnaret in Gallia Clodouæus II. qui patri ſucceſſit anno

Chriſti 644. Georgius Fabricius eum confundit cum Latino Pacato Drepanio, qui Panegyricū ſcripſit ad Theodoſium Senatorem: Verùm reclamat quod Drepanij Flori carmen inſcriptum ſit Modaïno Epiſcopo Æduorum, ſeu Auguſtodunenſi, qui certò poſt Magnum Gregorium vixit. Hic enim Modaïnus vndecimus Epiſcopus Auguſtodunenſis fuit à S. Siagrio fratre Brunechildis Reginæ, ad quam ſcripſit S. Gregorius Magnus. Quapropter noſter ille Drepanius melius rejicitur in annum Chriſti 650. Panegyriſtem ſecutus 250. & amplius annis. Meminit Drepanius Florus Hymnorum ſuorum ad Vvulphinum Grammaticum,

Conticuit Cithara quondam vox optima noſtra,
Et Lyra du'cimodos preſſit amica modos.

PETRVS COLLATIVS APOLLONIVS.

Preſbyter Nouarienſis refertur à Margarino Binio ad tempora Caroli Magni, & circa annum 690. floruiſſe perhibetur: quod tamen Voſſius negat, eumq; in tempora inferiora rejicit, & initium decimi quinti Sæculi, ſic vt Angelo Politiano fuerit σύγχρονος. Quod tamen facilè non admittam, cum ejus ſtylus non arguat illa tempora in quibus Poëſis reſurgere videbatur. Accedunt & aliquot proſodici næui, & ignorantia Linguæ Græcæ, quæ in tempora Politiani non cadunt. Scripſit autem Apollonius ille libris quatuor Hieroſolymitanam ἅλωσιν verſu quidem non ſatis reſpondente materiæ, ſed, vt ingenuè fatear, ſupra Caroli Magni tempora elato, atque

terſo. Itaque Barthius, & Voſſius eum nimis deprimunt. Editum eſt hoc opus primùm à Gagnæo Theologo Pariſienſi, ſed cum multis mendis; puriorem, & emaculatiorem emiſit Hadrianus Vanderbruchius, cujus emendato codice vſi ſumus.

THEODVLPHVS

Primùm Abbas Floriacenſis, deinde Epiſcopus Aurelianenſis floruit ſub Ludouico Pio Imperatore, à quo propter conjurationem in cuſtodiam conjectus eſt: ex qua fuit emiſſus cum ſcripſiſſet, & ceciniſſet carmen

Gloria laus & honor tibi ſit Rex Chriſte redemptor, &c.

Circa annum Chriſti 835. Alij tamen volunt obiiſſe anno 821. quod ſtare nequit. Ejus opera debemus Iacobo Sirmondo, inter quæ carmina aliqua leguntur, in quibus tamen doleas Poëſin multùm degenerare.

HINCMARVS RHEMENSIS, *ſeu* SENIOR

Ita dictus vt à nepote ſuo Hincmaro Laudunenſi Epiſcopo diſtinguatur, creatus eſt Rhemenſis Archiepiſcopus anno Chriſti 845. obiitque 882. Decembris 21. vir acerrimi ingenij, & quo multas ſibi creauit moleſtias. Scripſerat aliqua carmina, quæ interciderunt, ſed haud magno rei litterariæ damno, vt liquet ex eorum fragmento, quod Iacobus Sirmondus, ejus ſcriptis inſeruit.

GERBERTVS *ſeu* SYLVESTER II.

Primùm Rhemenſis intruſus Archiepiſcopus, deinde Rauennas, anno Chriſti 999. creatus eſt Romanus Pontifex, impleuitque verſum, quod de ſe ipſe cecinit.

Scandit ab R. Gerbertus in R. poſt Papa viget R.

Qui quod eſſet ingenio magno, & Mathematicis imbutus diſciplinis, hoc ſæculo ferreo Magus audiit. Tum enim egregiè ſapere, & ſupra reliquos excellere credebatur nemo, niſi ex dæmonis commercio, & conuictu. Gerberti verſus vendibiles ſunt, & oſtendunt mala tempora, nunquam magnis ingeniis obeſſe.

S. FVLBERTVS CARNOTENSIS *Epiſcopus.*

Primùm Cancellarius fuit Roberti Francorum Regis, deinde ſacris Infulis ornatus, propter ingenium ſingulari pietate conditum, anno 1030. obiit. Dicebatur aliter Vmbertus, quem ægrotantem B. Virgo ſanarat, vt vulgò creditur. Eccleſiæ Carnotenſi annis vno & viginti præfuit dictus Eccleſiæ ſpeculum; cujus mortis memoria recolitur 16. Aprilis, vt ejus teſtatur Epitaphium. Scripſit eo modo, quo hæc tempora ferrea flagitabant, ingenio nihilominus tantiſper aſſurgente. Ejus opera terſiora, & locupletiora edidit anno 1608. Carolus Villierius Theologus Pariſienſis, quibus nos vſi ſumus, vt in ejus verſibus gemmas quæreremus.

LIBER SEXTVS
DE POETIS
INCERTI TEMPORIS
ET
POESI INCERTORVM
SCRIPTORVM.

CAPVT PRIMVM.

De Poëtis quorum tempus ignoratur.

PVLEX

CVIVS proponitur elegantiſſimum Epigramma de Hermaphrodito, quod Lilius Gyraldus, aliique deinceps ex illo, aſtruxerunt Angelo Politiano, quaſi id ex Græco conuerterit. Verùm Pulicis nomen Græcum non eſt, & Latinis Poëtis eum adjunxit naris emunctiſſimæ Pithœus, idque Epigramma inter Oracula repoſuit pagina 8. Editionis ſuæ anni 1590.

PALLADIVS RVTILIVS TAVRVS ÆMILIANVS

Vir Illuſtris de inſitione arborum ſcripſit venâ non infelici, & Poëſi, cujus flores, vt arborum hybridarum, poſſis demirari.

C. IVLIVS SOLINVS

Polyhiſtor Grammaticus, ſeu Grammateus, præter Plinianam Epitomen, carmen edidit, quod *Ponticon* inſcripſit. Salmaſius, qui in eum vægrandia duo volumina edidit, quamuis homo audaciſſimus, non eſt auſus de ejus tempore pronunciare. Certè bene confutat Eliam Vinetum, qui eum Theodoſij temporibus affixerat, ex MM. SS. Codicibus in quibus legebatur *Explicit C. Iulius Solinus Polyhiſtor, opera, & ſtudio Theodoſij Principis.* Rectè inſuper conficit eum poſt Alexandri Seueri tempora floruiſſe, & cum Parthi jam occupaſſent Imperium Perſicum. Vide, ſi otium eſt, quæ habet author iſte de Solino in ſuis ad illum prolixiſſimis, & confuſiſſimis Prolegomenis, quæ reliquo operi, vt caput membris, ſine dubio reſpondent.

ALCINOVS

Nobile Epigramma de Virgilio ſcripſit, in quo nec acumen deſideres, nec Latinitatem, & bona tempora ſapere videtur.

SVLPITIVS LVPERCVS SERVASTVS IVNIOR

Scripſit Elegiam de Cupiditate, & Oden de qualitate temporis venâ ſatis felici; & quæ puriorem Latinitatem redoleat.

PENTADIVS

Acutè luſit de Fortunâ, de Narciſſo puero & flore, de Hectore, de Lupo Statuario, &

aliis non inelegantibus apud Pithœum Epigrammatis.

FLORIDVS

Mimorum ſcriptor fuiſſe videtur, cujus duæ duntaxat ſuperſunt nobis ſententiæ, ſed ingenioſæ, & quæ Poëtæ hujus opera intercidiſſe, dolorem juſtum parere queant.

VALERIANVS

De Ciceronis morte ſatis lepidum edidit Epigramma, & acutum, nec inelegans.

REGIANVS

Scripſit de Aquis Baianis, & cur libidinem excitent & amorem, cauſam reddit ingenioſam, & verſibus nequaquam malis.

EVPHORBVS CÆLIVS FIRMANVS SYMPHOSIVS

Reliquit Hendecaſyllabos de Liuore, qui vulgò perperam Auſonio tribuuntur, & Choriambos de Fortuna, omnes exquiſitos. Habemus quoque ejuſdem Ænigmata ſatis ingenioſa, & quæ magni fecit Lilius Gyraldus. Quæ ſelegimus non diſplicebunt, niſi hominibus delicatioris faſtidij.

PALLADIVS GRAMMATICVS

Compoſuit aliquot Epigrammata, quorum delectus non erit, arbitror, injucundus.

HILASIVS

Virgilium ſic laudauit, vt ſe dignum tanti viri laudatorem præſtiterit.

VOMANVS

Hortuli diuitias Iambico carmine nobis repræſentat, quibus animi meliùs, quàm oculi quolibet horto, quantumuis amœno, refici queant.

MAXIMIANVS

Edidit ſex Elegias, quæ Cornelij Galli nomine circumferuntur, flammarum quam eruditionis luce digniores. Vide quæ de iis diximus in Cornelio Seuero. Hunc conſtat ſenem has turpitudinis cloacas conſcripſiſſe, neque ſenectutem in iſto impudico ſilicernio turpes flammas extinxiſſe.

VITALIS, BASILIVS, ASMENVS, IVLIANVS, ASCLEPIADIVS, EVSTHEMIVS ET POMPEIANVS.

Fortè confecta ſunt nomina, & verſibus quibuſdam aptata, quorum aliquos non duximus eſſe prætermittendos, quoniam vnum & idem variis modis ſatis ingenioſis exprimunt, & Poëſeos diuitias repræſentare queunt.

AMOENVS

Poëta Chriſtianus ſcripſit Enchiridion Veteris; ac Noui Teſtamenti, quod vulgò aut Prudentio, aut Sedulio attribuitur. Verùm in multis, & optimæ notæ Manuſcriptis, hoc Enchiridion præfert Amœni nomen; qui Poëta, quo tempore vixerit, atque ſcripſerit, nemo hactenus potuit vaticinari.

CAPVT SECVNDVM.

De verſibus quorum Authores penitus ignorantur.

§. I. *De Verſibus prophanis.*

OMITTO MORETVM ſeu LIBVM *ex farina & herbis*, vulgò affictum Virgilio, quod licet tanti viri opus non videatur, nihilominus ab ingenioſo Poëta ſcriptum eſt, in quo neque Latinitas, nec acumina deſunt.

MONASTICA DE MORIBVS redolere videntur Auſonij venam, & ſimillima ſunt Diſtichis Catonis, quæ Auſonij veros eſſe fœtus cum eruditis non ambigimus.

Carmina *de Paupertate, Vita tranquilla, Spe, Litterarum æternitate, Laudibus, Vituperatione, & Iocis diuerſorum; Epitaphia, Anathemata, Ludus diuerſorum Poëtarum, &c.*

Certis Scriptoribus ſine temeritate attribui non poſſunt. Hæc omnia collegit, & pulcherrimis Typis mandanda curauit Pariſiis anno 1590. Petrus Pithœus vir doctiſſimus, accuratiſſimus, & cui litteræ humaniores plurimùm debent.

CARMEN IN HONOREM SOLIS, meliùs eſt adhuc metro, quàm materiâ, & in eo, quod rarum,

Materiam ſuperauit opus.

PASIPHAES FABVLA ex verſibus omnibus Horatianis conflata, non tantùm ſcriptoris laborem, ſed & ingenium arguit.

IVDICIVM COCI & PISTORIS VESPÆ IVDICE VVLCANO, ingenioſum eſt, ſed orationes Fabulæ non reſpondent; & materies meliorem Poëtam, & fœcundiorem exigebat.

DE PHOENICE CARMEN à multis aſſignatur Lactantio Firmiano: negat Voſſius, aſſeritque potiùs eſſe prophani ſcriptoris, quia de Sole, vt de Deo videtur agere; quod ſatis non deprehendo. A quibuſdam Claudio Claudiano affictum eſt: meliùs neutri adjudicabitur.

§. 2. *De Verſibus Chriſtianis, & Sacris.*

INCERTVS AVTHOR DE CHRISTO, videtur ex ejus initio fuiſſe Gallus, & hoc opus ſcriptum eſſe adhuc viuente Magno Conſtantino, cui filios exoptat adæquari.

INCERTVS DE BAPTISMO BEBIANI *Viri ex Familiâ Conſulari*, & MORTE APRÆ *ejus uxoris* nullius ſcriptoris ſuſpicionem injicit. Conſtat hoc carmen ex Heroïco, Iambico, Choriambico, & Elegiaco, ſed fuſum eſt ex venâ parum felice, & quæ mala tempora Poëſeos innuat.

INCERTVS denique AVTHOR DE CANTICO MOSIS & HYMNIS ALIQVOT, adeo viles edidit verſus, vt indigni videantur, qui ab homine ſapiente legantur: à nobis tamen appellari debuit propter antiquitatem, etiam in pannis abjectiſſimis colendam.

Ex his omnibus (ſi vita, tempuſque ſuppetat) Corpus Latinorum Poëtarum, in duos diuiſum tomos conflabimus; quorum vnus Poëtas Prophanos, Sacros alter continebit, ſeruatâ in omnibus temporis accuratâ ratione. Interim Lector his gemmis fruere, & ex parte de toto quid ſentiendum ſit, ſtatue.

LIBER PRIMVS ACVTE' DICTA POETARVM, QVI ANTE AVGVSTVM FLORVERVNT.

CAIVS vel CNEVS NÆVIVS

ILLò te ducam vbi non deſpuas.
Te in fluuium præcipitabo.
In ſellâ curuli ſuſpendit nates.
Molliter ſedet.
Vt quiſque eſt meritus, præſens pretium pro factis feret.
Iuſtè de illis ſtatuam.
Ingurgitant vſque ad imum gutturem.
Saturi ſunt.

EX EIVS EPITAPHIO *ab ipſo ſcripto.*

Immortales mortales ſi foret fas flere,
Flerent diuæ Camœnæ Næuium Poëtam:
Itaque poſtquam eſt Orci traditus theſauro,
Obliti ſunt Romæ Latinâ loquier linguâ.
Lingua Latina cum Næuio mortua.

QVINTVS ENNIVS.

EX LIBRIS XVIII. ANNALIVM.

-- Qui multaque loqui tacereque poſſet.
Et verborum vir paucorum & commodus

Vir ſapiens & bonus.

Fortibus eſt fortuna viris data --

Audentes fortuna juuat.

- Geminíque huic vbera circum
Ludunt pendentes pueri -

Romulus & Remus nutriti à Lupâ:

At tuba terribilem ſonitum Tara-tantara dixit.

Sonitus tubæ.

Nec cum capta capi, nec cum cremata cremari.
- In Româ Troia reuixit.

Troia reſurgens in Româ.

Grauidus armatis equus qui ſuo partu
Ardua perdat Pergama.

Durateus equus, ſeu Troianus.

Amicitiam, & inimicitiam in fronte promptam habeo.

Nihil diſſimulo.

Tibicina maximo labore mugit.

Ineptè canit.

Mundus cæli vaſtus conſtitit ſilentio,
Et Neptunus ſæuus vndis aſperis pauſam fecit.
- Et arbores vento vacant.

Tranquillitas magna.

Haſtis longis campus ſplendet, & horret.

Acies ordinata terribilis.

Vnus homo nobis cunctando reſtituit rem,
Non ponebat enim rumores ante ſalutem.

Fabius Maximus Cunctator.

Non cauponantes bellum, ſed belligerantes.

Qui faiſoient bien la guerre.

Semianimeſque micant oculi, lucemque requirunt,

Iam moriturus.

Romani ſcalis ſummâ nituntur opum vi.

Aſcendere conantur in murum.

- Saxo cere comminuit - brum

Effregit ei caput.

- Et amaro corpore Buxum.

Buxus amara.

Referunt ad pectora tonſas.

Animosè remigant.

Summam ſonitu quatit vngula terram.

Equus currens.

Cyclopis venter velut olli turſerat olim
Carnibus humanis. *Cyclops ἀνθρωποφάγος.*

Egregiè cordatus homo. *Prudentiſſimus.*

Animuſque in pectore latrat.

Exprimit ſenſa ſua.

Simia quàm ſimilis turpiſſima bellua nobis.

Simia homini ſimilis.

- Pes premitur pede, & arma teruntur
Armis.

Acie collatâ, & turmis concurrentibus.

EX EPITAPHIO.

- Volito viuus per ora virum.

Viuo in hominum memoria.

Otio qui neſcit vti plus negotij habet,
Quàm cum eſt negotium in negotio.

Otioſus valde impeditus eſt.

Acherontem obibo, vbi mortis theſauri objacent. *Moriar.*

Arioli inertes, quibus egeſtas imperat:

Vaticinantur, vt habeant vnde viuant.

Benefacta male locata, malefacta arbitror.

Beneficium male collocatum.

STATIVS CÆCILIVS.

Serunt arbores, quæ alteri ſæculo proſint.

Hæredibus laborant ſuis.

Sæpe eſt ſub palliolo ſordido ſapientia.

Non judicandum de homine, ex veſte.

Iamdudum depopulat macellum.

Vorax, & guloſus.

M. PACVVIVS.

O flexanima, & omnium Regina rerum oratio!

Laus Eloquentiæ.

Iſti qui auium linguam intelligunt,
Plus ex alieno jecore ſapiunt, quàm ſuo.

Aruſpices impoſtores.

L. ACCIVS, ſeu ATTIVS.

Nihil credo auguribus, qui aures verbis diuitant.

Qui diuitias pollicentur.

Alienas, &c. ſuas vt auro locupletent domos

Augures emungentes pecuniam.

Sapientiâ munitum pectus egregium gerit.

Sapientiſſimus.

Ea res oblectat ærumnoſum, dum id quod miſer eſt
Clam eſſe cenſet alterum.

Miſer occultus.

Quâ mons mollibat mare.

Promontorium. vn-Cap.

P. CORNELIVS SCIPIO AFRICANVS.

Maxima cunctarum victoria, victa voluptas.

Vincere ſeipſum, prima victoria.

M. ACCIVS PLAVTVS.

Ex AMPHITRVONE.

Animam amittunt potiùs, quàm loco demigrent.

Mori malunt, quàm fugere.

- Penetrant ſe in fugam.

Effuſè fugiunt, & perturbatè.

Qui Vulcanum in cornu concluſum geris.

Laternarius.

Vt matre fuerat natum vini eduxi meri.

Vinum ſine aquâ.

Vt ſis ſtultior ſtultiſſimo.

Supra modum, & fidem ſtultus.

Verbero, vlmorum Acherons.

Semper verberandus.

Diminuam caput, vt cum dentibus linguam excrees. *Frangam tibi caput.*

Ad id te redigam miſeriarum, vt ſis ſemper miſer. *Ex calamitate non emergas.*

Fames, & mora, bilem in naſo conciunt.

Famelicus non facilè expectat.

Ex ASINARIA.

- Ducis vbi lapis lapidem terit.

Ad molendinum.

Vbi viuos homines mortui incurſant boues.

Ou on traite les hommes à coup de nerfs de Bœuf.

Arctè, contentèque habet.

Le tient de court.

Sordido vitam oblectabat pane,
In panis inopiâ.

Le pain eſt cher, & noir.

Vult quoque placere catulo meo.

Adulator.

- Græcâ mercamur fide

Cum à piſtore panem petimus, æs habent manus;
- Oculatæ noſtræ ſunt manus
Credunt quod vident. *Rien à credit.*
In tergo theſaurum gerit:
Gymnaſium flagri, cathenarum colonus,
Virgarum laſciuia. *Verbero ſæpe mulctatus.*
Digniſſimi quò excruciatus confluant.
Qui meritent d'eſtre bien battus.
Tanquam ſi claudus ſim cum fuſte eſt ſemper ambulandum mihi.
Ita Dominus mali ſerui.
Lupus eſt homo homini,
Ils ſe mangent l'vn l'autre.
Id feci ſcapularum confidentiâ.
Quitte pour eſtre battu.
Indoctoreſque acerrimos, gnaroſque tergi noſtri. *Qui me ſæpe virgis cædunt.*
Vale. R. Aliquanto ampliùs valerem ſi hîc remaneres.
Salue. R. Saluere me jubes, cum tu exiens affers morbum.
Diſceſſus amicorum.

EX AVLVLARIA.

Circumſpectatrix cum emiſſitiis oculis.
Mulier curioſa.
Si fuſtem cepero, aut ſtimulum ad manum,
Teſtudineum tibi grandibo gradum.
Ie te feray bien marcher.
Ex me vt facias longam litteram?
Vt me ſuſpendas?
Intus ſerua. R. An ne quis ædes auferat?
Domus, in quâ nihil eſt.
Nemini credo, qui largè blandus eſt.
Adulatori.

Trium litterarum homo. *Fur.*

Neque ligna ego vſquam gentium præberi vidi pulchrius.

Ie n'ay jamais veu donner les coups de baſton à meilleur marché.

Pueris qui nare diſcũt ſcirpea inducitur ratis.

On les fait nager auec des nageoires.

Obtinebis cenſione bubulâ.

A coup de nerfs de bœuf.

Homo verberabiliſſimus.

Digniſſimus verberibus.

-- Oſtende huc manus. R. Ecquas?

R. Oſtende etiam tertiam.

Ita furi loquitur.

Reperi. R. Quid? R. Non quod pueri clamant, In fabâ ſe reperiſſe. *Id eſt crumenam.*

Voilà ce que les chats n'ont point mangé.

EX CAPTIVEIS.

Suo ſibimet ſucco viuunt. *De leurs rentes.*

Oſſa, & pellis ſum miſerâ macritudine.

Ie n'ay que la peau, & les os.

Cum calceatis dentibus veniam.

Auec vn grand appetit.

In re malâ animo ſi bono vtare, adjuuat.

Prodeſt non deſpondere animos.

Memoriter memini. *Optimè recordor.*

Qui cauet ne decipiatur, vix cauet etiam dum cauet.

Etiam cùm cauiſſe ratus eſt, ſæpe is cautor captus eſt.

Nimis cauere, quandoque nocet.

Strictim attondere virum,

Luy faire des eſchelles.

Væ miſeris illis virgis, quæ in tergo morientur meo. *Egregiè vapulabo.*

Niſi id confeceris, ſexcentiplago nomen indetur tibi.

Tu auras ſix cens coups de baſton.

Dentilegos omnes mortales faciam;
Nemo mihi obſiſtat, niſi qui ſatis ſe vixiſſe arbitrabitur.

Obuios quoſque interficiam.

Habet in ventre confidentiam.

Ebrius eſt, nihil timet.

Quanta pernis labes venit! quanta larido!

Ita Paraſitus helluo.

Ibo ad meam Præfecturam, vt jus dicam larido
Vtque pendent indemnatæ pernæ, eis auxilium vt feram.

Ita loquitur helluo.

Pudeat. R. At ego faciam, vt te pudeat:
Nam te totum in ruborem dabo.

Ita dominus ad ſeruum impudentem.

-- Tu pater, ego filius;
Nam parentis inſtar das lucis tuendæ copiam.

Tu me nutris. Ie vous dois la vie.

EX CVRCVLIONE.

Oſtium taciturnum, cùm aperitur, tacet.

Cette porte ne fait point de bruit.

Quod amas, amato teſtibus præſentibus.

Scribe me hæredem.

Nil metuo, niſi me. *Sic miles glorioſus.*

Me dico ire, quo ſaturi ſolent.

Purgare ventrem.

Timida, nec viua, nec mortua.

Magno timore correpta.

EX CASSINA.

- Dum tu furcifer,
Quaſi mus in medio pariete verſabere.

Dans vn cachot.

Iam ſatis eſt vxor, comprime te, nimiùm tinnis:

Relinque aliquantulum orationis, cras quò mecum litiges.

En voila aſſez pour aujourdh'huy, à demain le reſte.

Sic maritus ad vxorem garrulam.

Vno in ſaltu lepidè apros capiam duos.

D'vne pierre deux coups.

Mihi inanitate jamdiù inteſtina murmurant.

Ita famelicus.

EX CISTELLARIA.

Spiſſum eſt illud amanti verbum, veniet, non venit. *Dilatio promiſſi.*

Tuam ſtultitiam ſola facito, vt ſcias ſine arbitris. *Abſconde tuam ſtultitiam.*

Vbi ſum, ibi non ſum; vbi non ſum, ibi animus. *Amans in re amatâ viuit.*

Periit corium meum cum Ciſtellâ.

Quia amiſi Ciſtellam, verberabor.

EX EPIDICO.

Epidicum conſpicio? R. Certè oculis vteris.

Vides; ipſe eſt.

Ius dico omnibus. R. Vnum à præturâ tuâ abeſt. R. Quidnam? R. Lictores duo, duo

Viminei faſces virgarum.

Seruo, ſe judicem dicenti.

Quid refert beneficum eſſe oratione, ſi ad rem auxilium

Emortuum eſt. *Nolo verba, ſed res.*

Irrigatum plagis te hodie in piſtrinum dabo;

Niſi hodie priùs comparaſſis quadraginta minas,

Quàm argenti fuero tibi elocutus vltimam

ſyllabam. *Celeriter.*

Mulieres fundis ornatæ.

Elles portent tout ce qu'elles ont vaillant.

Vocabula noua auctiones ſubigunt.

Font mieux vendre la marchandiſe.

Mihi nec ſeritur, nec metitur.

Ce n'eſt pas pour moy.

Sapit hic pleno pectore.

Voila vn maiſtre homme.

Os ei ſublitum eſt.

On luy a paſsé la plume par le bec.

Qui prædicat laudes ſuas, in illius ore fiunt ſordidæ. *Laus proprio ſordeſcit in ore;*

Peccatum largiter.

On s'eſt lourdement trompé.

Illi frons caperat ſeueritudine.

Il ride le front.

- Futurum mihi corium pulchrum prædicas;
Quem Apelles atque Xeuxis duo pingent pigmentis vlmeis.

Ita ſeruus verberandus virgis.

EX BACCHIDIBVS.

De auro nihil ſcio, niſi neſcio.

Ignoro quid velis.

Neſcit quid faciat auro. R. Mihi det velim.

Homo ditiſſimus.

Si ſunt illi virgæ ruri, mihi tergum domi eſt.

Et bien! quitte pour eſtre fouëtté.

Si vnam ſyllabam peccaueris,
Corium fiet maculoſum. *Verberaberis.*

Dempſiſti parum? R. Quid parum? Imò minimo minus. *Si peu que rien.*

EX MOSTELLARIA.

Mei tergi facio hoc, non tui fiduciâ.

Si je ſuis battu, c'eſt pour moy.

Quid opus ſpeculo tibi, quæ tute ſpeculo ſpeculum es. *Politiſſima mulier.*

Quid oleat neſcio, niſi id vnum, vt malè olet *Fœtens mulier.*

Argentum præſentarium. *Argent contant.*

Pax (*vel pars*) mihi eſt cum mortuis. *Ie ne crains point les eſprits.*

Sol agit hîc perpetuum diem. *Domus benè aperta.*

Mihi corium eſt ſyncerum. *Nunquam vapulaui.*

Quod agis, hoc agas. *Songez à ce que vous faites.*

Ex Menoecmis.

Vobis demenſum dabo.

Non modio, ſed trimodio, ſed ipſo horreo, *Ie vous mettray à meſme.*

Pueri formâ ita ſimili,
Vti mater ſua internoſſe non poſſet, quæ mammam dabat. *Gemini ſimillimi.*

Dies quidem jam eſt ad vmbilicum, eſt dimidiatus mortuus. *Meridies.*

Metuis, credo, ne fores Samiæ ſint. *Pulſare non audes ad januam.*

Obſonium affer, nec deficiat, nec ſuperſit. *Ny trop, ny trop peu.*

Quot erunt? R. Ego & Menœchmus, & Paraſitus.
R. Iam iſti ſunt decem; nam Paraſitus
Octo hominum officio fungitur. *Helluo & vorax.*

Feciſti funus prandio me abſente. *Nihil mihi reliquiſti.*

Tu. R. Ego ne? R. Tu iſtic vnquam:
Vin afferri noctuam, quæ Tu, Tu vſque dicat tibi.

Reponens identidem hanc vocem TV.

Occluſit fores; ego ſum excluſiſſimus.

Me voila chaſsé tout à fait.

Pernicitas deſerit;

Conſutus ſum ſenectute, ætas mala eſt mera.

Sum valdè ſenex.

Quæ viros ſeruire ſibi poſtulant,

Dote fretæ feroces.

Veûllent eſtre les maiſtreſſes.

Dabitur malum, ſi propiùs acceſſeris.

Si tu approches, tu t'en repentiras.

Mouet formicinum gradum.

Il va à pas de plomb.

Fames, frigus, hæc ſunt præmia ignauiæ.

Pigrorum merces.

Sementem illis in ore faciam, pugnoſque inſeram: *Ie les gourmeray.*

Face vt oculi locus in capite appareat.

Arrache-luy les yeux.

Cum dentes mihi cadebant primulùm,

Cum eſſem adhuc infans, & ſeptennis.

EX MILITE GLORIOSO.

Fartum facere ex hoſtibus.

Les hacher en pieces; comme chair à paſté.

Auribus hæc audienda ſunt, ne dentes dentiant. *Paraſitus debet eſſe adulator.*

Faciemus vt quod vident, non videant.

Ei illudemus; eum fallemus.

Ecce ædificat, columnam mento ſuffulcit ſuo.

Il s'appuye la teſte ſur les mains.

Ego meos oculos habeo, nec rogo vtendos foris. *Ie ne me ſers point de lunettes.*

Mulier quæſtuoſa, quæ alit corpus, corpore.

Lupa, meretrix.

Sinite abeam vti viua à vobis.

Vous me voulez faire mourir.

Naſo hæc quidem plus videt, quàm oculis.

Vetula ſagax.

Animus per oculos meos deſit.

Amore langueo.

Diſtendite hominem, diuerſum facite,
Inter cælum & terram vt medius ſiet.

Prenez-le à quatre, & tenez-le en l'air.

EX MERCATORE.

Meæ res ad illum ibant exulatum.

Dabam illi omnia.

Validè res ſuas lacerare.

Diſſipare bona ſua.

Tibi aras, tibi occas, tibi ſeris, tibi eidem metis. *Si tu fais bien, ce ſera pour toy.*

Calidam picem bibito, ægritudo abſceſſerit.

Tu ſeras gueri de tous maux.

- Decrepitus ſenex
Tantumdem eſt, tanquam ſit ſignum depictum in pariete. *Nihil poteſt ſenex.*

Muſca eſt meus pater, nihil poteſt
Clam illum haberi.

Il ſçait tout, il va par tout.

Si domi ſum, foris eſt animus; ſi foris ſum, eſt animus domi. *Vn eſprit égaré.*

Aliquid mali eſt propter vicinum malum.

Timor mali imminentis.

Vxor mea tota in fermento jacet.

Elle eſt en groſſe colere.

EX PSEVDOLO.

Per ceram & linum, litteraſque interpretes
Salutem mittit. *Ad te reſcribit.*

- Pumiceos oculos habeo,
Non queo lacrymam exorare vt expuant.

Lugere non poſſum.

Neque homines magis aſinos vnquam vidi.
- ita plagis coſtæ calent,
Quas cum ferias, tibi plus noceas.
Ils ſont durs aux coups.
Nomen quoque jam interiit mutuum.
Credit eſt mort.
Ex tuâ re non eſt, vt ego moriar.
R. Qui-dum? R. Sic quia ſi ego
Demortuus ſim Athenis, te nemo ſit nequior.
Sic improbus, ad improbum.
Cantores probos!
Et nunquid aliud voltis dicere?
Ad eos qui probra effutiunt.
Voila bien chanté: n'y a-il plus rien à dire?
Ex hoc ſepulchro vetere viginti minas effodiam hodie. *Emungam ſeni pecuniam.*
Bonus animus in re malâ dimidium eſt.
Contre fortune bon cœur.
Credo animo mal' eſt ædibus.
R. Quid jam? R. Quia Ædepol iſtum lenonem euomunt. *Leno expulſus domo.*
Quantùm negotij in muliere.
Que de peine pour vne femme!
Haud amicè facis, qui cum onere affers moram. *Laiſſez-moy paſſer, je ſuis chargé.*
- Digitos in manibus non habent.
R. Quid jam? R. Qui incedunt cum annulatis auribus. *Qui ont des pendans d'oreilles.*
Etruſcæ ſunt Calaminæ, citò creſcunt
Mauuaiſe herbe croiſt volontiers.
In jus eas. R. De prandio hoc dicis?
Æquiuocum in hac voce, IVS.
EX PERSA.
Bona pax. *Paix-là.*
Tuo ex ingenio mores alienos probas.

Vous jugez des autres par vous-meſme.

Seruam operam, linguam liberam herus meus Me juſſit habere.

Tout valet que je ſuis, je dis tout ce que je veux.

Te defigam in terram colaphis.

Ie te donneray vn ſi grand ſoufflet, que je t'abbatray à mes pieds.

Tua merx, tua indicatio.

C'eſt à vous à dire le prix.

Cor habet. *Il a de l'eſprit.*

Nummus hinc abeſſe non poteſt.

Ie n'en rabbatray pas vn denier.

EX RVDENTE.

Ventus de tecto omnes extuibauit tegulas;
Illuſtriores fecit ædes, & feneſtras indidit.

Le vent a deſcouuert toute la maiſon.

Saluete fures maritimi, famelica hominum natio. *Piſcatores.*

Neptunus hac nocte eum magnis poculis inuitauit. *In mari ſubmerſus eſt.*

Neptune jam es balneator frigidus;
Vtinam fortunâ nunc anatinâ vterer.

Sic loquitur projectus in mare.

Ibi te volo
Vſque habitare, donec totum carcerem contriueris. *Diutiſſimè.*

Bonis quod benè fit, haud perit.

Il fait bon obliger vn honneſte homme.

Pæne inepta eſt, atque otioſa ejus amatio.

Vne amitié ſotte, & niaiſe.

Vnâ Ædepol litterâ plus ſum quàm medicus.
R. Tu mendicus es? R. Tetigiſti acu.

Medicus pauper.

EX STICHO.

Famem ſuſpicor matrem mihi.

Nam poſtquam natus ſum, ſatur nunquã fui:
Sed quam ego matri meæ retuli inuitiſſimus,
Eam mihi nunquam mater retulit gratiam.
Nam illa me in aluo menſes geſtauit decem,
At ego illam annis plurimis.

Ita loquitur Paraſitus eſuriens.

Nulla tibi lingua eſt, quæ quidem dicat, dabo.

Nihil promittis.

Defeſſus ſum pulſando, hoc eſt poſtremum vobis. *Ie ne frapperay plus à cette porte.*

Ecce lupum in ſermone. *Lupus in fabulâ.*

EX TRINVMMO.

Qui valet vxor? R. Pluſquam volo;
Immortalis eſt, viuit, victura eſt.

Vxoris optans mortem.

Nota mala, res optima eſt.

Il fait bon connoiſtre le mal.

Ædes venales inſcribit litteris.

Maiſon à vendre.

Faxim occluſiorem habeat ſtultiloquentiam.

Ie le feray bien taire.

Qui in amore præcipitauit, peius perit
Quàm ſi è ſaxo ſaliat.

In amore periculoſi caſus.

Benefacta benefactis pertegite, ne perpluant.

Beneficia addite beneficiis.

Comedit quod fuit, quod non fuit.

Il a mangé ſon bled en herbe.

Sapientiæ ætas condimentum eſt.

Ætate ſapimus.

Immortale eſſe reris argentum?

Tu penſes que l'argent croiſt en ma bourſe?

Oculos effodiam, ſi verbum dixeris.
R. Luſcus dixero.

Ie ne lairray point de le dire.

Ambabus malis expletis vorat.
Edit voraciter.
Sector Zonarius. *Vn Couppe-bourſe.*
Si ante primam lucem ire occipias
A meo primo nomine, concubium
Sit noctis, priuſquam ad poſtremũ perueneris.
R. Sic opus eſt viatico ad tuum nomen.
Qui multa habet nomina.
Deuoraui nomen imprudens modò.
R. Non placet qui amicos intra dentes concluſos habet.
R. Modò verſabatur in labris primoribus.
I'auois ſon nom ſur le bout de la langue.
Mihi concenturiat metum in corde.
Mihi timorem injicit.
Subripuit currenti curſori ſolum.
Fur peritus.
Ego te ſtare nolo. R. Quid? Si egomet te velle nolo. *Vis? R. Ego nolo.*
Exædificare ex ædibus. *Ejicere domo.*
Si pro peccatis, centum ducant vxores, parum eſt. *Multa peccata admiſerunt.*
EX TRVCVLENTO.
Attulit manus ſteriles. *Nihil dedit.*
In melle lingua, in felle corda, & aceto.
Diſſimulant furorem.
Meas pugnas manibus prædicare ſoleo.
Ita Thraſo.
Fons vitij, & perjurij!
O ſceleſtum hominem!
Hic, vt Acheronti, ratio accepti ſcribitur,
Intrò acceptum, non poteſt ferri foras.
Rien ne ſort d'icy.
Animo inops, vino feci.
Hoc feci ebrius.

CAIVS LVCILIVS.

EX FRAGMENTIS XXX LIBRORVM SATYRICORVM.

Verba dare, vt poſſint callidè fallere.

Mentiri.

Inſidias facere, vt ſi hoſtes ſint omnibus omnes. *Traiter d'ennemy tout le monde.*

Aurum, atque Argentum, ſpecies virtutis vtrique eſt;
Quantùm habeas, tanti ipſe ſies, tantique habearis. *L'Argent fait tout.*

Lateralis dolor certiſſimus nuncius mortis.

vne Pleureſie.

Scire hoc ſe neſcit, niſi alios id ſcire ſcierit.

Vult oſtendere ſcientiam ſuam.

Aurum nequam eſt, aures quod vi vehementiùs ambit. *Inaures aureæ.*

Qui campos, colleſque gradu perlabitur vno.

Equus incitatiſsimus.

Non omnibus dormio. *Id eſt, diſsimulo.*

Vinum crucium. *Inſuaue.*

Scinde puer calam, vt caleas.

Fendre du bois pour s'échauffer.

Pergit capulare cadauer. *Valdè ſenex.*

Ah! domus antiqua, quam diſpari dominaris domino!

Malum dominum ſortita, quæ antea bonum.

Nec fruſtillatim, nec minutatim dari.

Petit à petit.

Succuſſatoris tetri, tardique caballi.

Vn meſchant cheual.

Iter laboſum, & lutoſum.

D'où on ſe tire à grand' peine.

Expirans animam pulmonibus æger agebat.

Moriebatur.

Ob facta nefantia. *Nefanda.*
Vt lurcaretur lardum. *Vt auidè ederet.*
Viuite lurcones, comedones, viuite ventres.
Des Goullus.
Non omnia poſſumus omnes.
Tous ne ſont pas propres à toutes choſes.
Adipatum pultem. *Vne ſouppe graſſe.*
Cum Bulgâ cænat, dormit, lauit, omnis in vnâ
Spes hominis Bulgâ, hac deuincta eſt cætera vita. *Numquam deſerit crumenam.*
Equum muſimonem. *Vn petit cheual.*
Virtus, diuitiis pretium perſoluere poſſe.
Diuitiæ nihil ſunt ſine virtute.
Cum ſe ſuſtulit in digitos, primoreſque erigit vngues. *Gallus Gallinaceus victor.*
Compone latus lateri, & cum pectore pectus.
Duo conjuncti.
Scaberat, vt porcus contritis robore coſtis.
Qui ſe grate.
Soluere nulli. Lentus. *Qui paye bien.*
Lucifugus nebulo. *Mendax inſignis.*
Et non pauper vti Samio, curtoque catino.
Supellex pauperis.
Equus gradarius. *Vn cheual de pas.*
Vti ſtulto nihil eſt ſatis, omnia cùm ſint.
Stultus omnia, & ſemper deſiderat.
Iucunduſq; puer, qui lamberat ore placentas.
Vn valet friand.
Homines hanc ſibi moleſtiam vltro, atque ærumnam afferunt;
Ducunt vxores. *Vxor magnum malum.*
Populus Romanus ſuperatus eſt præliis multis,
Bello verò nunquam. *Nunquam victori ceſſit.*
Deargentaſſare quemquam. *Tollere pecuniam.*
Eluuiem facere per ventrem. *Purgare ſe.*

Aunibal viriatus. *Magnarum virium.*
Capital eſt iraſcier. *Periculoſa ira.*
Corpus ſiccaſſem pilâ. *Exercitium pilæ.*
Coquus non curat caudam inſignem, illa dum pinguis ſiat.
Les meilleurs morceaux ne ſont point les plus gros.
Amici quærunt animum, Paraſiti diuitias.
Diſcrimen amici, & Paraſiti.
Inſcriptum exportat ex portu clanculùm, ne portorium dent.
Merces clàm exportata, ne ſoluant aliquid.
Aliquem è feneſtris in caput dejicere.
Faire ſauter les feneſtres.
Inuidere, & ſtrabonem fieri.
Deuenir louche à force de regarder de trauers.
Quidquid ſit, quidquid non ſit, fero æquo animo, ac fortiter.
Ita vir conſtans.
Cum ſciam nihil eſſe proprium in vita mortali datum. *Hic nihil eſt perpetuum*
Lignum cedat, penſum faciat, euerrat domũ,
Vapulet. *Seruorum vita.*
Apres auoir bien trauaillé, eſtre battu.
Virtute ſeruitutem excuſſit.
Manumiſſus, quia bonus.
Mali re in ſecundâ tollunt animos, in malâ deprimunt.
Mali neutram fortunam ferre queunt.
Solui tergo ſaluo. *Sans auoir eſté battu.*
Omnia viſcatis manibus leget. *Rapiet.*
Soſpitat, impertitque ſalutem plurimam,
Et pleniſſimam.
Il vous saluë tres-affectueuſement.
Nullo honore deſletus, nullo funere.

Sine pompâ ſepultus.

Quid me fiet? *Que deuiendray-je?*

Mendacia argutamini. *Mentez hardiment.*

Cui ſæpe impoſui mille plagarum in diem.

Que j'ay bien battu.

Iræ indulges nimis;

Manus à muliere abſtinere melius eſt.

Il ne faut pas battre vne femme.

- Vt animos veſtris attendere dictis

Atque adhibere velis.

Eſcouter auec attention.

Vetulus lupus Annibal. *Vn fin Renard.*

Fouere ventrem hordeo mellito, vt cataplaſmo. *Manger des gaſteaux.*

Caput ſcabit, pedes legit.

Elle luy regarde en la teſte.

Iam ſatias me rerum tenet. *Ie ſuis ſâoul.*

Aulæa obducite. *Tirez les rideaux.*

Hyemem vnamquamque carpam.

Ie paſſeray chaque hyuer.

Hæc edit ſe, vt Polypus ipſe.

Elle ſe conſomme.

Deletionem noſtri ad vnum exercitus.

Pas vn n'eſt échappé.

Habet omnem rem, me accuſare poteſt.

Omnia nouit.

Quis tu homo es? R. Nemo ſum homo.

Ie ne ſçais ce que je ſuis.

Quid ſibi vult? quare fit vt intro verſus, & ad te

Spectent atque ferant veſtigia.

Nemo à te redit: omnes voras.

In vino mortuus eſt, vbi quis inuitauit dapſilibus ſe.

Mortuus eſt ex crapulâ.

Hic vt muſcipula contenta, vt ſcorpiu. caudâ ſublatâ.

Paratiſsimus ad aliquid agendum.

Neminis ingenio quẽquam confidere oportet.

Il ne ſe faut fier à perſonne.

Ipſo cum domino calce omnes excluſimus.

Chaſſez à coups de pied juſques au Maiſtre.

Diſcerniculumque capillo.

Acus diſcriminatoria.

Quandoque pudor ex pectore ceſſit.

Quelquefois on pert toute honte.

Se conficit ipſe, comeſtque.

Il ſe ronge ſoy-meſme.

EX NVMMVLARIA COMOEDIA.

Verba delinifera. *De belles paroles.*

A. TVRPILIVS *Comicus.*

Currendo ſic datur nimium, vt ſopori ſeruiat

Curſus conciliat ſomnum.

Profectò vt quiſque minimo contentus fuit,
Ita fortunatam vitam ducit maximè.

Paucis contentus, feliciſſimus eſt.

Quidvis ſatis eſt.

Natura nihil ferè deſiderat.

PVBLIVS TERENTIVS.

EX ANDRIA.

- Andriam, & Perinthiam
Qui vtramuis rectè norit, ambas nouerit

Comœdiæ ſimillimæ.

Plauti & Ennij æmulari exopto negligentiam
Potius quam (*eorum*) obſcuram diligentiam.

Malo ſequi doctores errantes.

Obſequium amicos, veritas odium parit.

Non ſemper dicendum verum.

Apud me juſta, & clemens fuit ſeruitus.

Facilis herus.

Seni dare verba difficile.
On ne trompe point aiséмent vn vieillard.
Quoniam id fieri quod vis non poteſt,
Velis id quod poſſis. *Opta poſsibilia.*
Omnes ſibi meliùs malle eſſe, quàm alteri.
La Charité commence par ſoy-meſme.
In memoria habeo. R. Haud muto factum.
Non ingratum experieris.
Mortem ejus tam fert familiariter.
Rejecit ſe in eum flens quàm familiariter.
Elle fit paroiſtre qu'elle l'aymoit.
Amantium iræ amoris redintegratio eſt.
Inter amantes iræ accendunt amorem.
Si quid conſilij habet, conſumat nunc.
Qu'il le faſſe paroiſtre.
Filiam dare in ſeditionem, & incertas nuptias?
Malè collocare filiam ſuam.
Beneficium verbis initum, re comprobes.
Da quod promiſiſti.
Si mihi pergit quod volt dicere,
Ea quæ non volt, audiet.
Reponam conuiciis, conuicia.
Nodum in ſcirpo quæris. *Ibi nulla difficultas.*
Somniat ea quæ vigilans voluit.
Somnia ſequuntur vigilantes cupiditates.

EX EVNVCHO.

Fundi noſtri calamitas. *Qui m'a ruïné.*
Continuo palam eſt,
Plenus rimarum ſum, hac atque illac perfluo.
On ſçait tout ce que je fais.
Homo homini quid præſtat? Stulto intelligens quid intereſt?
Quelle difference y a-il d'homme à homme?
Adeon' homines immutarier ex amore,
Vt non noſcas eundem eſſe?

Amor homines penitùs immutat.

Omnia habeo, neque quidquam habeo;
Nihil cùm eſt, nihil deſit tamen.

Contentus ſum meâ ſorte.

Tacent, ſatis laudant.

Aſſentiuntur laudibus ſilentio ſuo.

Ex te exſculpere verum. *Tirer la verité.*

Tu quod cauere poſſis, ſtultum eſt amittere.

Perdere aliquid ſponte.

Omnia priùs experiri verbis, quàm armis ſapientem decet.

Non ſtat.m ad vim deueniendum eſt.

Noui ingenium mulierum,
Nolunt vbi velis, vbi nolis cupiunt vltrò.

Les femmes contrediſent toûjours.

Ouem lupo commiſiſti.

Malum elegiſti cuſtodem.

Ex jure heſterno nigrum panem vorant.

De la ſouppe réchauſée, & du pain bis.

Patria abliguriuit bona. *Il a ruïné ſon Pere.*

EX HEAVTON-TIMORVMENO.

Homo ſum, humani à me nihil alienum puto.

Peccare poſſum.

Vbi animus ſe cupiditate deuinxit malâ,
Neceſſe eſt conſilia conſequi conſimilia.

Prauus habitus non facilè excutitur.

Iam nos à pueris volunt eſſe ſenes:

Ita de ſenibus pueri loquuntur.

Noſti mores mulierum;
Dum moliuntur, dum comuntur, annus eſt.

Multùm temporis exigũt mulieres, vt ſe aptent.

Non fit ſine periculo magnũ & memorabile.

Magna, laborem exigunt.

In aurem vtramuis otioſè dormias.

Securus eſto. Vel otioſus eſto.

Deteriores

Deteriores omnes ſumus licentiâ.

Adoleſcentes impunitas perdit.

Orando ſurdas aures reddideras.

Multùm oraueras.

Studuiſti, vt iſti formæ mores conſimiles fiant

Pulcher, & bonus.

Nihil tam difficile, quin quærendo inueſtigari poſſit.

A force de chercher, on trouue.

Tu neſcis, quod ſcis, ſi ſapies. R. Mutum ſcies.

Non diuulgabis factum. R. *Promitto.*

Ius ſummum ſæpe ſumma malitia eſt.

Noli eſſe nimis juſtus.

Caudex, ſtipes, Aſinus, plumbeus, in illum nihil poteſt:

Nam ejus exſuperat ſtultitia hæc omnia.

Omnibus conuiciis dignus.

Nulla eſt tam facilis res, quin difficilis ſiet,

Quam inuitus facias.

Quæ inuiti facimus, nobis videntur difficilia.

Matres omnes filiis

In peccato adjutrices, auxilio in paternâ injuriâ. Solent eſſe.

Les meres gaſtent les enfans.

Nonne id flagitium eſt, te aliis conſilium dare;

Foris ſapere, tibi non poſſe auxiliarier.

Sage pour les autres, fol pour ſoy.

Animum qui jam luxuriâ, & laſciuiâ

Diffluit retundam, ac redigam.

Reducere perditum adoleſcentem.

Qui ſibi me pro derididiculo, & delectamento putat. *Qui fait de moy ſon joüet.*

Emori cupio. R. Priùs ediſce quid ſit viuere.

Ita adoleſcenti, mori volenti.

Adoleſcens quum maximâ in ſpe ſitus erit

Tum facillimè boni Patris pacem in leges conficiet ſuas.

Vn bon enfant fait aiſément la paix auec ſon pere.

EX ADELPHIS.

Errat quidem longè meâ ſententiâ,
Qui imperium credat grauius eſſe, ac ſtabilius
Vi quod fit, an illud quod amicitiâ adjungitur.

Satius eſt aliquid obtinere amore, quàm vi.

Malo coactus qui ſuum officium facit,
Dum id reſcitum iri credit, tantiſper cauet;
Si ſperat fore clam, rursùm ad ingenium redit.

Malus eſt magiſter officij metus.

Continuò pugnus in malâ hæreat.

Donne-luy vn coup de poing.

Hem! ſerua. *Cum quis percutitur.*

Voila pour toy.

De argento ſomnium, cras redi.

Non facilè mutuum redditur.

Nunquam vidi iniquiùs
Concertationem comparatam, quàm hæc hodie inter nos fuit;
Ego vapulando, ille verberando vſque defeſſi ſumus. *Me egregiè verberauit.*

Homine imperito nunquam quidquam injuſtius,
Qui niſi quod ipſe fecit, nihil rectum putat.

Il ne trouue rien bien fait que ce qu'il a fait.

Id laudi ducis, quod feciſti inopiâ.

Faute d'auoir dequoy.

Præterea colaphis ruber eſt totum caput.

I'ay force boſſes à la teſte.

Pecuniam in loco negligere, maximum interdum eſt lucrum.

Il ſaut perdre, pour gagner.

Illud eſt ſapere, non quod ante pedes modò eſt,
Sed quæ futura ſunt perſpicere.

N'aller pas toûjours deuant ſoy.

Nunquam rem facies, neſcis ineſcare homines. *Tu ne ſçaurois gagner perſonne.*

Inepta lenitas patris, & facilitas praua.

Vn pere qui gaſte ſon fils.

Inſpicere tanquam in ſpeculum in vitas omnium

Iubeo, atque ex aliis facere exemplum ſibi.

Profiter des exemples d'autruy.

Lupus in fabulâ.

Adeſt de quo erat ſermo.

Id quidem angiportum non eſt peruium.

C'eſt vn cul de ſac.

Credebas dormienti hæc tibi confecturos Deos. *Rien ſans peine.*

Cyathos ſorbilans paulatim hunc producam diem. *Boire tout vn jour.*

Suſpicioſi ad contumeliam omnia accipiunt magis:
Propter ſuam impotentiam ſe ſemper credunt negligi.

Vn homme ombrageux croit qu'on le mépriſe.

Communia eſſe amicorum inter ſe omnia.

Rien de propre entre amis.

Erubuit, ſalua res eſt.

Pudor in adoleſcente, bona indolis nota.

Facilitate nihil eſt homini melius, atque clementiâ.

Clementia hominem decet, & facilitas.

Sibi vixit, ſibi ſumptus fecit.

Il en tire le profit.

Nimiùm ad rem in ſenectâ attenti ſumus.

Auari ſumus ſenes.

EX HECYRA.

Vt tergum meum commodem in tuam fidem?

Que je m'expoſe a eſtre battu pour vous?

Vt res ſeſe dant, aut magni, aut humiles ſumus.

Selon les occaſions tantoſt grands, tantoſt petits.

Qui amat, cui odio ipſus eſt,
Bis facere ſtultè duco.

Qui amat inimicum ſuum, bis inſanit.

Pueri inter ſeſe pro leuibus noxas gerunt;
Mulieres ſunt fermè, vt pueri, leui ſententiâ.

Mulieres & pueri ſimiles leuitate.

O fortunate! neſcis quid mali
Præterieris, qui nunquam es ingreſſus mare.

Maris quanta pericula?

Iſtuc eſt ſapere, qui vbicumque opus ſit, animum poſſis flectere.

Auoir vn eſprit pliant & accommodant.

EX PHORMIONE.

Quàm iniquè comparatum eſt, ij qui minus habent
Vt ſemper aliquid addant ditioribus.

Iniqua inopum conditio.

Fortes fortuna adjuuat.

Audentes fortuna juuat.

Auri montes pollicens.

Promet monts, & merueilles.

Laterem lauas. *Operam perdis.*

Vnum cognoris, omnes noris.

Omnes ſunt ſimiles.

In me ſpes omnis mihi eſt.

Quitte pour eſtre battu.

In inſidiis hic ero ſuccenturiatus.

Ie ſeray preſt à t'ayder.

Vereor ne iſthæc fortitudo in neruum erumpat denique *Ne te jette en priſon.*

Non rete Accipitri tenditur, neque Miluio.

On ne prend point ces oyſeaux-là à la glu.

Agrum de noſtro patre colendum habebat.

Villicus patris erat.

O fortunatiſſime! qui quod amas domi eſt.

Non quærendum foras, quod ames.

Potior ſit, qui prior ad dandum eſt.

Le plus obligeant ſera preferé.

De eâdem causâ bis judicium adipiſcier.

Bis judicari.

Quod aiunt, auribus teneo lupum:
Nam neque quò amittam modo inuenio,
Neque vti retineam ſcio.

Periculoſa hominis cuſtodia, qui elapſus tibi nocere queat.

Obtundis. *Vous me rompez la teſte.*

Senectus ipſa eſt morbus.

Sans les autres maladies.

Si animam debet.

S'il doit plus qu'il n'a vaillant.

Eueniunt, quæ non audeas optare.

Plus heureux que ſage.

In eodem luto hæſitas.

C'eſt la meſme difficulté.

Ager oppoſitus eſt pignori. *Il eſt hypotequé.*

Aliquot hos ſumam dies.

Ie me donneray du bon temps.

Venias mihi precibus lautum peccatum tuum.

Pete à me veniam.

Hoc publicitus ſcelus debet deportarier
In ſolas terras.

In regionem ſterilem mitti exul debet ille ſceleratus.

Niſi ſequitur, pugnos in ventrem ingere.

Vrgeatur pugnis captiuus.

Inepti veſtra puerili ſententiâ;
Nolo, volo; rurſum cedo, cape;
Quod dictum, indictum eſt, quod modo erat, irritum eſt.

Hominis dubij, & haſitantis deſcriptio.

Verba fiunt mortuo. *Il n'écoute plus.*

LVCIVS AFRANIVS.

Vſus me genuit, mater peperit memoria.

Sapientia ſic ait.

Quid eſt jusjurandum? emplaſtrum æris alieni.

Debitores jurant ſe mox ſoluturos.

Vxorem quærit firmamentum familiæ.

Qua familiam ſeruet.

Venena formoſarum mulierum. *Le Fard.*

Memini memoriter. *Probè recordor.*

T. LVCRETIVS CARVS.

EX LIBRO PRIMO.

Effugiumque fugæ prolatat copia ſemper.

In infinitum.

Ita res accendent lumina rebus.

Ex vno cognito alia cognoſcuntur.

EX LIBRO SECVNDO.

Inſertim fundunt radios per opaca domorum.

Radius Solis per rimam ſubiens.

Minuta per inane videbis
Corpora miſceri radiorum lumine in ipſo;
Et velut æterno certamine prælia, pugnaſque
Edere turmatim certantia, &c.
Diſſidiis exercita crebris. *Atomi in Sole.*

Ignes celeri flammâ deguſtant tigna, trabeſq;

Ignis domum abſumens.

EX LIBRO TERTIO.

Interdum quaſi exſurgendi incerta voluntas.

Homine ſemi-excitato.

- Ceruis
A patribus datur, & patrius pauor incitat artus. *Innatus eſt ceruis timor.*

EX LIBRO QVINTO.

-Tunc ſunt plura coorta
Et majora, nouâ tellure, atque æthere adulto.
Mundo naſcente omnia meliora erant.
Mollia ricta fremunt, duros nudantia dentes.
- Morſuque petentes.
Suſpenſis teneros imitantur dentibus hauſtus.
Des chiens qui font ſemblant de mordre.
- Sapiunt alieno ex ore, petuntque
Res ex auditu. *Nimiùm creduli.*
-Ventorum paces, animæque ſecundæ.
Vne bonace.

EX LIBRO SEXTO.

- Vbi è regione loci venere volantes,
Claudicat extemplo pennarum niſus inanis,
Et conamen vtrimque alarum proditur omne:
- nequeuntque inſiſtere alis.
Aues ſuper Auernum lacum volantes, cadunt.
- Populum ſepelire ſuorum
Certantes, lacrymis laſſi, luctuque redibant.
In magnâ peſte.

M. TVLLIVS CICERO.

EX FRAGMENTIS ARATÆIS.

Ab Ioue Muſarum primordia.
A Deo ſcientia.
- Iouis in regno, cælique in parte reſedit.
Cælicolis annumeratus eſt.
Curſu interiore, breui conuertitur orbe.
Cynoſuræ motus.
Obſtipum caput, & tereti ceruice reflexum.
Draconis in cælo caput.

Ortus vbi atque obitus partem admiſcentur in vnam *Cauda, & caput Draconis.*
Quaſi temone adjunctā præ ſe quatit Arcton.
Arctophylax, ſeu Bootes.
Et guſtare, manu victum domitumque juuencum *Bouis caro à militibus guſtata.*
EX PHÆNOMENIS ARATI.
- Horriſonis Aquilonis tangitur alis.
Vergit in Septentrionem.
Corpore ſemifero, magno Capricornus in orbe. *Capricorni ſignum.*
- Sagittipotens Solis cum ſuſtinet Orbem.
Sol in Arcitenente.
Atque pedes gelidū riuum fundentis Aquarî.
Sol in Aquario.
In quo Autumnali, atque iterum ſub lumine Verno
Exæquat ſpatium lucis cum tempore noctis.
Duo Æquinoctia.
Orionque metu perculſus conditur vnà.
Occaſus Orionis.
Mortiferum in venas figens per vulnera virus
Scorpius inſpirans venenum.
Illa graui moriens conſtrauit corpore terram.
Magnum monſtrum jacens.
EX PROGNOSTICIS.
Saxaque cana ſalis niueo ſpumata liquore
Terrificas certant Neptuno reddere voces.
Tempeſtatis ſtrepitus.
-- per littora cornix
Demerſit caput, & fluctum ceruice recepit.
Cum cornix ſe eluit aquâ.
EX ALCYONIBVS.
Præuius Auroræ Solis, noctiſque ſatelles.
Lucifer.

EX LIMONE.

Quidquid come loquens, atque omnia dulcia linguens. *Suauitas Terentiana.*

EX MARIO.

- Iouis Altiſoni pinnata ſatelles. *Aquila.*
- Transfigens vnguibus anguem
Semianimum, & variâ grauiter ceruice minantem. *Serpens quem rapit Aquila.*

EX LIBRO SECVNDO *de ſuo Conſulatu.*

- Cum ſe grauido tremefecit corpore tellus.
Terra mota eſt.
Et Diuum ſimulachra peremit fulminis ardor
Statuæ de cælo tactæ.
Altrix - Martia, quæ paruos Mauortis ſemine natos
Vberibus grauidis, vitali rore rigabat.
Lupa nutriens Romulum, & Remum.
Te patria in mediâ virtutum mole locauit.
Roma te creauit Conſulem.
Atque animo pendens noctis euenta timebat.
Timebat malam noctem.

EX LIBRO III. *De petitione Conſulatus.*

Interea curſus quos primâ à parte iuuentæ
Quoſque adeò Conſul virtute animóq; petiſti
Hos retine, atque auge famam, laudemque bonorum. *Inſiſte antiquis tuis veſtigiis.*

EX CARMINE *de ſuis temporibus.*

Cedant arma togæ, concedat laurea linguæ.
Eloquentia triumphis potior.
O fortunatam natam me Conſule Romam!
Meo Conſulatu Roma reuixit.

EX ELEGIA TAMELASTE.

Tales ſunt hominum mentes, qualis pater ipſe Iupiter.
Animæ hominum Deorum portiones.

EX IOCVLARI LIBELLO.

Fundum Varro vocat, quem poſſum mittere
Fundâ.

Fundus dictus à Fundæ jactu.

QVINTVS CICERO.

EX CARMINE *de duodecim Signis.*

Curriculumq; Aries æquat noctiſque, dieique.

Æquinoctium Vernum.

Autumni reſerat portas, æquatque diurna
Tempora nocturnis, depenſo ſidere Libra.

Æquinoctium Autumnale.

At dextrâ, læuâque ciet rota fulgida Solis
Mobile curriculum.-

Zodiacus quem Sol decurrit.

M. TERENTIVS VARRO.

Naturâ humanis omnia ſunt paria.
Qui pote plus vrguet, piſces vt ſæpe minutos
Magnu' comeſt, vt aues enecat Accipiter.

Violentia homini hominem præfecit.

- Putantes
Viuere cum patriâ, nunc ſumus in Rutubâ.

Verſamur inter Pœnos.

DE INSEPVLTIS.

Marmoreo Licinus tumulo jacet; at Cato
paruo;
Pompeius nullo; quis putet eſſe Deos?
-*vel* credimus eſſe Deos?

An Dij res humanas curant?

D. LABERIVS & P. SYRVS.

EX MIMIS D. LABERII, P. SYRI, *& aliorum, quæ vulgò nomine* P. SYRI *citantur.*

Collecta ſunt ex iis Sententiæ, & per litteras Alphabeti digeſta, apud Pithœum.

EX LITTERA A.

Ab alio expectes, alteri quod feceris.
Alij erunt in te, qui fueris in alios.
Auxilia humilia firma conſenſus facit.
Multi concordes timendi.
Animi arbitrio amor ſumitur, non ponitur.
Amor facilè excitatur, ægrè extinguitur.
Ames parentem, ſi æquus eſt: ſi alter, feras.
Parentes etiam duri amandi.
Amici vitia, ni feras, facies tua.
Amici vitia imputantur amico.
Alienum æs homini ingenuo, acerba eſt ſeruitus.
Vn honneſte homme ne veut rien deuoir.
Abſentem lædit, cum ebrio qui litigat.
Ebrius eſt alius à ſe.
Ad calamitatem quilibet error valet. (*alias* rumor.)
Mali nuncij quilibet calamitatem augent.
Ægrè reprẽdas, quod ſinis conſueſcere.
Initia mali reſecanda.
Amare, & ſapere vix Deo conceditur.
Omnes amantes deſipiunt.
Apertè mala cùm eſt mulier, tùm demum eſt bona.

Mulieres occultant vitia ſua.
Auarus niſi cum moritur, nil rectè facit.
Relinquens hæredi ſua bona.
Auaro quid mali optes, niſi vt viuat diù.
Quia viuit miſer.
Aliena nobis, noſtra plus aliis placent.
Minus noſtra nos afficiunt, quàm aliena.
Ad pœnitendum properat, qui citò judicat.
Non ſtatim judicandum.
Amicos res opimæ pariunt, aduerſæ probant.
Amici fortuna, non amicorum.
Audendo virtus creſcit, tardando timor.
Virtus augetur audaciâ; pigritiâ timor.
Amicum lædere ne joco quidem licet.
Reuerentia amico exhibenda.
Amicitia pares aut accipit, aut facit.
Æqualitas inter amicos.
A morte ſemper homines tantumdem abſumus. *Mors omnibus imminet.*
Animus hominis quidquid ſibi imperat, obtinet. *Nihil impoſſibile volenti.*
Amor miſceri cum timore non poteſt.
Non poſſumus aliquem timere, & amare.
Anguſtâ capitur tutior mensâ cibus.
Menſa pauperum venena non timet.

EX LITTERA B.

Bis eſt gratum, quod opus eſt vltrò ſi offeras.
Donner de bonne grace, c'eſt donner deux fois.
Beneficia accipere, libertatem vendere eſt.
Non facilè recipienda munera.
Bis peccas cum peccanti obſequium accommodas. *Tuo peccato, & alieno.*
Beneficia danda accipit, qui digno facit.

Quia hic non erit ingratus.

Beneficium vbi des dignis, omnes obligas.

Quia digni omnes idem expectant à te.

Beneficia qui dediſſe ſe dicit, petit.

Tacita beneficij petitio.

Bona opinio hominûm tutior pecuniâ eſt.

Plus prodeſt fama, quàm diuitiæ.

Bis vincit qui ſe vincit in victoriâ.

Domare animi ſui motus.

Benè perdit nummos judici qui dat nocens.

Corrumpendo judicem.

Bonis nocet quiſquis pepercerit malis.

Indulgentia in malos, crudelis eſt.

EX LITTERA C.

Crudelis in re aduersâ eſt objurgatio.

Dare afflictionem afflicto.

Cui ſemper dederis, vbi negas, rapere imperas.

Inuitat ad furtum, qui negat, quod dare conſueuit.

Crudelem medicum intemperans æger facit.

Quia ei adhibenda acriora remedia.

Citiùs venit periculum cùm contemnitur.

Cauendum in periculis.

Cùm vitia proſunt, peccat qui rectè facit.

Vitia vtilia, non nocent.

Comes facundus in via pro vehiculo eſt.

Fallit tempus, & laborem.

Calamitas virtutis eſt occaſio.

Infelices ſtudioſi.

Cupiditati tarda eſt ipſa celeritas.

Non ſatis citò fit, quod multùm optatur.

Conjunctio animi maxima eſt cognatio.

Plus ſe amant amici, quàm conſanguinei.

Caret periculo, qui etiam tutus timet.
Qui omnia timet.
Caſus quem ſæpe tranſit aliquandò inuenit.
Non ſumus ſemper in periculis felices.

EX LITTERA D.

Diſcipulus eſt prioris poſterior dies.
Tempus præteritum nos edocet.
Deliberare vtilia mora eſt tutiſſima.
Multùm deliberare in magnis nunquam nocet.
Dolor decreſcit, vbi quò creſcat non habet.
Magnus dolor non diù durat.
Deſunt inopiæ multa, auaritiæ omnia.
Auarus maximè eget.
Damnum appellandum cum malâ famâ lucrũ.
Mala fama magnum malum.
Deſpicere oportet, quod poſſis deperdere.
Caduca res contemnenda.

EX LITTERA E.

Etiam innocentes cogit mentiri dolor.
Rei in quæſtione ſæpe mentiuntur.
Etiam celeritas in deſiderio mora eſt.
Non ſatis citò fit, quod multùm deſideratur.
Ex vitio alterius ſapiens emendat ſuum.
Sapit alieno damno.
Etiam qui faciunt, odio habent injuriam.
Diſplicet injuſto ſua injuria.
Eſt vita miſero longa, felici breuis.
Vita felix, & infortunata.
Eget minùs mortalis, quò minùs cupit.
Pau[illegible] cupienda.
Et miſeriarum portus eſt patientia.

Remedium omnium malorum patientia.
Eſt ſocia mortis homini vita ingloria.
Iam mortuus eſt de quo nemo loquitur.
Exeritur opere nequitia, non incipit.
Iam animo malus erat, qui admittit ſcelus.

EX LITTERA F.

Fortunam citiùs capias, quàm retineas.
Tueri parta non eſt facile.
Formoſa facies muta commendatio eſt.
Il porte ſa recommandation ſur le front.
Fraus eſt accipere, quod non poſſis reddere.
Noli accipere, quod reſtituere nequis.
Fortuna nimiùm quem fouet, ſtultum facit.
Fortunati ferè fatui.
Fatetur facinus is qui judicium fugit.
Declinare judicium eſt fateri ſe reum.
Felix improbitas, optimorum calamitas.
Les Maltotiers.
Furor fit ſæpe læſa patientia.
Vide ne bonum ſæpe lædas.
Fidem qui perdit, perdere quid vltrà poteſt?
Vltimum bonorum fides.
Fortuna obeſſe nulli contenta eſt ſemel.
Les mal-heurs ſe tiennent l'vn l'autre.
Fulmen eſt, vbi cum poteſtate habitat iracundia. *Ira potentis reformidanda.*
Fortuna vitrea eſt, tùm cùm ſplendet frangitur. *Timenda ſemper fortuna.*
Feras quod lædit, vt & quod prodeſt feras.
Il faut auoir du mal pour auoir du bien.
Fortuna quò ſe, eôdem & inclinat fauor.
Fauetur felicibus.
Fortuna magna, magna domino eſt ſeruitus.

Dignitas, nobilis eſt ſeruitus.

Faciliùs creſcit, quàm inchoatur dignitas.

Il n'y a que commencer.

EX LITTERA G.

Grauiùs nocet, quodcumque inexpertum accidit. *Plus ſentiunt calamitatem felices.*

Grauiſſimum eſt imperium conſuetudinis.

Conſuetudo non facilè tollitur.

Geminat peccatum, quem peccati non pudet.

Impudentia omni crimine grauior.

EX LITTERA H.

Homo eſt extra corpus ſuum, cùm iraſcitur.

N'eſt plus à ſoy.

Heu! quàm timendus, qui mori tutum putat.

Metuendus deſperatus.

Homo, qui in homine calamitoſo eſt miſericors, meminit ſui.

Miſericordia ſapit hominem.

Honeſta turpitudo eſt pro bonâ causâ mori.

Mortem honeſtam facit bona cauſa.

Habet in aduerſis auxilia, qui in ſecundis commodat. *Benefac, & tibi bene fiet.*

Quàm miſerum eſt ab eo lædi, de quo non poſſis queri. *A potente, vel amico.*

Miſer eſt, qui in tormento vocem non habet.

Qui tacere jubetur læſus.

Miſerum eſt ſeruire diſcere, cùm natus eſt dominarier. *Princeps dejectus.*

Habet ſuum venenum blanda oratio.

Timenda eſt.

Homo totiens moritur, quotiens amittit ſuos.

In filiorum morte.

Honeſtus rumor alterum eſt patrimonium.

Bona fama, diuitiæ.

Honeſtè ſeruit, qui ſuccumbit tempori.

Qui s'accommode au temps.

Homo vitæ commodatus, non datus eſt.

Debet mori.

Multa pœnitenda occurrunt viuenti diù.

Diu viuens ſæpe peccat.

Hæredis fletus ſub perſonâ riſus eſt.

Ridet in ſuo ſinu.

Honeſta lex eſt temporis neceſſitas.

Turpe non eſt ſeruire tempori.

EX LITTERA I.

Inimicum vlciſci, vitam accipere eſt alteram. *Vltio dulcis.*

Inuitum cùm retineas, exire incitas.

Nitimur in vetitum.

In nullum auarus bonus eſt, in ſe peſſimus.

Nulli prodeſt.

Inopi beneficium bis dat, qui dat celeriter.

Bis dat, qui citò dat.

Inſtructa inopia eſt in diuitiis cupiditas.

Omnis cupidus eget.

Inuitat culpam, qui peccatum præterit.

Qui diſſimulat peccatum, inuitat ad illud.

Inuidiam ferre aut fortis; aut felix poteſt.

Sunt ſupra inuidiam.

Iratum breuiter vites, inimicum diù.

Quia durant odia.

Injuriarum remedium eſt obliuio.

Non recordari.

Is minimo eget mortalis, qui minimùm cupit.

Diues eſt, qui nihil cupit.

Iusjurandum alieni infido emplaſtrum æris eſt. *Quia jurat ſe ſtatim ſoluturum.*

In malis ſperare benè niſi innocẽs nemo ſolet.
Innocens ſemper ſperat.

In calamitoſo riſus etiam injuria eſt.
Ridere afflictum, eſt eum afficere injuriâ.

Iudex damnatur, cum nocens abſoluitur.
Reus abſolutus, judicis condemnatio eſt.

Illo nocens ſe damnat, quo peccat die.
Damnatur judice conſcientia.

Ita crede amico, ne ſit inimico locus.
Quia tibi poteſt eſſe inimicus.

Improbè Neptunum accuſat, qui iterum naufragium facit.
Qui bis eundem errorem admittit.

Ignoſcito ſæpe alteri, nunquam tibi.
Eſto auſterus tibi, facilis alij.

EX LITTERA L.

Lucrum ſine damno alterius fieri non poteſt.
Quicumque lucratur, ſemper alteri nocet.

Legem nocens veretur, fortunam innocens.
Bonus tantùm timet fortunam.

Luxuriæ deſunt multa, auaritiæ omnia.
Libidinoſus eget, multò magis auarus.

EX LITTERA M.

Multis minatur, qui vni facit injuriam.
Quia eandem aliis facere poteſt.

Mora omnis odio eſt, ſed facit ſapientiam.
Feſtinandum lentè.

Miſerrima eſt fortuna, quæ inimicis caret.

Vtiles ſunt inimici.

Malus vbi bonum ſe ſimulat, tunc eſt peſſimus. *Quia magis impunè nocet.*

Minus eſt quàm ſeruus dominus, qui ſeruos timet. *Qui eum timere debent.*

Magno periclo cuſtoditur quod multis placet. *Cui multi inhiant.*

Malè viuunt, qui ſe ſemper victuros putant. *Qui de morte non cogitant.*

Minùs decipitur, cui negatur celeriter. *Statim negandum, quod dari nequit.*

Male facere qui vult, nunquam non cauſam inuenit. *Ratio nocendi facilè inuenitur.*

Malè imperando ſummum imperium amittitur. *Qui malè regnant, regno excidunt.*

Malum conſilium conſultori peſſimum. *Nocet ei, qui conſilium dat.*

Miſer dici bonus vir, eſſe non poteſt. *Vir bonus nunquam eſt miſer.*

Mortem timere crudelius eſt, quàm mori. *Mali timor eſt ipſo malo grauior.*

Magiſter infidelis eſt recti metus. *Quæ ex metu fiunt, non durant.*

EX LITTERA N.

Non peccant oculi, ſi animus oculis imperat. *Si continentur oculi.*

Nullus tantus quæſtus eſt, quàm quod habes parcere. *Theſaurus magnus parſimonia.*

Nunquam periclum ſine periclo vincitur. *Audendum in periculis.*

Non eſt tam bona fortuna, de quâ non poſſis queri. *Nihil eſt ab omni parte beatum.*

Negat ſibi ipſe, qui quod difficile eſt, petit.

Facilia petenda.
Nil eripit fortuna, niſi quod & dedit.
Deus dedit, Deus abſtulit.
Non eſt tuum, fortuna quod fecit tuum.
Fortunæ bona, noſtra non ſunt.
Nimiùm altercando veritas amittitur.
Obſcuratur veritas nimia diſputatione.
Nulli imponas, quod ipſe non poſſis pati.
Metire alios ex te ipſo.
Nihil eſt turpius, quàm viuere incipiens ſenex. *Qui ne ſçait pas viure.*
Non eſt bonitas eſſe meliorem peſſimo.
Virtus parua accedit ad vitium.
Nil poſſe quemquam, mortuũ eſt hoc viuere.
Eſſe ſine autoritate, mors eſt.
Negata eſt magnis ſceleribus ſemper fides.
Superant fidem magna crimina.
Neceſſe eſt multos timere, quem multi timent.
Tyrannus ſemper timet, dum timetur.

EX LITTERA P.

Pars beneficij eſt, ſi quod petitur citò neges.
Statim negandum, aut dandum.
Parere ſcire, par Imperio gloria eſt.
Obedientia æqualis Imperio.
Puras Deus, non plenas attendit manus.
Deus non reſpicit munus, ſed animum.

EX LITTERA Q.

Quod facere turpe eſt, dicere ne honeſtũ puta.
Cauendum à verbis obſcænis.
Quod vult habet, qui velle, quod ſatis eſt, poteſt. *Diues eſt qui contentus eſt.*

EX LITTERA R.

Ridiculum eſt nocentis odio perdere innocentiam.
Quia inimicus malus eſt, te eſſe malum.
Repente diues nemo factus eſt bonus.
Quod facilè acquiritur, rapitur.

EX LITTERA S.

Secretò amicos admone, lauda palàm.
Agendum cum amico conſideratè.
Spes præmij laboris eſt ſolatium.
Præmium incitat ad laborem.
Stultum eſt timere, quod vitare non potes.
Metus cauſa debet eſſe juſta.
Sæpe oculi & aures vulgi teſtes ſunt mali.
Nunquam credendum populo.
Suſpecta ſemper ornamenta ementibus.
Mercatores, qui merces ornant, timendi.

EX LITTERA T.

Tam deeſt auaro quod habet, quàm quod non habet. *Semper auarus eget.*
Turpis eſt inopia quæ naſcitur de gloriâ.
Qui ſe ruïnent pour auoir de l'honneur.

EX LITTERA V.

Veterem ferendo injuriam, inuitas nouam.
Non eſt nimis tolerandum.
Vitium fuit, nunc mos eſt aſſentatio.
Le vice a paſſé en couſtume.

EX LABERII PROLOGO
Mimi cujuſdam.

Neceſſitatem voluerunt multi fugere, pauci potuerunt.

Cedendum neceſſitati.

Nimirum hoc die...

Vno plus vixi, mihi quàm viuendum fuit.

Vtinam heri mortuus eſſem! non hodie vincerer.

à P. Syro.

Sepulchri ſimilis ſum, nil niſi nomen retineo.

Senex aliàs honoratus.

Non poſſunt primi eſſe omnes omni tempore:
Summum ad gradum cum claritatis veneris,
Conſiſtes ægrè, & citiùs quàm aſcendas, decidas.
Cecidi ego, cadet qui ſequitur; laus eſt publica.

Gloria magnorum virorum eſt fragilis.

VALERIVS CATO, GRAMMATICVS.
EX DIRIS *ſeu* INDIGNATIONE.

Pallida flaueſcunt æſtu ſitientia prata.

Ex nimio calore prata virere deſinunt.

Formoſæque cadent vmbræ, formoſior Ilex
Ipſa cades -
Cinis hæc tibi fiat oportet.

Arbores ad ignem cadentur.

-- diffuſis ignibus ira
Transvolet arboribus.

Comburantur arbores.

Dicantur mea rura ferum mare -
Nauta caueto

Rura. *Eluuies perdat meos agros.*
-- euerſis curſum diffundite campis -
Flumina.
Incurrant omnes paſſim remeantibus vndis:
Nec noſtros exire ſinant erronibus agros.
Fluuij inundent agros, mihi raptos.
Et metat hic juncos, ſpicas vbi legimus olim;
Occupet arguti grilli caua garrula rana.
Agri mutentur in paludes.
Vos nunc arridet ocellis.
Vos amicè reſpicit.
Inuideo vobis agri, diſcetis amare:
O fortunati nimiùm, multùmque beati
In quibus illa pedis niuei veſtigia ponet.
Quos amica mea percurret.
Aut inter varios Veneris ſtipendia flores
Membra reclinarit, teneramque eliſerit herbam.
Prata, in quibus jacebit.
Inuideo vobis agri, mea gaudia habetis;
Et vobis nunc eſt, mea quæ fuit antè voluptas.
Degit in his agris amica mea Lydia.
- ac ſi Fabula non vana eſt, Tauro Ioue digna, vel Auro.
Qua ametur à Ioue, vt Europa, & Danaë.
- Illi
Triſti turpabat malas lanugine barba.
Vulcanus impexâ barbâ.
-- non illo qui tempore natus,
Quo facilis natura fuit.-
Primo Mundi exordio.
Naſcendi miſerumque genus, & ſera libido.
Cur tardiùs natus ſum!

PORCIVS LICINIVS
EX ELEGIA *de Fratribus in bello Ciuili Caſſij, & Bruti cæſis.*

Quod fuerat virtus, factum eſt ſcelus.-
Frater vbi vidit fratrem à ſe cæſum.
Fraternam res nulla poteſt defendere cædem,
Mors tua ſola poteſt, morte leuanda tua eſt.
Mori debes, percuſſor fratris tui.
Impius hoc telo es, tu potes eſſe pius.
Vtere in te telo, quo fratrem occidiſti.
- potuiſti occidere fratrem ?
Neſciſti; ſed ſcis, hæc mora, culpa tua eſt.
Viximus aduerſis, jaceamus partibus iiſdem.
- In exuuias incidit ipſe ſuas.
Eripuit virtus pietatem, reddere virtus
Debet, quâ rapuit, hac rapienda via eſt.
Dum me interimam.
Sic fortuna regas ſemper ciuilia bella,
Vt victor victo non ſupereſſe velit.
Bella Ciuilia execranda.

LIBER

LIBER SECVNDVS.

ACVTE' DICTA POETARVM LATINORVM TEMPORE AVGVSTI.

C. VALERIVS CATVLLVS.

SÆCII incommoda. *Mali Poëta.*
Hinc abite lymphæ,
Vini pernicies.
Aquæ vinum corrumpunt.
Notho lumine Luna.
Quæ lumen recipit à Sole.
Tantò peſſimus omnium Poëta,
Quantò tu optimus omnium patronus.
Ita Catullus Ciceroni.
Sit ſuo ſimilis patri,
-- & facilè inſciis
Noſcitetur ab omnibus.
Et pudicitiam ſuæ matris indicet ore.
Filius ſimilis Patri.
Nos aliò mentes, aliò diuiſimus aures.

S.mulauimus audire.

Flos quem mulcent auræ, firmat Sol, educat
imber. *Flores creſcentes.*

Rura colat nemo, molleſcant colla iuuencis.

Deſeratur Agricultura.

Ne Labyrinthæis è flexibus egredientem
Tecti fruſtraretur inobſeruabilis error.

Errores Labyrinthi.

-- Prometheus
Extenuata gerens veteris veſtigia pœnæ.

Iecore lacerato per Aquilam.

Læua colum molli lanâ retinebat amictum,
Dextera tum leuiter deducens fila, ſupinis
Formabat digitis, tum prono pollice torquens
Libratum tereti verſabat turbine fuſum.

Mulieris nentis deſcriptio.

Hoſtibus haud tergo, ſed forti pectore notus.

Qui fugere neſcit.

-Tu moriens fregiſti commoda, frater!
Tecum vnà tota eſt noſtra ſepulta domus.

Columen eras familiæ noſtræ.

- Troia, nefas! commune ſepulchrum
Europæ, Aſiæque -
Troia virûm, & virtutum omnium acerba
cinis.

Ad quam tot viri magni ceciderunt.

C. HELVIVS CINNA.

DE ACHILLE.

Confirmat Stygio fonte puerperium.

Tethys lauat filium in Stygio fonte.

DE TELEPHO.

Vnde datum eſt vulnus, contigit inde ſalus.

Achillis haſta ſanauit Telephum.

DE XERSE.

Calcatur Pontus, fluctuat altus Athos.
Cæruleus canâ ſub niue Pontus erat.
- Fecit per mare miles iter.
Quale fuit regnum mundo noua ponere bella?
Hoc terræ fiant, hoc mare, dixit, iter.

Athos velificatus, & Helleſpontus ponte junctus à Xerſe.

-- Totus comitatur euntem
Orbis; quid dubitas Græcia ferre jugum?

Appetita à Xerſe tot copiis.

FVRIVS BIBACVLVS.

DE CATONE *Grammatico.*

Mirati ſumus vnicum magiſtrum,
Summum Grammaticum, optimum Poëtam,
Omnes ſoluere poſſe quæſtiones,
Vnum difficile expedire nomen.

Coactus decoquere, & villam ſuam relinquere creditori.

Cato Grammaticus, Latina Siren,
Qui ſolos legis, & facis Poëtas.

Magiſter Poetices, & judex.

P. TERENTIVS VARRO.

In paucis ejus verſibus, qui proſtant in editione Pithœanâ anni 1590. nihil eſt exquiſitum, & quod à cæteris ſecerni mereatur.

LAVREA TVLLIVS.

DE ACADEMIA *villâ Ciceronis.*

Hîc etiam apparet lymphæ non ante repertæ,
Languida quæ infuſo lumina rore leuant.

Vt quoniam totũ legitur ſine fine per Orbem,
Sint plures, oculis quæ medeantur, aquæ.
Hic orti fontes oculis ſalutares.

DOMITIVS MARSVS.

Ex *Carmine* IN CICVTA *de Bauio Curatore.*

Omnia cum Bauio communia frater habebat,
Vnanimi fratres ſicut habere ſolent.
Fratres concordiſſimi.
Corporibus geminis ſpiritus vnus erat.
Vna anima in duobus corporibus.

OCTAVIANVS AVGVSTVS.

DE ÆNEIDE VIRGILII.

Quid? tot congeſtos noctesque dieſque labores
Hauſerit vna dies? ſupremaque juſſa parentis
Amittant vigilaſſe ſuum? ſi fortè furenti
Errauit in morte dolor.
Virgilius juſſerat comburi ſuam Æneidem.
- Iterum ſentire ruinas
Troia ſuas, iterum cogetur reddere voces?
Crematâ Æneide.
- Tot bella tot enſes
In cineres dabit hora nocens.
Exterminabitur momento tantum opus.

P. VIRGILIVS MARO.

EX ECLOGIS.

3. Partem aliquam venti Diuûm referatis ad aures.

Non ſint preces meæ omnino inutiles.

5. Siue ſub incertas Zephyris motantibus vmbras.

Vento flante vmbræ arborum non conſtant.

6. Et grauis attritâ pendebat cantharus anſâ.

Quia ſæpe tractatus erat ab Sileno ebrioſo.

- Sæpe in læui quæſiſſet cornua fronte.

Io deſinens eſſe vacca.

EX GEORGICIS.

Ex Libro primo.

- Varias vſus meditando extunderet artes.

Experientia artium magiſtra.

- Suſpenſa focis exploret robora fumus.

Indurare lignum.

Ex Libro ſecundo.

Et ſæpe alterius ramos impune videmus
Vertere in alterius, mutatamque inſita mala
Ferre pyrum, & prunis lapidoſa rubeſcere corna. - Arbor
Miraturque nouas frondes, & non ſua poma.

Enter des arbres.

Ipſa ingens arbor, faciemq; ſimillima Lauro;
Et ſi non alium latè iactaret odorem,
Laurus erat. *Vn Citronnier.* Citrus.
-- Durique venenum
Dentis, & admorſo ſignata in ſtirpe cicatrix.

Planta ab animalibus admorſa.

Ex Libro tertio.

-- Exultantiaque haurit
Corda pauor pulſans.

In expectatione præmij.

- Rotæ ducuntur inanes
Per terram, & ſummo veſtigia puluere ſignant. *Des Chariots à vuide.*

Carpere mox gyrum incipiat, gradibuſque ſonare

Compoſitis, ſinuetque alterna volumina crurum. *Vne Hacquenée.*

Nec via mortis erat ſimplex.

Mortalitas ingens.

Ex Libro quarto.

- Tortuſque per herbam.
Creſceret in ventrem cucumis.

Amplus cucumis.

-- læſæque venenum
Morſibus inſpirant, & ſpicula cæca relinquunt
Affixa in venis, animamque in vulnere ponunt. *Apes dum pungunt, moriuntur.*

-- Dementia cepit amantem
Ignoſcenda quidem, ſcirēt ſi ignoſcere manes.
Inualidaſque tibi tendens, jam non tua palmas. *Orpheus perdit Eurydicen.*

EX ÆNEIDOS

Libro primo.

- Curiſque ingentibus æger
Spem vultu ſimulat.

Diſſimulat ægritudinem ſuam.

Non ignara mali, miſeris ſuccurrere diſco.

Miſeri, ſunt miſericordes.

- Noctem flammis funalia vincunt.

In nocturna cœna multæ faces.

Ex Libro ſecundo.

-- Dextræ ſe paruus Iulus
Implicuit, ſequiturque patrem non paſſibus æquis. *Paruus puer ſequens patrem.*

Ex Libro tertio.

Manderet, & trepidi tremerent ſub dentibus artus. *Il mange vn homme tout vif.*

Saxa-fatis nunquam conceſſa moueri.

Promontoria Siciliæ.

Ex Libro quarto.

Incipit effari, mediâque in voce reſiſtit.

Non audens loqui.

-- pendent opera interrupta, minæque
Murorum ingentes, æquataque machina cælo.

Opera magna, imperfecta, & interrupta.

-- Enſemque recludit
Dardanium, non hos quæſitum munus in vſus.

Gladius pignus amoris datus ab Æneâ Didoni.

-- Oculiſque errantibus alto
Quæſiuit cælo lucem, ingemuitque repertâ.

Moriens Dido.

Ex Libro quinto.

Hos ſucceſſus alit; poſſunt, quia poſſe videntur. *Animoſi re bene geſtâ.*

-- Veſtigia preſſo
Haud tenuit titubata ſolo.

Cadentis in lubrico deſcriptio.

-- Feſſoſque oculos furare labori.

Quieſce, & dormi.

Ex Libro ſexto.

-- Pars tollere vocem
Exiguam, inceptus clamor fruſtratur hiantes.

Bourdonner.

Immortale jecur rodit, fœcundaque pœnis
Viſcera, rimaturque epulis, habitatque ſub alto Pectore -

Tityj jecur arroſum à vulture.

Quiſque ſuos patimur manes.

Chacun a ſes defauts.

Excudent alij ſpirantia molliùs æra, &c.
Orabunt cauſas meliùs, &c.
Tu regere imperio Populos Romane memento,
Hæ tibi erunt artes.

Romani ad imperandum nati.

Oſtendent terris hunc tantùm fata.

Puer moritur.

Ex Libro ſeptimo.

-- fit tortile collo
Aurum ingens coluber.

Megæra mutat anguem ſuum in torquem.

Ille manum patiens, menſæque aſſuetus herili.

Ceruus cicur.

Rimanti telum ira facit.

Obuia quæque ex irâ projicit:

Dum paci medium ſe offert.

Dum vult rixam componere.

Quoſque ſecans infauſtum interluit Allia
nomen. *Nomen mali ominis ob cladem.*

Ex Libro octauo.

Mitis vt in morem ſtagni, placidæq; paludis
Sterneret æquor aquis, remo vt luctamen
abeſſet. *Fluuius placidè fluens.*

Caudâ in ſpeluncam tractos, verſiſq; viarum
Indiciis raptos. *Il les tiroit par la queuë.*

-- Nec te rationis egentem
Lernæus turbâ capitum circumſtetit anguis.

In periculo fortis Hercules.

Ex Libro nono.

-- medij fiducia valli,
Foſſarumque moræ, lethi diſcrimina parua,
Dant animos. *Incluſus caſtris exercitus.*

Quâ rara eſt acies, interlucetque corona,
Non tam ſpiſſa viris. *Vbi pauci propugnatores.*

-- retrò dubius veſtigia Turnus
Improperata legit. *Recedit, non fugit.*

Ex Libro decimo.

-- ſimillima proles
Indiſcreta ſuis, gratuſque parentibus error.

Fratres duo ſimillimi.

Lauſus pars ingens belli
Pars belli haud temnenda.

Vn Capitaine d'importance.

-- pugnæ nodumque, moramque.

Alios fugere prohibebat.

Tollit ſe erectum quadrupes, & calcibus auras
Verberat, effuſumq; equitem ſuper ipſe ſecutus
Implicat, ejectoque incumbit cernuus armo.

Eques ſub equo.

Ex Libro vndecimo.

-- ſolatia luctus
Exigua ingentis, miſero ſed debita patri.

Funebris pompa Principis vnigeniti.

-- Clypeos, & non felicia tela. *deuictorum.*
-- nec habet fortuna regreſſum,
Funditus occidimus.

Nous ſommes perdus ſans reſſource.

Anguſtæque ferunt fauces, adituſque maligni.

Vn defilé.

-- Huic haſta per armos
Acta tremit, duplicatque, virum transfixa, dolorem. *Tranſverberatus haſtâ.*
-- Magnumque agitata per orbem
Eludit gyro interior. *Elle luy coupe chemin.*
-- contra ille repugnans
Suſtinet à jugulo dextram, & vim viribus exit.

Il pare les coups.

-- caudamque remulcens
Subjecit pauitantem vtero.

Reflectit caudam ſub aluum lupus.

Ex Libro duodecimo.

Vix hoſtem alterni ſi congrediamur habemus.

Nous ſommes deux contre vn.

-- Nodum informis lethi trabe nectit ab altâ.

Elle ſe pend.

Incluſum veluti ſi quando in flumine nactus
Ceruum, aut puniceæ ſeptũ formidine pennæ
Venator curſu canis, & latratibus inſtat.
Ille autem inſidiis, & ripâ territus altâ
Mille fugit, refugitque vias; at viuidus Vmber
Hæret hians, jamjamque tenet, ſimiliſque tenenti
Increpuit malis, morſuque eluſus inani eſt.

Canis inſequens ceruum.

Alitis in paruæ ſubitò collecta figuram.

Furia ingens in paruam auem mutata.

EX OPVSCVLIS VIRGILII.

Ex CVLICE *ad Octauianum.*

-- ſeu quà Parnaſſia rupes
Hinc atque hinc patulâ præpandit cornua fronte. *Duo juga Parnaſſi.*

-- non magno vincula Ponto jacta. -

Helleſponto à Xerſe injecta vincula.

Non Helleſpontus pedibus pulſatus equorum.

Ponte junctus à Xerſe.

O bona Paſtoris, ſi quis non pauperis vſum
Mente preces doctâ faſtidiat!

O beatam Paſtorum vitam!

-- Aſſyrio bis lauta colore
Attalicis opibus data vellera. -

Purpura pretioſa.

-- lapidum nec fulgor in vllâ
Cognitus vtilitate manet.

Domus incruſtata marmore.

-- Euectus finem tranſcendat habendi.

Contentus ſuâ ſorte.

Quolibet vt requie victu contentus abundet.

Qui lautos non optat cibos.

-- Hederæque ligantis - Brachia.

Omnia complectentis.

Securo preſſos ſomno mandauerat artus.

Paſtor dormiebat.

Duplicantibus vmbris. *Sub veſperum.*

Præda Charontis agor. *Mortuus ſum.*

-- Vos ite puellæ
Ite quibus tædas accendit triſtis Erynnis,
Sicut Hymen prælata dedit connubia mortis.

Belides filiæ Danaï.

Audax ille quidem, qui mitem Cerberon vnquam
Credidit, aut vlli Ditis placabile numen.

Orpheus demulſit Cerberum, & Plutonem.

-- Et turba ferarum
Blandâ voce ſequax. *Detinuit feras.*

-- ſyluæque ſonoræ
Sponte ſuâ cantus rapiebant cortice amarâ.

Et Syluas.

-- Luna- Preſſit equos & tu currentes menſtrua virgo
Auditura lyram tenuiſti voce relictâ.

Lunam carmine ſuo tenuit.

Dignus amor veniâ, paruum ſi Tartara poſſent
Peccatum ignouiſſe.

Si inferi parcere poſſent.

-- Iam maris vnda
Sideribus certat conſurgere.

Mare iratum.

Hic & fama vetus nunquam moritura Camilli *Æterna gloria.*

Narciſſus -- cui gloria formæ
Igne cupidineo proprios exarſit in artus.

Qui ſe ipſum amauit viſum in fonte.

Ex CEIRI ſeu SCYLLA *ad Meſſalam.*

Emathio celſum duplicabat vertice Olympũ.

Monti imponebat montem.

Nomen

Noſtra tuum ſenibus loqueretur pagina ſæclis

Redderem te immortalem.

Accipe dona meo multùm vigilata labore.

Accuratum opus.

Scylla patris miſeri, patriæque inuenta ſepulchrum.

Peſtis domus ſua, & patria.

Sæua velut gelidis Ciconum Biſtonis in oris
Ictaque barbarico Cybeles Antiſtita buxo.

Furore correpta.

Nullus in ore rubor, vbi enim rubor obſtat amori. *Impudens.*

Auribus arrectis nocturna ſilentia tentat.

Explorat an omnia ſint tacita.

Et preſſis tenuem ſingultibus aëra captat.

Elle retient ſon haleine.

-- Ferroque manus armata bidenti.

Les ciſeaux à la main.

Nil amat hic animus (nutrix) quod oportet amari. *Amor inſuetus.*

Vt ſi me ſeruare potes, ne perdere malis.

Faue mihi.

Tene ô ſola meæ viuendi cauſa ſenectæ!

Ob quam tantùm nolo mori.

Ne tantùm facinus tam nullâ mente ſequaris.

Ne facinus tam inſanum aggrediaris.

Atque aliquos tamen eſſe velis, ô alumna! penates. *Noli domum tuam perdere.*

Communemque timere Deum. *Belli aleam.*

Nulla mouet ſtabilem fallacia Niſum.

Nullâ arte dimoueri poteſt à ſuâ ſententia.

Vt vidi, vt perij; meme meus abſtulit error.
Oculis capta ſum.
Omnia vincit amor; quid enim non vinceret ipſe?
Amor omnia domat, huic reſiſti nequit.
Aëriis potiùs ſublimem ſuſtulit alis.
Mutauit in auem.
Et patulæ frontis ſpecies concreſcere in vnum
Cœpere, & gracili mentum producere roſtro.
Vultus Scyllæ mutatur in roſtrum.

EX ELEGIA VIRGILII.
Ad Valerium Meſſalam.

-- Inſuetis jactor magis, optime, curis
Quid de te poſſim ſcribere, quidve tibi.
Quid dicam hac Elegia.
Carmina quæ Pylium vincere digna ſenem.
Immortalia.
Candida Cygneo, non edita Tyndaris ouo.
Helena.
Regia non Semele, non Inachis Acriſione
Immiti expectant fulmine, & imbre Iouem.
Semele, & Danaë amicæ Iouis.
Cujus & ob raptum pulſi liquere penates
Tarquinî patrios, filius atque pater.
Lucretia.
Sæpe audendo mare vincere, ſæpe hyemem.
Mare jactatum tempeſtate nauigare.
Nunc aliam ex aliâ bellando quærere gentem.
Quærere materiam triumphorum.
Non noſtrum eſt, inquam, tantas attingere laudes:
Quin etiam hoc auſim dicere, vix hominum eſt.
Homines Meſſalam laudare ſatis nequeunt.

EX EPIGRAMMATIS VIRGILII *editis à Pithœo 1590.*

Quare illud ſatis eſt ſi te permittis amari.
Peto vt te amem.
Nocte pluit totâ redeunt ſpectacula mane,
Diuiſum Imperium cum Ioue Cæſar habet.
Auguſtus fecit diem ſerenum in Vrbem rediens.
Monte ſub hoc lapidum tegitur Balliſta ſepultus
Nocte, die tutum carpe viator iter.
Quia hic noctu ſaxis in obuios ſæuiebat.

LVCIVS VARIVS.

-- Non ille ſinit lentæ moderator habenæ
Quà velit ire, ſed anguſto priùs ore coërcens,
Inſultare docet campis, fingitque morando.
Dreſſer vn cheual.

CILNIVS MECOENAS.

De amico Criſpo.

Pro quo ſi pretium dari liceret,
Noſtros diuiderem lubenter annos:
Nunc pars optima me mei relinquit,
Criſpus præſidium meum, voluptas,
Pectus, deliciæ, nihil ſine illo
Lætum mens mea jam putabat eſſe;
Conſumptus malè debiliſque viuam,
Pluſquam dimidium mei receſſit.
Amicus ſeparatus ab amico.
Nec tumulum curo; ſepelit natura relictos.
Natura ipſa ſepelit inhumatos, dum hi putreſcunt.

Q. HORATIVS FLACCVS.
EX LIBRIS ODARVM.

Ex Libro primo.

Audiet pugnas vitio parentum
Rara juuentus. *Multis caſis in bello ciuili.*
Semotique priùs tarda neceſſitas
Lethi corripuit gradum. *Vita eſt breuior.*
Neque -- per noſtrum patimur ſcelus
Iracunda Iouem ponere fulmina.
Cogimus Iouem ad perpetuam vindictam.
Quem ſors dierum cumque dabit lucro
Appone. *Si hodie viuis, gratias habe Deo.*
Oppoſitis debilitat pumicibus mare --
Tyrrhenum. *Iacit moles in mare Tuſcum.*
-- Animæque magnæ
Prodigum Paulum, ſuperante Pœno.
Paulus Æmilius caſus in prælio Cannenſi.
Vix durare carinæ
Poſſint imperioſius Æquor.
Mari agitatæ naues.
Quis poſt vina grauem militiam aut pauperiem increpet?
Poſt vinum quis pauper, aut miſer?
Vultus nimiùm lubricus aſpici.
Pulchræ mulieris.
Sub curru nimiùm propinqui
Solis, in terrâ domibus negatâ.
In Zona Torrida.
-- leuiùs fit patientiâ
Quidquid corrigere eſt nefas.
Patienter ferenda mala neceſſaria.
Quidquid habes, age,
Depone tutis auribus. *Fidelis ero.*

Nec rura quæ Liris quietâ
  Mordet aquâ taciturnus amnis.
Arua quæ Liris fluuius rigat & rapit.
-- diffugiunt cadis
Cum fœce ſiccatis amici
  Ferre jugum pariter doloſi.
Amici fortunæ.
Mentemque lymphatam redegit in veros furores Cæſar.
Barbaris terrorem incuſſit Auguſtus.
Deliberatâ morte ferocior. *Certus mori.*

Ex Libro ſecundo.

Incedis per ignes Suppoſitos cineri doloſo.
Rem periculoſam tractas.
Duces Non indecoro puluere ſordidos.
In prælio ſordidatos.
Populumque falſis dedocet vti Vocibus.-
Non loquitur, & ſentit vt vulgus.
Quo pinus ingens, albaque Populus
Vmbram hoſpitalem conſociare amant
  Ramis -- *Vmbra denſarum arborum.*
-- Obliquo laborat
Lympha fugax trepidare riuo.
Riuulus fluens inter ſaxa.
Sperat infeſtis, metuit ſecundis
Alteram ſortem bene præparatum
  pectus. -
Vir ſapiens metum, & ſpem nunquam ponit.
Non ſi malè nunc, & olim Sic erit -
Nous ne ſerons pas touſiours miſerables.
Nec harum quas colis arborum
  Te, præter inuiſas cupreſſos,
    Vlla breuem dominum ſequetur.
Mortuis adhibebatur olim Cupreſſus.
Abſumet hæres Cæcuba dignior

Seruata centum clauibus, & mero
Tinget pauimentum ſuperbo
Pontificum meliore cœnâ.
Auari hæres prodigus.
Priuatus ollis cenſus erat breuis,
Commune magnum.
Priuati pauperes, Reſpublica diues:
Nec fortuitum ſpernere ceſpitem
Leges vetabant.
Leges non ſinebant Villas ædificari.
- Curas laqueata circum
Tecta volantes. *Potentes valdè ſolliciti.*
Quid terras alio calentes Sole mutamus?
Regiones procul diſſitas.
Ah! te meæ ſi partem animæ rapit
Maturior vis; quid moror altera?
Nec charus æquè, nec ſuperſtes
Integer - *Sic amicus in amici morbo.*
Truditur dies die
Nouæque pergunt interire Lunæ.
Tempus præterit.
Mariſque Baiis obſtrepentis vrget
Submouere littora;
Parum locuples continente ripâ.
Qui jacit moles in mare, vt ædificet.
Æqua tellus pauperi, Regumque pueris
Sinum recludit. *Similes mors efficit.*
- Idem. Pacis erat, mediuſque belli.
Bon en paix, & en guerre.
Inuidiâque major. *Vir maximus.*
Ex Libro tertio.
Contracta Piſces æquora ſentiunt
Iactis in altum molibus.
Ædificatur in mari.
Damniſque terræ faſtidioſus

-- Sed timor, & minæ
Scandunt eôdem, quo dominus.
Potentes ſemper timent.
Virtus recludens immeritis mori
Cælum negatâ tentat iter viâ.
Virtus elucet in arduis.
Rarò antecedentem ſceleſtum
Deſeruit pede pœna claudo.
Impij tandem puniuntur.
Si fractus illabatur Orbis
Impauidum ferient ruinæ. *Nihil timet.*
Aurum irrepertum, & ſic meliùs ſitum,
Dum terra celat.
Inuentum in hominum perniciem.
An me ludit amabilis Inſania? *Poeſis.*
Non ſine Diîs animoſus infans.
Audax puſio.
Quàm ſi clientum longa negotia
Dijudicatâ lite relinqueret. *Regulus.*
Comme s'il eut deû retourner au pluſtoſt.
Peccare docentes Fallax hiſtorias mouet.
Turpes libros euoluit.
-- Equa Nuptiarum expers & adhuc proteruo Cruda marito.
Vne Cauale que n'a point encore eu de poulain.
Vna de multis face nuptiali
Digna, perjurum fuit in parentem
Splendidè mendax, & in omne virgo
Nobilis æuum.
Hypermneſtra ſeruauit Linceum maritum ſuum, dum ſorores maritos ſuos trucidarent.
Lenit albeſcens animos capillus
Litium, & rixæ cupidos proteruæ.
Senes quieſcere volunt.

Magnas inter opes inops. *Auarus.*

Codrus pro patriâ non timidus mori.

Codrus ſe deuouens pro Athenis.

Tu lene tormentum ingenio admoues
Plerumque duro - Et addis cornua pauperi.

Vinum quid poſſit.

Scythæ
Quorum plauſtra vagas ritè ferunt domos.

In curribus degentes.

- Getæ Immetata quibus jugera liberas
(*aliter* immutata.)
Fruges, & Cererem ferunt
- defunctumque laboribus
Æquali recreat ſorte vicarius Campus. -

Seminant in agro donec effœtus ſit: tunc alium quærunt.

Nec dotata regit virum Conjux.
Dos eſt magna parentium
Virtus, & metuens alterius viri
Certo fœdere caſtitas
Et peccare nefas, aut pretium mori.

Vxor caſta, non ſuperba.

Virtutem incolumem odimus
Sublatam ex oculis quærimus inuidi.

Præſentes nihili facimus; mortuos honoramus.

Magnum pauperies opprobrium, jubet
Quiduis & facere, & pati.

Paupertas ad crimina ſternit viam.

Pendulum zonâ benè te ſecutum
Lædere collum. *Se ſuſpendit zonâ ſuâ.*

Munitæ adhibes vim Sapientiæ

Vinum Sapientes dementat.

Ludum inſolentem ludere pertinax.

Fortuna inconſtans.

Non eſt meum ſi mugiat Africis

Malus procellis. *Non ſum mercator.*
Non omnis moriar, multaque pars mei
Vitabit Libitinam.
Relinquo verſus in quibus viuam.
Sume ſuperbiam Quæſitam meritis.
Legitima ſuperbia, & ferenda.
Ex Libro quarto.
Vitulus qui largis iuueneſcit herbis
In mea vota. *Vitulum ſacrificabo.*
- quos opimus Fallere & effugere eſt triumphus.
Fortes, & callidi duces, deluſo Annibale.
-- per cædes ab ipſo
Ducit opes animumque ferro. *Adamas.*
Non Hydra ſecto corpore firmior
Vinci dolentem creuit in Herculem.
Hydra collo vno reſecto, renaſcuntur tria.
Culpam pœna premit comes.
Punitur ſemper crimen.
Poſſumus donare. Et pretium dicere muneri.
Dum verſus offerimus.
- Neque Si chartæ ſileant quod bene feceris
Mercedem tuleris: quid foret Ilium,
Mauortiſque puer, ſi taciturnitas
Obſtaret meritis? -
Dignum laude virum Muſa vetat mori.
Paullùm ſepultæ diſtat inertiæ
Celata virtus. -
Nihil prodeſt virtus, niſi celebretur ſcriptis.
Infelix auis, & Cecropiæ domus
Æternum opprobrium, quod malè barbaras
Regum eſt vlta libidines.
Fabula Procne, Philomela, & Terei.
-- Tuaſque virtutes in æuum
Per titulos, memoreſque faſtos Æternet.

In Hiſtoriam redigat facta tua.
Tauriformis voluitur Aufidus.
Reboans fluuius.
Non ira, quæ procudit enſes
Et miſeras inimicat vrbes.
Ira bellorum omnium cauſa.
Ex Libro quinto Odarum, ſeu Epodon.
Majore ſum futurus in metu,
Qui major abſentes habet.
Fingit majora timor.
Leporem, & aduenam laqueo gruem
Iucunda captat præmia.
Venatio, & aucupium.
Licet ſuperbus ambules pecuniâ,
Fortuna non mutat genus.
On ſçait bien d'où tu viens.
Euntium Liberrima indignatio;
Sectus flagellis hic triumuiralibus
-- Præconis ad faſtidium.
Vn pendart, vn ſcelerat puny ſouuent en Iuſtice.
Quid dixit? aut quid tacuit?
Il a dit tout ce qu'il ſçauoit, &c.
Moloſſus, aut fuluus Lacon,
Amica vis paſtoribus.
Vn bon chien de Berger.
In malos aſperrimus Parata tollo cornua.
Ie ſuis meſchant aux meſchans.
Africano, cui ſuper Carthaginem,
Virtus ſepulchrum condidit.
Scipio Africanus.
Aut ille Cretam ventis iturus haud ſuis.
Vlyſſes ventos in follibus gerens.
Suis & ipſa Roma viribus ruit.
Bello Ciuili deſtructa eſt.

Iupiter vt inquinauit ære tempus aureum,
Ærea dehinc ferro durauit ſæcula.
Ætates ſemper in deterius ruunt.
- Sol -- qui diem
Promis & celas, aliuſque & idem naſceris
ſemper - - poſſis nihil vrbe Româ
Viſere maius. *Roma ſit gentium domina.*

EX SATIRIS.

Ex Libro primo.

-- Mulier vt neque longa,
Nec magis alba velit, quàm det natura, videri. *Fœmina ſine cothurnis, & fuco.*
- Teneros animos aliena opprobria ſæpe
Abſterrent vitiis -
On bat le chien deuant le Lion.
Ad vnguem Factus homo
Politus, & elegans.
Quantùm interpellet inani
Ventre diem durare.
Dies jejuno videtur longior.
Truncus eram ficulnus inutile lignum
Quem faber incertus ſcamnum, faceretne
Priapum, Maluit eſſe Deum.
Idolon factum ab homine.
Eſt breuitate opus, vt currat ſententia; neu ſe
Impediat, verbis laſſas onerantibus aures.
Sententiæ debent eſſe breues.
Verſiculos natura magis factos, & euntes.
De bons vers, & coulans.
- Amet ſcripſiſſe ducentos
Ante cibum verſus, totidem cœnatus. -
Il fait 400. vers par jour.
Viuos & roderet vngues.
Malus, & ſterilis Poëta.

Ex Libro ſecundo.

- Cum labor extuderit faſtidia.

S'ennuyer du trauail.

- Cum ſale panis
Latrantem ſtomachum bene leniet.

Panis ad victum ſatis.

- Non in charo nidore voluptas,
Sed in teipſo; tu pulmentaria quære
Sudando - *Le trauail donne de l'appetit.*

-- præconis erat Acipenſere menſa, Infamis-
Il faiſoit trop bonne chere, plus que ne portoit ſa condition.

Grandes patinæ, &c.
Grande ferunt vnà cum damno dedecus -
La bonne chere ruine les biens, & la ſanté.

Inuidiam placare putas virtute relictâ?
Contemnêre miſer. *Virtus tantùm honoratur.*

-- Nummos, aurumque recondit, neſcius vti
Compoſitis, metuenſque velut contingere ſacrum. *Auarus.*

Balbaque cum ferient annoſo verba palato.
Senex balbutiens.

- Si dura morabitur aluus.
S'il ne va point à la ſelle.

Inueniatque nihil ſibi legatum præter plorare
Filius in teſtamento Patris decoctoris.

- ô ſi angulus ille
Proximus accedat, qui nunc denormat agellum! *Vox alienum agrum affectantis.*

Pingue pecus domino facias, & cætera, præter
Ingenium. *Votum Horatij Epicurei.*

Seu bruma niualem
Interiore diem gyro trahit -
Dies hiberni breues.

-- prout cuique libido

Siccat inæquales cyathos- conuiua ſolutus
Legibus inſanis. *Chacun boit quand il a ſoif.*
-- Vernaliter ipſis
Fungitur officiis, prælambens omne quod offert. *Vn valet friand.*
-- poſtquam illi juſta cheragra
Contudit articulos. *Vn yurogne gouteux.*
-- Sibi qui imperioſus
Reſponſare cupidinibus, contemnere honores
Fortis, & in ſeipſo totus teres, atque rotundus.
Vir ſapiens, & fortis.
-- In quem Semper manca ruit fortuna.
Fortunâ ſuperior.
Illuſique pedes vitioſum ferre recuſant
Corpus - *Malè pedibus inſiſtens.*
Aut inſanit homo, aut verſus facit.
Poëta inſaniæ proximus.
Quæ prima iratum ventrem placauerit eſca.
Obuius cibus.
Qualia laſſum Peruellunt ſtomachum.
Des ragouſts.
Nos niſi damnosè bibimus.
Nous beuuons ſans ſoif.

EX EPISTOLIS.

Ex Libro primo.

Nullius addictus jurare in verba magiſtri.
Diſcipulus eſſe deſij.
Quo me cumque rapit tempeſtas deferor hoſpes. *Ie ſuis bien venu par tout.*
Virtutis veræ cuſtos, rigiduſque ſatelles.
Bon pour moy, & pour les autres.
Dies longa videtur opus debentibus.
Aux manœuures.

Culturæ patientem commodet aurem.
Se patiatur erudiri.
-Curtatus inæquali tonſore capillus.
Qui a force eſchelles.
- ſi fortè ſubucula pexa
- toga ſubeſt tunicæ.
Il a ſes habits deſchirez.
- Vel ſi toga diſſidet impar.
Trop tirée d'vn coſté.
Inſanire putes ſolemnia,
- Nec curatoris egere
A prætore dati.- *Il le faut mettre en tutelle.*
Nos numerus ſumus, & fruges conſumere nati. *Nous ne ſommes bons à rien.*
In medios dormire dies. *La graſſe matinée.*
Qui non moderabitur iræ,
Infectum volet eſſe, dolor quod ſuaſerit.
On ſe repent de ce qu'on a fait en colere.
Ingenium non turpiter hirtum.
Vn eſprit bien fait.
Non tu corpus eras ſine pectore.
Stolidè ferox.
Omnem crede diem tibi diluxiſſe ſupremum;
Grata ſuperueniet, quæ non ſperabitur hora.
Viue, vt quotidie moriturus.
Me pinguem, & nitidum, & benè curatâ cute, dices,
Cum ridere voles, Epicuri de grege porcum.
Pinguiſſimus Horatius.
Quò mihi fortunæ, ſi non conceditur vti?
Parcus ob hæredis curam. *Auarus inſanit.*
Atria ſeruantem poſtico falle clientem.
S'eſcouler par vne porte de derriere.
Mille talenta rotundentur.- *Sic vt nihil deſit.*
- Vbi multa ſuperſunt,

Et dominum fallunt, & proſunt furibus.
Domus diuitiis negligentis.
Quam mihi das ægro, dabit ægrotare timenti
Mecœnas veniam. *Par precaution.*
Excuſare laborem, & mercenaria vota.
Nolle ſe cuiquam addicere, atque laborare.
- Dicenda, tacenda locutus.
Il dit tout ce qu'il ſçauoit.
- Quia grando
Contuderit vites, oleamq; momorderit æſtus.
Ie n'ay rien recueilly cette année.
- Ad cætera pæne gemelli
Fraternis animis, quidquid negat alter, & alter,
Annuimus pariter, vetuli notique columbi.
Duo ſenes amici. Deux bons vieillards.
- Strenua nos exercet inertia.
Qui peregrinamur.
- Tibicina, cujus
Ad ſtrepitum ſalias terræ grauis.
Saltatio ruſticorum.
- Equi frænato eſt auris in ore.
Il obeït au frein.
Pernicies, & tempeſtas, barathrumque macelli
- Cœnabat tribus vrſis quod ſatis eſſet.
Guloſus.
- Quorum
Conſpicitur nitidis fundata pecunia villis.
Riches en fonds de terre.
- occultam febrim ſub tempus edendi
Diſſimules, donec manibus tremor incidat vnctis. *Diſſimulantes febrim, vt edant.*
Paſces in cruce coruos. *Tu ſeras pendu.*
- Mors vltima linea rerum.

Enfin il faut mourir.

- Tacitus paſci ſi poſſet coruus, haberet
Plus dapis, & rixæ multò minus.

Litigioſus loquax, ſimilis Coruo.

Stultitiam patiuntur opes.

Diuitibus inſanire licet.

Nec placere diù, nec viuere carmina poſſunt
Quæ ſcribuntur aquæ potoribus.-
Ennius ipſe pater nunquam niſi potus ad arma
Proſiliit dicenda.

Poëtæ bibaces ſolent eſſe, & ebrioſi.

O imitatores ſeruum pecus!

Qui tantùm alios imitantur.

Ex Libro ſecundo.

- Tabulas peccare vetantes.

Leges XII. *Tabularum.*

Eſt vetus omne poëma. *Eſt in pretio.*
- Vertere modum formidine fuſtis.

Satirici deſierunt eſſe.

Bœotûm in craſſo jurares aëre natum.

Stupidum.

- Quidquid chartis amicitur ineptis.

Malæ ſcriptiones.

Cædimur, & totidem plagis conſumimus hoſtem. *Nous nous entrebourrons.*
Quæ priſcis memorata Catonibus, &c.
Nunc ſitus informis premit, & deſerta vetuſtas
Addiſcet, noua quæ genitor produxerit vſus.

Quotidie mutatur ſtylus.

In vacuo lætus ſeſſor, plauſorque Theatro.

Qui putabat ſe videre ſpectacula.

Extremique priorum, extremis vſque priores.

Ny des premiers, ny des derniers.

EX ARTE POETICA.

-- pluuius deſcribitur arcus. *Iris.*
Debemus morti, nos noſtraque.
Morientes nihil efferunt.
-- Receptus
Terrâ Neptunus claſſes Aquilonibus arcet,
Regis opus. -
Portus magnificus.
- ſeu curſum mutauit iniquum frugibus amnis,
Doctus iter melius.
Détourner vne riuiere qui gaſtoit les champs.
- Effert animi motus interprete linguâ.
Il dit ce qu'il a ſur le cœur.
- Querulus, laudator temporis acti
Se puero, cenſor, caſtigatorque minorum.
Senex.
Segniûs irritant animos demiſſa per aurem
Quàm quæ ſunt oculis ſubjecta fidelibus, & quæ
Ipſe ſibi tradit ſpectator.
Viſa plus mouent, quàm audita.
- populus numerabilis, vt pote paruus.
Pauci.
Allinet incomptis verſibus atrum
Tranſuerſo calamo ſignum.
Eos delebit lineâ ductâ.
Quem verò arripuit, tenet, occiditque legendo.
Ineptus Poëta legens verſus ſuos obuiis quibuſvis.

P. OVIDIVS NASO.

EX LIBRIS FASTORVM.

Ex Libro primo.

Iupiter arce ſuâ totum cum ſpectet in Orbem,
Nil niſi Romanum, quod tueatur, habet.

Romani ſunt Orbis domini.

Admouere oculis diſtantia ſidera noſtris,
Ætheraque ingenio ſuppoſuere ſuo.
vel Sidera. *Aſtrologorum laus.*

Ipſe ſui flatus ne ſonet aura, cauet.

Il n'oſe ſouffler.

- Vires pro corpore, corpus Grande.

Cacus magnus, & robuſtus.

Magne tuum nomen rerum eſt menſura tuarum,
Sed qui te vicit, nomine major erat.

Pompeius Magnus, victus à Cæſare.

- A Patribus ſumptis ſeceſſerat armis
Vulgus, & ipſa ſuas Roma timebat opes.

Seditio populi aduerſus Patres.

Ex Libro ſecundo.

Ille ſedet, citharamque tenet, pretiumque vehendi
Cantat - *Arion inſidens Delphino.*

Antra ſubit tophis laqueata, & pumice viuo.

Vne carriere d'où on a tiré des pierres.

Ventre minor zona eſt.

Mulier grauida.

Ferret opem certè, ſi non ope mater egeret,
Quæ facta eſt vno mater, & orba die.

Ilia Romuli mater.

Heu! quantùm fati parua tabella tulit.

Linter Romuli, & Remi.

Gentibus eſt aliis tellus data limite certo;
Romanæ ſpatium eſt Vrbis, & Orbis idem.

Romani Orbis domini.

Ex Libro tertio.

Blanda quies furtim blandis obrepſit ocellis,
Et cadit à mento languida facta manus.

Elle s'endormit.

Promiſſumque ſibi voluit prænoſcere cælum;
Nec Deus ignotas hoſpes inire domos.

Cæſar emendans annum per Aſtrologiam.

Occupat amplexu, lacrymaſque per oſcula ſiccat.

Bacchus Ariadnen.

- vt poſſes maturo tempore naſci,
Expletum patrio corpore matris onus.

Bacchus inſutus Iouis femori.

Ex Libro quarto.

Sacra, patremque humeris altera ſacra, tulit.

Æneas Anchiſen ferens.

- Toties fœcunda, nec vnquam
Mater --

Rhea, Saturno filios deuorante.

Caſta quidem, ſed non eſt credita, &c.
Sed nos in vitium credula turba ſumus.

Proni ad malè credendum.

Nec capiat ſomnos, inuigiletque malis.

Afflictus inſomnis eſſe ſolet.

Detque ſacris animas vna juuenca duas.

Vacca prægnans immoletur.

- lacrymas introrſus obortas
Deuorat. -

Celat dolorem, & fletum.

Neue noce cultis, poſſe nocere ſat eſt.

Satis eſt potentibus noſſe quid poſſint.

Ex Libro quinto.

Quâque die partu eſt edita, magna fuit.

Regia Majeſtas.

Verba quis auderet coram ſene digna rubore
Dicere? cenſuram longa ſenecta dabat.

Olim ſenes corripiebant juuenes.

Infelix qui non alter, & alter eras.

Narciſſus ſeipſum amans.

Sæpe Deos aliquis peccando fecit iniquos,
Et pro delictis victima blanda fuit.

Impius dilatus, vt caſtigaretur grauiùs.

Sæpe manus ægras manibus mulcebat amicis;
Morum quos fecit præmia doctor habet.

Achilles Chironi abblandiens, ejuſque tractans manus.

Ignis in extremo ſtipite paruus erat.

Focus pauperum.

Deux petits tiſons.

- Omnes ad terga juuenci
Conſtiterant; pudor eſt vlteriora loqui.

Minxerunt omnes Dij in corio.

Spectat & Auguſti prætextum nomine templum;
Et viſum, lecto Cæſare, maius opus.

Templum Auguſto ſacrum.

Et timor ipſe noui cauſa decoris erat.

Europa Tauro impoſita, timens pulchrior.

Ex Libro ſexto.

Et præter pennas nihil in pauone placebat.

Non comedebatur Pauo.

- ſpatio contracta breui, freta bina repellit;
Vnaque pulſatur terra duabus aquis.

Iſthmus.

Sic agitur cenſura, & ſic exempla parantur,

Cum judex alios quod monet, ipſe facit.

Princeps imperans exemplo.

EX LIBRIS DE TRISTIBVS.

Ex Libro primo.

Non aliter ſtupui, quàm qui Iouis ignibus ictus
Viuit, & eſt vitæ neſcius ipſe ſuæ.

Afflatus fulmine, nec viuus, nec mortuus.

Indulgens animo pes mihi tardus erat.
Sæpe eadem mandata dedi, meque ipſe feſelli.

Ægrè diſcedens ab amico meo.

Vix duo, treſve mihi de tot ſupereſtis amici;
Cætera fortunæ, non mea turba fuit.

Amici infidi, amicum afflictam deſerentes.

-- Vxor.
Digna minus miſero, non meliore viro.

Vxor viri boni, & infelicis.

Improba pugnat hyems, indignaturque quod auſim
Scribere, ſe rigidas incutiente minas.
Vincat hyems hominem; ſed eodem tempore, quæſo,
Ipſe modum ſtatuam carminis, illa ſui.

Hyems Tomis aſperrima, in Scythia.

Ex Libro ſecundo.

Quique dies bellum, belli tibi ſuſtulit iram.

Qui facilè placatur.

Scilicet in ſuperis etiam fortuna luenda;
Nec veniam luſo Numine, caſus habet.

Quia viderat aliquid in Auguſto turpe.

Ipſe licet ſperare vetes, ſperabimus; atque
Hoc vnum fieri, te prohibente, poteſt.

Sperabo veniam etiam à nolente Auguſto.

Nunc te prole tuâ juuenem Germania ſentit.

In Druſo, & Tiberio.

Ennius ingenio maximus, arte rudis.

Poëta durus, ſed ingenioſus.

Ex Libro tertio.

Accipe ſupremo dictum tibi forſitan ore,
  Quod tibi qui mittit, non habet ille, Vale.

Ægri manu-ſcripta epiſtola.

Inſcia quod crimen viderunt lumina plector;
  Peccatumque oculos eſt habuiſſe meos.

Viderat Ouidius Auguſtum jacentem cum filiâ ſuâ Iuliâ.

-- Damnoſa ſenectus
Quæ ſtrepitum paſſu non faciente venit.

Senectus tacitè obrepens.

- Durum calcauimus æquor,
  Vndaque non vdo ſub pede ſumma fuit.

Mare glacie rigens.

Tunc quoque cum pax eſt, trepidant formidine belli.
Aut videt, aut metuit locus hic, quem non videt hoſtem;
  Heu! loca felici non adeunda viro.

Regio hoſti nimis vicina.

Palladis exemplo, de me ſine matre creata
  Carmina ſunt. -

Poëta fundens verſus.

Ex Libro quarto.

Quàm miſerum eſt portâ vitam, muroque tueri;
  Vixque ſui tutum viribus eſſe loci!

Demeurer ſur la frontiere.

Qui duo corporibus, mentibus vnus erant.

Oreſtes, & Pylades amici.

-- licet extremum miſſus in Orbem

Noſtra ſuas iſtuc porriget ira manus.
In te inuectiuam ex Scythiâ ſcribam.

Ex Libro quinto.

- Perillæo Phalaris permiſit in ore
Edere mugitus, & bouis ore loqui.
Perillus inuenerat bouem æreum candentem, in quem primus, juſſu Phalaridis, immiſſus eſt.

O vir non ipſo, quem regis Orbe minor!
Auguſti adulatio.

Quod petitur pœna eſt, nec enim miſer eſſe recuſo;
Sed precor vt poſſim tutiùs eſſe miſer.
Petit vt exilij locus non ſit Scythia, ſed locus Romæ vicinior.

Sum miſer, hæc breuis eſt noſtrorum ſumma laborum;
Quiſquis & offenſo Cæſare viuet, erit.
Delinire tentat Auguſtum.

EX LIBRIS DE PONTO.

Ex Libro primo.

Eſtque pati pœnam, quàm meruiſſe minus.
Minus eſt puniri, quàm peccare.

Quique dolet citiùs, quàm dolor ipſe cadet.
Dolor maximus.

-- Quod iners hyemi continuetur hyems.
Frigus perpetuum.

Fine carent lacrymæ, niſi cum ſtupor obſtitit illis.
Semper lugeo, niſi cum dolor me ſtupidum reddidit.

Sic inconſumptum Tityi, ſemperq; renaſcens
Non perit, vt poſſit ſæpe perire jecur.
Immortalis pœna Tityj.

Somnia me terrent veros imitantia caſus ;
Et vigilant ſenſus in mea damna mei.

Somnio me miſerum eſſe.

- Munus tua, grande, voluntas.

Satis eſt te velle.

Ex Libro ſecundo.

- Solem fulſiſſe ſerenum
Cum populi vultu conueniente die.

In triumpho Germanici ſudum tempus fuit.

Sæpe fuit breuior, quam mea verba dies.

Loquutus ſum totâ die.

Sæpe canem viſum longè fugit agna, lupumque
Credit, & ipſa ſuam neſcia vitat opem.

Fugimus amica.

Sic pater in Pylios, Cumææ mater in annos
Viuant, & poſſis filius eſſe diu.

Videre poſſis parentes tuos ſenes, ipſe ſenex.

-- Auxilium non leue vultus habet.

Cæſare ſpectante gladiatores.

Ex Libro tertio.

Rara, nec hæc felix, in apertis eminet aruis
Arbor, & in terrâ eſt altera forma maris.

Scythia nudata arboribus.

In laudes viuit vterque ſuas.

Pylades Oreſtes, Theſeus, &c.

Liuor iners vitium mores non exit in altos,
Vtque latens imâ vipera ſerpit humò.

Inuidi omnes abjecti.

Si genus eſt mortis malè viuere, terra moratur ;
Et deſunt fatis ſola ſepulchra meis.

Infelix, jam mortuus eſt.

Cumque ſuâ toties nihil è dulcedine perdant,

Viribus illa ſuis, non nouitate placent.

Verſus ſæpe recitati, ſemper placentes.

Ex Libro quarto.

Ipſe quidem placuit mendis in talibus error;

Et vix inuitâ eſt facta litura manu.

Epiſtolæ alienæ, nomen amici adſcribens.

--Rumpi pæne atria turbâ,

Et populum lædi deficiente loco.

Tam multi eum ſalutabant.

Officium populi vix capiente domo. *Idem.*

- Telum cauſas mortis habere duas.

Veneno illitum.

Sed dare materiam nobis, quàm carmina mauis. *Mauis bellare, quàm ſcribere.*

Ponar in loco, &c.

Vnde tuas poſſim laudes celebrare recentes,

Magnaque pro minimâ facta referre morâ.

Admoue exilij mei locum, vt ſim Romæ propinquior.

Copia tot laticum, quas auget adulterat vndas,

Nec patitur vires æquor habere ſuas.

Fluuij in Euxinum Pontum incurrentes eum dulciorem reddunt.

Ambiguum an nato dignior, anne viro.

Liuia mater Druſi & Tiberij, vxor Auguſti.

EX LIBRIS XV. METAMORPHOSEON.

Ex Libro primo.

--quæ diu ſteterant in montibus altis

Fluctibus ignotis inſultauere carinæ.

Primùm factæ naues.

Obruerat populos immenſa licentia Ponti.

Diluuium.

Redditus Orbis erat.

Effluxerant aquæ.

Nunc duo turba ſumus -

Nunc genus in nobis reſtat mortale duobus.

- Hominumque exempla manemus.

Deucalion, & Pyrrha ex diluuio ſuperſtites.

Vt canis in vacuo leporem, quem Gallicus aruo

Vidit, & hic prædam pedibus petit, ille ſalutem.

Alter inhæſuro ſimilis, jamjamque tenere

Sperat, & extento ſtringit veſtigia roſtro;

Alter in ambiguo eſt an ſit comprenſus, & ipſis

Morſibus eripitur, tangentiaque ora relinquit.

Deſcriptio canis inſequentis leporem.

Sed nocet eſſe Deum. *Deus optans mori.*

Ex Libro ſecundo.

Materiam ſuperabat opus.

Aurum elaboratum.

Facies non omnibus vna,

Nec diuerſa tamen, qualem decet eſſe ſororũ.

Sorores ſimiles vultu.

Pignora certa petis, do pignora certa timendo;

Et patrio pater eſſe metu probor.

Pater periculoſum aliquid filio denegans.

Ardet in immenſum geminatis ignibus Æthna,

Et tandem Rhodope niuibus caritura.

Ob incendium Phaëthontaum.

Nilus in extremum fugit conterritus Orbem

Occuluitque caput, quod adhuc latet.

Cauſa fabuloſa, cur ignoti fontes Nili.

- Siccæque eſt campus arenæ.

Quod modò Pontus erat, quoſque altum texerat æquor,
Exiſtunt montes, & ſparſas Cycladas augent.

Nouæ inſulæ formatæ in mari.

Æquora decreſcunt, & ab æthere longiùs abſunt. *Siccatur mare.*

- cælo ſtella ſereno
Quæ ſi non cecidit, potuit cecidiſſe videri.

Stellarum creditus à vulgo lapſus.

- Incendia lumen
Præbebant, aliquiſque malo fuit vſus in illò.

Terris ardentibus, collucebat Orbis.

- Duo nunc moriemur in vnâ.

Mulier prægnans.

- Nec equæ ſonus eſſe videtur,
Sed ſimulantis equam.

Mulier hinniens in equam conuerſa.

- Telum volat, & incandeſcit eundo;
Et quos non habuit, ſub nubibus inuenit ignes.

Sagitta motu inflammata.

Ex Libro tertio.

Et jaculum, teloque animus præſtantior omni.

Fortis, & armatus.

Sparſit humi juſſos mortalia ſemina dentes.

Cadmus dentes Draconis.

- Stygij -
Numina torrentis timor, & Deus ille Deorum eſt.

Nefas Diis per Stygem dejerare.

Vocalis Nymphæ, quæ nec reticere loquenti,
Nec prior ipſa loqui didicit. *Echo.*

- nulloque in monte videtur,
Omnibus auditur, ſonus eſt qui viuit in illâ.

Echo.

Spem ſine corpore amat, corpus putat eſſe quod vmbra eſt.

Adſtupet ipſe ſibi -

Dumque petit, petitur; pariterque accendit, & ardet,

Quid videat neſcit, ſed quod videt, vritur illo.

- Sed quod videoque, placetque,

Non tamen inuenio. -

Hic toties ad me reſupino nititur ore

Poſſe putes tangi, nimium eſt -

Quod cupio mecum eſt, inopem me copia fecit.

Votum in amante nouum eſt, vtinam quod amamus abeſſet.

Narciſſus ſe viſum in aquâ deperit.

Eſſemus miſeri ſine crimine, ſicque querenda

Non celanda foret, lacrymæque pudore carerent. *Miſer ob facinus.*

Ars illi ſua cenſus erat.

Il n'auoit que ce qu'il gagnoit de ſon meſtier.

Ex Libro quarto.

- Virgine figis in vnâ,

Quos mundo debes oculos.

Phœbus diligens Virginem.

- Tempuſque ſubibat

Quod tu nec tenebras, nec poſſis dicere noctem. *Entre chien, & loup.*

Voluitur Ixion, & ſe ſequiturque, fugitque.

Ixion alligatus rota.

Ex Libro quinto.

- Digitis morientibus ille retentat

Fila lyræ, caſuque fuit miſerabile carmen.

Citharœdus occiſus.

Turpe quidem contendere erat, ſed vincere viſum

Turpius. *Impar certamen.*
Pæne ſimul viſa eſt, dilectaque, raptaq; Diti.
Celerrimè rapta eſt Proſerpina.
- Non eſt patientia libera nobis.
Cogimur iraſci.
- Nemorum conuicia Picæ.
Videntur dicere conuicia Picæ arboribus.
Ex Libro ſexto.
Conſilij ſatis eſt in me mihi.
Ie ne prends conſeil de perſonne.
In quo diuerſi niteant cum mille colores,
Tranſitus ipſe tamen ſpectantia lumina fallit;
Vſque adeò quod tangit idem eſt, tamen vltima diſtant. *Colores Iridis.*
Et quantùm ira ſinit formoſa.
Pulchra fœmina, irata.
Major ſum, quàm cui poſſit fortuna nocere;
Exceſſere metum mea jam bona.
Ita ſuperbiſſimus.
- Ictus erat quà crus eſſe incipit, & quà
Mollia neruoſus facit internodia poples.
Vulneratus in genu.
Terga caput tangunt. *Caret collo.*
- Venter pars maxima corporis. *Ventrioſus.*
- grande doloris
Ingenium eſt, miſeriſque venit ſolertia rebus.
Miſeria ingenium acuit.
Ex Libro ſeptimo.
- Aliudque Cupido,
Mens aliud ſuadet; video meliora, proboque,
Deteriora ſequor.
Maximus intra me Deus eſt.
Ita inſano amore correpta loquitur.
Hîc vt quæque pia eſt hortatibus, impia prima eſt.,

Et ne ſit ſcelerata, facit ſcelus.

Filiæ Peliæ patrem interficientes, vt huic Medea juuentutem redderet.

- ſequiturque parem, ſimiliſque tenenti
Non tenet, & vanos exercet in aëre morſus.

Canis proximè leporem ſequens.

Ex Libro octauo.

- ponit in ordine pennas
A minimâ cœptas, longam breuiore ſequente.

Pennarum deſcriptio.

At pater infelix, jam non pater, Icare, dixit.

Icaro filio fluctibus hauſto.

- Ferroque incidit acuto (*vel* induxit)
Perpetuos dentes. *Vne ſcie.*

- Ex vno duo ferrea brachia nodo
Iunxit, vt æquali ſpatio diſtantibus illis,
Altera pars ſtaret, pars altera duceret orbem.

Circinus. vn Compas.

- paupertatemque ferendo
Effecere leuem, nec iniquâ mente ferendam.

Pauperes boni, & patientes.

Nec refert famulos illic, dominoſq; requiras;
Tota domus duo ſunt, îidem parentque jubentque. *Domus ruſtica pauperum.*

- Super omnia vultus
Acceſſere boni, nec iners, pauperque voluntas. *Ruſtici hoſpites boni.*

- Menſæ ſed erat pes tertius impar;
Teſta parem fecit.

Aliquid ſupponitur pedi breuiori.

Ventris erat pro ventre locus -
Auxerat articulos macies. -

Qui multùm jejunauit.

Oraque vana mouet, dentemque in dente fatigat,

Exercetque cibo deluſum guttur inani.

Canina fames.

Ex Libro nono.

- Nec tam
Turpe fuit vinci, quàm contendiſſe decorum.

Pugnando in fortiorem.

Iupiter aut falſus pater eſt, aut crimine verus;
Matris adulterio patrem petit.

Qui ſe filium Iouis jactabat.

Vulneribus fœcunda ſuis, fuit illa, nec vllum
E centum numero caput eſt impune reciſum.

Hydræ capita renaſcentia.

Obſequio deferri ſpernit aquarum.

Aduerſo fluuio natat.

Ex Libro decimo.

- Nec profuit Hydræ
Creſcere per damnum.

Huic renaſci tria capita, vno caſo.

Illa moram celeri, ceſſataque tempora curſu
Corrigit. *Atalanta cum Hippomene currens, & projecto aureo malo retardata.*-

Ex Libro vndecimo.

Attonitus nouitate rei, diueſque, miſerque.

Midas in voto ſuo auaro.

- certè jactabimur vnâ,
Nec niſi quæ patiar metuam.

Vxor ſequi volens maritum per mare.

- ſpoliataque tegmine ceræ
Rima patet, præbetque viam lethalibus vndis.

Nauis naufraga.

- Ceycis in ore
Nulla niſi Alcyone eſt, & cum deſideret, vnam
Gaudet abeſſe tamen.

Dum Ceyx naufragio perit.

Summáq; percutiens nutanti pectora mento.

Dormitans.

Facta manu moles, quæ primas æquoris vndas
Frangit, & incurſus quæ prædelaſſat aquarũ.

Moles. *Vne digue.*

Dente pedem ſtrinxit, viruſque in corpore liquit;
Cum vitâ ſuppreſſa fuga eſt.

Ictus à Serpente repentè moritur.

Ex Libro duodecimo.

- poſtquam pietatem publica cauſa,
Rexque patrem vicit.

Agamemnon Iphigeniam filiam immolans.

- Huic ætas inter juuenemque ſenemque
Vix juuenilis erat. *Entre* 40. *&* 50. *ans.*

- Vulnuſque in vulnere fecit.

Verſando enſem in corpore percuſſi.

- Populus ſuperamur ab vno.

Vnus reſiſtens multis.

- Et erit pro vulnere pondus.

Obruatur humo.

- Et de tam magno reſtat Achille
Neſcio quid, paruam quod non bene compleat vrnam:
At viuit totum quæ gloria compleat Orbem;
Hæc illi menſura viro reſpondet. -

Achillis cineres, & fama.

Ex Libro decimo-tertio.

-- Natum Phrygiiſque remouit ab oris,
Conſilium ſapiens, ſceleris niſi præmia, magnas
Adjeciſſet opes, animi irritamen auari.

Priamus mittens Polydorum filium cum ingenti pecuniâ ad Thraciæ Regem.

Fortis & infœlix, & pluſquam fœmina virgo.

Polyxena moritura.

-- Tumulo quoque ſenſimus hoſtem;
Æacidæ fœcunda fui.

Sic Hecula, cum peteretur Polyxena Achillis manibus immolanda.

-- Quis poſſe putaret
Felicem Priamum poſt diruta Pergama dici?

Ne videret tot mala.

-- Lacrymaſque introrſus obortas
Deuorat ipſe dolor. *Dolorem celat.*
Vlciſci ſtatuit, pœnæque in imagine tota eſt.

De vindictâ tantùm cogitat.

Signaque nacta pedum ſequitur quem non videt hoſtem. *Leana raptis catulis.*

- Miſſum rauco cum murmure ſaxum
Morſibus inſequitur.

Canis lapidem mordens.

- ſacra, & ſacra altera patrem
Fert humeris, venerabile onus, Cythereïus heros;
Ex tantis opibus prædam pius eligit illam.

Æneas Anchiſem patrem humeris effert.

Ex Libro decimo-quarto.

Vt - Diſſimiles poſſent homini ſimileſque videri.
- Nareſque à fronte remiſſas. (*vel* reuulſas).
Contudit, & rugis peraraut anilibus ora.

Homines mutati in Simias.

- Nec amata videbor,
Nec placuiſſe Deo, Phœbus quod forſitan ipſe
Vel non agnoſcat, vel dilexiſſe negabit.

Sibylla valdè ſenex, quondam à Phœbo amata.

- Morteмque timens, cupiduſque moriri (*pro* mori.)

Fluctuans inter vitæ, & mortis deſiderium.

Hic me Cajetam notæ pietatis alumnus

Ereptam Argolico, quo debuit igne cremauit.

Epitaphium Caietæ nutricis Æneæ.

Græcia jam potuit Priamo quoque flenda videri. *Calamitoſiſſima.*

- Nam cum peiora timentur,
Eſt locus in voto; ſors eſt vbi peſſima rerum,
Sub pedibus timor eſt, ſecuraque ſumma malorum. *Deſperatus nihil timet.*

- Habetque Deos pars vtraque, quodque Deorum
Inſtar, habent animos.

Certantium par nobile:

Ex Libro decimo-quinto.

Exul ſponte erat. *Reliquerat patriam ſuam.*

Heu! quantum ſcelus eſt in viſcere viſcera condi,
Congeſtoq; auidũ pingueſcere corpore corpus.

Ita Pythagoras vſum carnis vetans.

Nec ſua credulitas piſcem ſuſpenderat hamo

Piſcari hamo.

- Vt vnda impellitur vndâ,
Vrgeturque prior veniens, vrgetque priorem.

Fluctus alliſi ad littus.

-inter juuenemque, ſenemque,
Temperie medius. *Entre deux aâges.*

Spes hominum primæ, matriſque habitauimus aluo. *Fuimus infantes.*

- Mortem ſenioribus imputat annis.

Il meurt de vieilleſſe.

- Nullaſque in corpore partes
Noſcere quas poſſet, vnumque erat omnia vulnus.

Fœdum in modum laceratus, & confoſſus.

Et multos meruiſſe, aliquos egiſſe triumphos.

Cæſar ſæpe victor.

Exemploque ſuo mores reget.

Imperabit exemplo.

EX EPISTOLIS HEROIDVM.

Iam ſeges eſt vbi Troia fuit.

Troia omnino diruta.

Diruta ſunt aliis, vni mihi Pergama reſtant.

Penelope querens abeſſe ſuum Vlyſſem.

Demophoon ventis & verba, & vela dediſti:
Vela queror reditu, verba carere fide.

Ita Phyllis Demophoonti, à quo deluſa erat.

Quaſcumque aſpicies lacrymæ fecere lituras:
Sed tamen hæ lacrymæ pondera vocis habent. *Ita Briſeis Achilli.*

Propter me mota eſt, propter me deſinat ira:
Simque ego triſtitiæ cauſa, moduſque tuæ.
Quam ſine te cogis viuere, coge mori.

Eadem Briſeïs eidem Achilli.

Si quæras cui ſunt ſimiles, cognoſceris illis;
Fallere non norunt, cætera patris habent.

Hypſiphile Iaſoni.

- Ipſo Crimine dotata eſt, emeruitque virum. *Medea.*

Facta fugis, fugienda petis Regna.
Sed queror infidum, queſtaque peius amo.
Quo fugis? obſtat hyems; hyemis mihi gratia proſit.
Quod tibi debueram ſine me debere procellis.
Exerces pretioſa odia, & conſtantia magno;
Si dum me fugias, eſt tibi dulce mori.
Perdita ne perdam timeo, noceamve nocenti.

Ita Dido Æneæ per hyemem abeunti in Italiam.

Materiâ vellem fortis meliore fuiſſes:
Non lecta eſt operi, ſed data cauſa tuo.

Hermione Oreſti, qui matrem occiderat.

- Cui nox ſi creditur vna
Non tanti, vt tantus concipêre fuit.

Tribus noctibus factus Hercules.

Impleſti meritis Solis vtramque domum.

Vbique celebratus Hercules.

- geminos preſſiſſe tenaciter angues;
Cum puer in cunis jam Ioue dignus eras.

Eliſit miſſos à Iunone ſerpentes infans.

Prodigium triplex -
- Quamuis in tribus vnus erat. *Gerion.*

Ita Dejanira Herculi.

Et quoties ego te, toties locus ille vocabat;
Ipſe locus miſeræ ferre volebat opem. *Echo.*
-- Ventis ego ſum crudelibus vſa.
Vidi præcipiti carbaſa tenſa noto.
-- In ſaxo frigida ſedi;
Quàmque lapis ſedes, tam lapis ipſa fui.
Morſque minùs pœnæ, quam mora mortis habet
Vos quoque crudeles venti, nimiumque parati,
Flaminaque in lacrymas officioſa meas.

Sic Ariadne Theſeo, à quo relicta erat in inſula Naxo.

Imperat heu! ventis, tumidæ non imperat iræ;
Poſſidet & vitiis regna minora ſuis.

Canace filia Æoli Macareo.

Semina jeciſſet totidem ſumpſiſſet & hoſtes;
Et caderet cultu cultor ab ipſe ſuo.
Eſt aliqua ingrato meritum exprobrare voluptas;
Hac fruar, hæc de te gaudia ſola feram.
Semina præterea populos genitura juberis
Spargere, deuotâ læta per arua manu.

Illa erat agricolæ meſſis iniqua ſuo.
Perdere poſſe ſat eſt, ſi quem juuat ipſa poteſtas.
Quod facere auſa mea eſt, non audet ſcribere dextra.
Quid referam Peliæ natas pietate nocentes?
Dos mea ſi dicam, ſic mihi redde, neges?
Dos mea tu ſoſpes, dos eſt mea Graia juuentus. *Ita Medea Iaſoni ingrato exprobrat.*
Diſpari Priamide, damno formoſe tuorum.
Infelix. *Sic Oenone Paridi.*
Eſt mihi ſupplicij cauſa fuiſſe piam.
Quia te non interemi.
Vltima pars noctis, primaque lucis erat.
Crepuſculum.
In thalamos læti, thalamos ſua buſta feruntur.
Nox tibi ni properes iſta perennis erit.
Cadêris. *Sic Hypermneſtra Lynceo.*
Vincere erant omnes dignæ, judexque verebar
Non omnes cauſam vincere poſſe ſuam.
Paris Helenæ, de Iudicio Dearum.
Sæpe mero volui flammam compeſcere; at illa
Creuit, & ebrietas ignis in igne fuit.
Idem, eidem.
Figitur in juſſo noſtra ſagitta loco.
Bonus ſagittarius.
Heu! neſcis longas Regibus eſſe manus.
Potentes ſunt Reges. etiam dum abſunt.
Vtilis interdum eſt ipſis injuria paſſis.
Quia defenduntur ab omnibus.
Ita Helena Paridi.
Heu mihi! cur animis jũcti ſecernimur vndis;
Vnaque mens, tellus non habet vna duos.
Cur ego confundor, quotiescõfunditur ęquor?
Idem nauigium, nauita, vector ero.
Et me

Et me felicem, nulla videbit hyems.
Cumque minus firmum nil ſit quàm ventus, & vnda;
In ventis & aquâ ſpes mihi ſemper erit.
Leander Heroni, ad quam per Helleſpontum natans veniebat.
Sed mouet obrepens ſomnus anile caput.
Nutrix dormit.
Omnia ſed video; quis enim ſecurus amauit?
Nunc malè res junctæ calor, & reuerentia pugnant.
Me miſeram! cupio non perſuadere, quod hortor,
Siſque precor monitis fortior ipſe meis.
Hero Leandro, ſuadens ne veniat ad ſe cum vitæ periculo.
Si noceo quod amo, fateor ſine fine nocebo.
Non poſſum te non amare.
- Decor & vultus ſine rusticitate placentes.
Pulchritudo innocens.
Omnia perpetiar tantùm fortaſſe timebo,
Corpore lædatur ne manus ipſa meo.
Dum amica verberabit amicum.
- Suſtentat ſalientem pollice venam.
Il luy taſte le poux.
Acontius Cydippæ ægrotanti, à quâ minus amabatur.
Quæ jurat mens eſt.
Illa fidem dictis addere ſola poteſt.
Conſilium, prudenſque animi ſententia jurat.
Et niſi judicij vincula nulla valent.
- Nil dedimus præter ſine pectore vocem.
Cydippe excuſans Acontio juramentum coactum.
Ingenio formæ damna rependo meæ.

Sum breuis, at nomen quod terras impleat omnes
Eſt mihi, menſuram nominis ipſa fero.
Non veniunt in idem pudor, & amor –
Sappho deformis, & breuis, Phaoni quem amabat.

EX LIBRIS AMORVM.
Ex Libro primo.

1. – riſiſſe Cupido
Dicitur, atque vnum ſubripuiſſe pedem.
Tentanti Carmen heroïcum.

3. Quæque ſuper Pontum ſimulato vecta juuenco,
Virgineâ tenuit cornua falſa manu.
Europa vecta à Ioue Tauro.

4. – Nec equo mea membra cohærent.
Non ſum Centaurus.

5. Qualia ſublucent fugiente crepuſcula Phœbo;
Aut vbi nox abiit, nec tamen orta dies.
Entre Chien & Loup.

Quæque ita pugnaret, tanquam quæ vincere nollet. *Sponte victa.*

7. Et vindex in matre patris malus vltor Oreſtes. *Qui Clytemneſtram matrem occidit.*
Sed taciti fecere tamen conuicia vultus.
Oculo me arguit.
Quamlibet infirmas adjuuat ira manus.
Irati fortiores.

8. Inque caput liquidas arte recuruat aquas.
Maga.
– Caſta eſt quam nemo rogauit.
Non ſollicitata.
Crede mihi res eſt ingenioſa, dare.
Dona poſſunt omnia.

9. Notior in cœlo fabula nulla fuit.

Cum Mars, & Venus capti.

Qui non vult fieri deſidioſus, amet.

Amor operoſum negotium.

10. Quod nego poſcenti, deſine velle, dabo.

Volo dare ſponte.

11. Ex tacito vultu ſcire futura licet.

Conjicere.

13. Ipſe Deum genitor, ne te tam ſæpe videret
Commiſit noctes in ſua vota duas.

Ne Iupiter videret Auroram, dum inuiſeret Alcmenam.

14. Quod erant dociles, & centum nexibus apti. *Capilli.*

15. Ingrato voces proſtituiſſe foro.

Fui cauſidicus.

Quamuis ingenio non valet, arte valet.

Callimachus.

Paſcitur in viuis liuor, poſt fata quieſcit,
Tunc ſuus ex merito quemque tuetur honor. *Inuidia morte ceſſat.*

Ex Libro ſecundo.

2. Quam metuit quiſque, perire cupit.

Metus, & odium junguntur.

Quis minor eſt autem quàm tacuiſſe labor?

Diſſimulare.

3. Non caret effectu, quæ voluere duo.

Nemo duobus reſiſtit.

5. Nutibus in veſtris pars bona vocis erat.

Loquebantur nutu.

6. Non fuit in terris vocum ſimulantior ales.

Pſittacus.

Et viuax Phœnix vnica ſemper auis.

Vnus eſt Phœnix.

Æquo animo pœnam, qui meruere ferunt.

Iuſtè puniti.

9. Durior oris equus. *Fort en bouche*

11. Et prope tam lethum, quàm propè cernit aquam. *Nauigans.*

13. -Et in vnâ parce duobus. *Mulieri grauida.*
- Vitam dominæ tu dabis, illa mihi.
Viuo in illâ.

14. Diî faciles peccaſſe ſemel concedite tuto.
Prima gratis.

Ex Libro tertio.

1. Venit odoratos Elegeia nexa capillos,
Et puto pes illi longior alter erat.
Ob Pentametrum.

Materiâ premis ingenium.
Tu t'abbaiſſes à cauſe du ſujet.
- Longis verſibus adde breues.
Scribe Elegiam.

3. Non pater in Baccho matris haberet onus.
Inſutus Iouis in femore.

4. Si qua metu dempto caſta eſt, ea denique caſta eſt:
Quæ quia non liceat non facit, illa facit.
Vt jam ſeruaris bene corpus, adultera mens eſt,
Omnibus excluſis intus adulter erit.
Caſtitas animi.
Cui peccare licet, peccat minùs; ipſa poteſtas
Semina nequitiæ languidiora facit.
Nitimur in vetitum ſemper, cupimuſque negata. *Quæ vetantur, irritant magis.*
Quæ fuerat virgo credita, mater erat.
Grauida erat.
Quidquid ſeruatur cupimus magis, ipſaque furem
Cura vocat.
Seruata furibus exponuntur magis.

- Nilus - Qui patriam tantæ tam bene celat aquæ. *Cujus origo ignota.*

- Nimbis collecte caducis;
Nec tibi ſunt fontes, nec tibi certa domus.
Torrens.

8. Vltima mortali tum via littus erat.
Non nauigabatur.

9. At ſacri vates, & diuûm cura vocamur.
Sunt etiam qui nos numen habere putant.
Afflati numine Poëtæ.

11. Sic ego nec ſine te, nec tecum viuere poſſum. *Cum fœminâ.*

Aut formoſa fores minus, aut minus improba vellem:
Me miſerum! vitiis plus valet illa ſuis.
Votum inepti amatoris.

- Vituli nondum metuendâ fronte minaces.
Sine cornibus.

EX LIBRIS DE ARTE AMANDI.

Ex Libro primo.

Verberibus juſſas præbuit ille manus.
Magiſtros habuit.

-Atque ingens Orbis in vrbe fuit. *Ob ludos.*

Cæſaribus virtus contigit ante diem.
Præuenit ætatem Princeps.

- Tyrinthius angues
Preſſit, & in cunis jam Ioue dignus erat.
Hercules infans elidens ſerpentes.

Vina parant animos -
Tum veniunt riſus, tum pauper cornua ſentit:
Tum dolor, & curæ, rugaque frontis abeſt.
Vini potentia.

Et Venus in vinis ignis, in igne fuit.
Vino creſcit libido.

Partaque per gladios regna nocente manu.

Rex Nemorenſis Dianæ, gladiator.

Myrrha patrem, ſed non vt filia debet, amauit. *Impudicè.*

Pollicitis diues quilibet eſſe poteſt.

Promiſſa non faciunt diuitem.

Et quod non dederis ſemper videare daturus.

Promitte tantùm.

Nec vagus in laxâ pes tibi pelle natet.

Grandior calceus.

Sæpe tacens vocem, verbaque vultus habet.

Loquitur vultus.

- ſuccinctos operoſo ſtamine fuſos.

Pleni fuſi.

Intrat amicitiæ nomine tectus amor.

Amicitia degenerat in amorem.

Ex Libro ſecundo.

Nec minor eſt virtus, quàm quærere parta tueri. *Conſeruare parta.*

Monte minor collis, campis erat altior æquis.

Tumulus.

- Vt ameris, amabilis eſto.

Vis amari, ama.

Aurea ſunt verè nunc ſæcula; plurimus auro
Venit honos, auro conciliatur amor.

Aurum poteſt omnia.

Luxuriant animi rebus plerumque ſecundis,
Nec facilè eſt æquâ commoda mente pati.

Felicitas ſæpe obeſt.

Quod malè fers, aſſueſce, feres bene -

Onus ferendo fit leuius.

Quodque fuit vitium, deſinit eſſe mora.

Vitia tempore tolluntur.

Et faciunt curâ ne videantur anus.

Fucatæ mulieres.

Ex Libro tertio.

- Decreſcunt effoſſo marmore montes.

Marmor eruitur.

- Cæruleæ mole fugantur aquæ.

Iacitur moles in mare.

Ars caſum ſimulet.

Negligentia affectata.

Quis pudor eſt cenſus corpore ferre ſuos.

Elles portent ſur elles tout ce qu'elles ont vaillant.

Sanguine quæ vero non rubet, àrte rubet.

Minio.

Paruáque ſynceras velat aluta genas.

Vne Mouſche.

Illa ſonat raucum quiddam, atque inamabile ridet;

Vt rudis à ſcabrâ turpis aſella molâ.

Turpiter ridet.

- diſcunt lacrymare decenter

Quóque volunt plorant tempore, quóque modo. *Mulierum lacrymæ.*

- Cum legitimâ fraudatur littera voce

Blæſaque fit juſſo lingua coacta ſono.

Diſcunt poſſe minùs, quàm potuere, loqui.

Fingunt ſe blæſas eſſe.

Pro facie, multis vox ſua lena fuit.

Cantu capiunt homines.

Eſt Deus in nobis, ſunt & commercia Cœli.

Sedibus æthereis, ſpiritus ille venit.

Furor Poëticus à Deo.

Iamque dies medius tenues contraxerat vmbras;

Inque pari ſpatio veſper, & ortus erant.

Meridies.

EX LIBRIS DE REMEDIO AMORIS.

Ex Libro primo.

Principiis obſta: ſerò medicina paratur,
Cum mala per longas conualuere moras.
Mali principiis obſiſtendum.
Otia ſi tollas periere cupidinis arcus:
Cedit amor rebus, res age, tutus eris.
Otium fouet amorem.
Quæritur Ægyſtus fuerit cur factus adulter;
In promptu cauſa eſt, deſidioſus erat. *Idem.*
- Fac ramus adoptet,
Stetque peregrinis arbor onuſta comis.
Enter vn Arbre.
Ipſe tibi furtim decipiendus eris.
Teipſum falle.
Vt corpus redimas, ferrum patieris, & ignes,
Arida nec ſitiens ora rigabis aquâ.
Vt valeas animo quidquam tolerare recuſes?
Quid pro animo faciendum, qui tanta patimur pro corpore?
Summa petit liuor. *Magnis inhæreſcit inuidia.*
- Iambus, Seu celer, extremum ſeu trahat ille pedem. *Verſus Iambicus, aut Scazon.*

Ex Libro ſecundo.

Sed quæ non proſunt ſingula, multa iuuant.
- Tu tantùm numero pugna, præceptáque in vnum
Contrahe, de multis magnus aceruus erit.
Multa coaceruanda, vt proſint.
Parciùs è multis mater deſiderat vnum;
Quam quæ flens clamat, tu mihi ſolus eras.
Vnigenitus charior.

Quâque vocant fluctus, hac tibi remus eat.

Patere te abripi.

Bibe plus etiam quàm quod præcordia poſcunt. *Vltra ſitim.*

Vt flerent oculos erudiere ſuos. *Mulieres.*

Diuitiis alitur luxurioſus amor.

Non habet vnde ſuum paupertas paſcat amorem.

Diuitiæ fouent amorem: paupertas necat.

Alterius creuit amore tuus.

Qui riualem habet.

EX CARMINIBVS AFFICTIS OVIDIO.

De Medicamine faciei.

Fiſſáque adoptiuas accipit arbor opes.

Enter.

Induitis collo lapides Oriente petitos.

Et quantos onus eſt ſuſtinuiſſe duos. (*aliàs* Atque onus eſt quantum)

Gemmæ ponderoſæ.

Et placitus rugis vultus aratus erit.

Tempus erit ſpeculũ, quo vos vidiſſe pigebit,

Et veniet rugis altera cauſa dolor.

Vetulis mulieribus ſpeculum conſulentibus.

Hæc vbi contriêris, per denſa foramina cerne;

Puluis ab infuſo melle premendus erit.

Sâcez cela, & faites-en vne paſte auec du miel.

Arentiſque roſæ, quantùm manus vna prehendat. *Vne poignée de roſes ſeiches.*

Ex Carmine de Nuce.

Pomaque læſiſſent matrem, niſi ſubdita ramo

Longa laboranti furca tuliſſet opem.

Appuyer vn arbre trop chargé.

Nullaque non illo tempore mater erat.

Nulla ſteriles.

Sic reus ille ferè eſt, de quo victoria lucro
Eſſe poteſt. *On ne demande qu'à piller.*

Eſt etiam par ſit numerus, qui dicat, & impar,
Et diuinatas augeat augur opes.

Ludere par, impar.

Felix ſecreto quæ nata eſt arbor in agro,
Et ſoli domino ferre tributa poteſt.

Arbor quæ non eſt omnibus expoſita.

- Ictu Præfeſtinato munus inane petunt.

Decutiuntur immaturæ nuces.

Ex Carmine ad Piſonem, cui Horatius poëticen ſuam nuncupauit. Scriptum dicitur hoc Carmen ab Ouidio adoleſcente 20. annorum: ab aliis Lucano tribuitur.

- Miranda per omnes
Vita modos Quæ ſi deeſſet -
- Eadem pro nobilitate fuiſſet.

Virtus nobilem feciſſet.

- Nec enim ſi bella quierunt,
Occidit & virtus.

Suus eſt virtuti in pace locus.

- perit omnis in illo
Gentis honos, cujus laus eſt in imagine ſolâ.

Virtus auita.

Et te dante capit judex, ſi non habet, iram.

Excitas judicem ad iracundiam.

Seu juuat adſtrictas in nodum cogere voces,
Et dare ſubtili viuacia verba catenâ.

Adſtringere orationem.

Dulci ſeu mauis, liquidóque fluentia curſu
Verba, nec incluſo, ſed aperto currere flore.

Amplior oratio.

- Cecropiæque ſonat grauis æmulus arti.

Græcè loquitur.

Talis erat habitus, qualem nec dicere mœſtū,
Nec fluidum; lætâ ſed tetricitate decorum.
Nec triſtis, nec hilaris; ſed modeſtus, & grauis.

- Ingenitæ ſtat nobilitatis in illo
Pulcher honos, & digna ſuis natalibus ora.

Vir nobilis pulcher. *Bien-fait.*

- Et amorem quæris amando.

Vis amari, ama.

- Si bella vocabunt
Miles erit; ſi pax, poſitis toga geſtiet armis.

In pace, & bello bonus.

Nec pudeat Phœbæa chelys, ſi creditur illis
Pulſari manibus, quibus & contenditur arcus.

Fortis ſciens pulſare citharam.

Et vitare ſimul, ſimul & captare petentem.

Eſcrimer.

Aut geminare pilam iuuat, aut reuocare cadentem. *De bond, ou de volée.*

- Tabulâ variatur apertâ
Calculus, & vitreo peraguntur milite bella.

Le Ieu des Eſchets.

Similiſque ligato,
Obligat ipſe duos. *En tient deux en Eſchec.*
Mæoniumque ſenem Romano prouocat ore.

Virgilius æquat Homerum.

- Quo præſide tuti
Non vnquam vates inopi timuere ſenectæ.

Mecœnas Poëtarum.

DE PVLICE, & PHILOMELA

Nihil occurrit quod obſeruandum videatur;

quod illud Carmen ſit turpius, hoc abjectius.

EX FRAGMENTIS OVIDII.

Halieuticon.

-Nigrum vomit illa cruorem
Auertitque vices; oculos fruſtrata ſequentes.

Sepia.

At contra ſcopulos crinali corpore ſegnis
Polypus hæret -
Et ſub lege loci, ſumit, mutatque colorem,
Semper ei ſimilis, quem contigit.

Polypus varij coloris.

-gloria major equorum;
Nam capiunt animis palmam, gaudentque triumphis. *Honor tangit equos; & gloria.*
Et produnt clamore feram, dominumque vocando
Increpitant. *Venatici Canes.*
Parua Echeneïs adeſt; mirum! mora puppibus ingens. *Remora ſiſtit nauim.*
-Et ex ſe
Concipiens Channe, gemino fraudata parente.

Nec mas, nec fœmina.

Et tam deformi non dignus nomine Aſellus.

Optimi ſaporis piſcis. Vn Surmulet.

Ex Fragmentis Epigrammaton.

Ipſe ſub arboreis vitabam frondibus æſtum;
Fronde ſub arboreâ, ſed tamen æſtus erat.

Ingens æſtus.

-& lentè reuocatas ruminat herbas.
Atque iterum paſto paſcitur ante cibo.

Bos ruminans.

Ex Fragmentis incertis.

-Alio poſitas ſub cardine gentes.

Nouus Orbis.

ALBIVS TIBVLLVS.

Ex Libro primo Elegiarum.

-- Cùm iam mandata dediſſem,
Quærebam tardas anxius uſque moras.
Impatiens juſſorũ & amans.
Qui regeret certis legibus arua lapis.
Terminus.
Iuſſit & inuitos facta tegenda loqui.
In vino veritas.
-- Primus qui protulit enſes,
Quàm ferus, & verè ferreus ille fuit!
Tum breuior diræ mortis aperta via eſt.
Contra arma.

Ex Libro ſecundo.

-- Errantes & malè ferre pedes.
Ebrius titubans.
Mixtáque ſecuro ſobria lympha mero,
Vinum aqua dilutum.
Læderet & teneras puſtula rupta manus.
Delicata manus attrita labore. Des ampoulles.
Fiſtula cui ſemper decreſcit arundinis ordo,
Et calamus cerâ jungitur uſque minor.
En tuyau d'orgues.
Roma, tuum nomen terris fatale regendis.
Roma gentium domina.
Fatáque vocales præmonuiſſe boues.
Locuti boues.
Nec tædebat auum paruo aduigilare nepoti,
Balbáque cum puero dicere verba ſenem.
Senum amor in infantes.

Ex Libro tertio.

Nec me ſopierat menti Deus vtilis ægræ
Somnus, ſollicitas neſcit adire domos.

Ima videbatur talis illudere palla.

Fluens ad pedes veſtis.

-- Felix quicumque dolore
Alterius, diſcit poſſe dolere ſuo.

Proficere ex alieno malo.

Ex Libro quarto.

Nec tua, præter te, chartis intexere quiſquam
Facta queat, dictis ut non majora ſuperſint;
Eſt nobis voluiſſe ſatis.

Satis laudari non potes.

-- Contendis vincere honorem
Quem tibi majores, majus decus ipſe futurus.

Parentibus major.

Iuſta pari premitur veluti cum pondere libra,
Prona nec plus parte ſedens, nec ſurgit ab illâ:
Qualis inæquatum ſi quando onus vrget vtrinque,
Inſtabilis natat alterno depreſſior orbe.

Vn trébuchet fort juſte.

Inter geminæ nantem confinia mortis.

Naui exuſta in tempeſtate.

-- Regia lympha Choſroes.

Ex qua tantùm bibunt Reges Perſarum.

-- Rapidus Cyri dementia Gyndes.

Quem ſecuit Cyrus in multos riuulos, ineptus vltor.

-- Quas vtrinque tenet, vicinia cæli;
Temperat alter & alterius vires necat aër,

Zona Temperata.

Candidáque hamatis crura notare rubis.

Tranſeundo ſyluam.

-- Laus magna tibi tribuetur, in vno
Corpore ſeruato reſtituiſſe duos.

Ad Phœbum, vt ægrum amicum ſervet.

SEXTVS AVRELIVS PROPERTIVS.

Ex Libro primo Elegiarum.

-- Euadne Occidit Argiuæ fama pudicitiæ.

Quæ ſe combuſſit cum marito mortuo.

Et modo formoſis incumbens neſcius vndis,
Errorem blandis tardat imaginibus.

Hylas ſe in fonte conſpiciens.

Ex Libro ſecundo.

-- Non Oſſan Olympo
Impoſitum, & cœli Pelion eſſet iter.

Montes à Gigantibus impoſiti montibus.

-- Vitam mea fata repoſcent,
Et breue in exiguo marmore nomen ero.

Moriar.

Non non humani partus ſunt talia dona;
Iſta decem menſes non peperere bona.

Hæc pluſquam hominem ſapiunt.

Quòd ſi deficient vires, audacia certè
Laus erit; in magnis & voluiſſe ſat eſt.

Magnum eſt magna tentaſſe.

Theſeus ---
Dædaleum lino cum duce rexit iter.

Expediuit ſe filo ex Labyrintho.

Toties propriis Oppugnata triumphis Roma.

Tot bellis ciuilibus.

Mendaces ludunt fluctus in honore ſecundi,
Si qua venit ſerò, magna ruina venit.

Tolluntur in altum, vt caſu grauiore ruant.

Turpia cùm faceret Palladis ora tumor.

Cùm caneret tibia.

-- Vt Phrygio fallax Mæandria campo
Errat, & ipſa vias decipit vnda ſuas.

Mæander fluuius flexuoſus.

Ex Libro tertio.

Omnia poſt obitum fingit majora vetuſtas;
Majus ab exſequiis nomen in ora venit.

Pluris facimus vetera, quàm noua.

Poſteritate ſuum creſcere ſenſit opus.

Homerus.

Saxa Cytheronis Thebas agitata per orbem
Sponte ſuâ in muri membra coïſſe ferunt.

Canente Amphione muri conditi.

-- Flamma aut imber ſubducet honores,
Annorum aut ictu pondera victa ruent.
-- Ingenio ſtat ſine morte decus.

Nunquam pereunt ingenij monumenta: alia cadunt.

Nunc tibi pro tumulo Carpathium omne mare. *Icaro.*

Terra parum fueras, fatis adjecimus vndas:
Fortunæ miſeras auximus arte vias.
Quid meritum dicas, cui ſua terra parum eſt.

Ventorum eſt quodcumque paras.

Contra nauigantes.

-- Haud vlla carina
Conſenuit, portus fallit & ipſe fidem?

Nauis facit in portu naufragium.

Intra fortunam qui cupis eſſe tuam.

Mediocritate contentus.

Antonîque graues in ſua fata manus.

Se occidit M. Antonius.

-- Noxque inter pocula currat.

Tota nocte potare.

Et duo in aduerſum miſit per mœnia currus,
Ne poſſint tacto ſtringere ab axe latus.

Pour paſſer deux chariots de front.

Et certamen habent lethi, quæ viua ſequetur

Conjugium; pudor eſt non licuiſſe mori.

Amor conjugum.

Diuitiæ quorum meſſis, & arbor erant.

Ruſtici.

Aurea ſunt verè nunc ſæcula, plurimus auro
Venit honos, auro conciliatur amor.

Habetur tantùm ratio diuitiarum.

--Stantiáque in plauſum tota theatra.

Spectacula.

Natura hîc poſuit quidquid vbique fuit.

Omnia pulcherrima Romæ.

Ex Libro quarto.

Optima nutricum noſtris Lupa Martia rebus,
Qualia creuerunt mœnia lacte tuo?

Lupa Romuli nutrix.

-- Cùm traheret Lucina dolores,
Et facerent vteri pondera lenta morâ.

Difficilis partus.

Aut ſi qua incerto fallet te littera tractu,
Signa meæ dextræ jam morientis erunt.

Littera malè ſcripta, ſignum meæ mortis imminentis.

Prodiderant portæque fidem.

Fuerant reſeratæ.

Vince mari, iam terra tua eſt. *Ad Auguſtum.*

-- Pharetræ pondus conſumit in arcum.

Aptat neruo ſagittam.

Ingenium potis irritat Muſa Poëtis,
Bacche, ſoles Phœbo fertilis eſſe tuo.

Poëtæ bibaces.

Sunt aliquid manes, lethum non omnia finit.

Il y a vne vie apres celle-cy.

Et ſum, quod digitis quinque leuatur onus.

Poſt mortem redactus in cineres.

Mî natura dedit leges à ſanguine ductas;

Nec poſſum melior iudicis eſſe metu.)
Sequor leges à natura datas.
-- Nunquam lugubria ſumpſi;
Venit ad exequias tota caterua meas.
Mater moriens, filijs omnibus ſuperſtitibus.
Moribus in cœlum patuit via.
Boni inter Deos relati.

CORNELIVS GALLVS.

Ex fragmento Elegiæ eius editæ ab Aldo Manutio Pauli filio: non puto tamen eſſe Galli.

Nec tantùm morbus, quantùm grauat ira parentis:
Sic premitur geminis vna puella malis.
Virgo ægrota, cui irata mater.
-- Cupit illa paternam
Impleat vt pulchrâ filia prole domum.
Vult ex ea liberos naſci.
Me quoque jam canis narrat ſplendere capillis. *Ait ſenem eſſe.*
Fœmina naturâ varium, ac mutabile ſemper;
Diligat ambiguum eſt, oderit anne magis.
Mulieres in amore ſuo parum conſtantes.
Et tantùm conſtans in leuitate ſua eſt. *Idem.*
Non ſecus Ægæo moles objecta furori
Illa manet: fruſtra ventus, & unda furit.
Elle eſt fort opiniaſtre.
-- Cùm ferrum nondum prodiret in auras,
Omnia pacis erant, & ſua cuique ſatis.
Aureo ſæculo.
-- Nulli mulier ſuſpecta marito;
Caſta ſatis, norat ſi qua negare palam.
Quæ non erat impudens.

EX EPIGRAMMATIS

Ad amicam.

Occurris cùm manè mihi, ni purior ipſa
Luce nouâ exoreris, lux mea, diſperеam.
Quod ſi nocte micas, &c.
Talis ab Heſperiis Lucifer exit aquis.

Semper pulchra eſt amica mea.

De Æneide Virgilij.

Atque iterum Troiam, ſed major flamma cremabit:
Plus fatis poſſunt Cæſaris ora Dei.

Auguſti, qui id fieri vetuit.

Pithæus negat hoc poſtremum Epigramma eſſe Cornelij Galli, ſed Scholaſtici cujuſdam, at veteris credit eſſe. Reliqua quæ ei adſcribuntur, habebis Libro VI. in MAXIMIANO.

C. PEDO ALBINOVANVS.

Ex Elegijs de obitu Mecœnatis.

Ex primâ.

Longiùs annoſo viuere dignus auo.

Diu viuere debuiſti.

Illa rapit juuenes primâ florente juuentâ;
Non oblita rapit ſed tamen ipſa ſenes.

Mors nemini parcit.

Omnia cùm poſſes tanto tam charus amico,
Te ſenſit nemo poſſe nocere tamen.

Vſus tantùm amore Auguſti ut benefaceret.

Tutas fecit in vrbe vias.

Submotis graſſatoribus.

Majus erat potuiſſe tamen, nec velle triũphos;
Major res magnis abſtinuiſſe fuit.

Magnum eſt ſpernere gloriam.

Viuitur ingénio, cætera mortis erunt.

Scripta tantùm immortalia.

Quàm nunc ille tener, tam grauis hoſtis erat.

Mecænas in bello acer, in pace mollis.

-- Ne poſſet fœmina Romam
Dotalem ſtupri turpis habere ſui.

Ne praualeret Cleopatra.

Potaſti galeâ dulce juuante merum.

Bacchus victor.

--Torſiſti pollice fuſos,
Leuiſti morſu læuia fila parum.

Hercules neuit.

-- Premeret cùm iam impiger infans
Hydros ingentes, vix capiente manu.

Hercules in cunis ſerpentes elidens.

Et ſex aduerſus ſolus in arma manus.

Pugnans in Gerygonem Tricorporem.

Ter Pylium fleuere ſui, ter Neſtora canum:
Dicebantque tamen non ſatis eſſe ſenem.

Neſtor non ſatis vixit.

-- Tellus leuis oſſa teneto,
Pendula librato pondus & ipſa tuum.

Eſto Mecœnati terra leuis.

Ex Elegia altera.

Inciditque pudor, quæ prope dixit amor.

Verba amatoria morientis.

Nec tibi qui moritur, deſinit eſſe tuus.

Meminiſti amici demortui.

Pectus eram verè pectoris ipſe tui.

Verus amicus.

EX ELEGIA AD LIVIAM AVGVSTAM,

De morte Neronis Druſi.

-- Mater modò dicta Neronum,
Iam tibi dimidium nominis hujus abeſt.

Mortuo Druſo.

Nec tua te pietas diſtendit amore duorum,

Nec poſito fiłî nomine, dicis vter?

Vno perdito.

-- Eripuit latebroſas hoſtibus Alpeîs.

Excuſſit hoſtem Alpibus.

Quid tenuiſſe animum contra ſua ſæcula rectum?

Altiùs & vitiis exeruiſſe caput?

Non abreptum eſſe communibus vitijs.

Nec nocuiſſe vlli, & fortunam habuiſſe nocendi. *Fuiſſe potentem, & mitem.*

Cæſaris domus, &c.

Debuit humanis celſior eſſe malis.

Supra communem conditionem mortalium.

Nec fleri ipſe ſuis, nec quemquam flere ſuorũ.

Debuit Auguſtus eſſe fortunatiſſimus.

Ipſe poteſt implere dolor vel ſæcula tota;

Et magni luctus obtinuiſſe locum.

Ingens luctus.

-- Dum te fera bella morantur,

Vtilior patriæ, quàm tibi, Druſe, tuæ.

Cùm conficis bella pro Romanis.

Congelat interdum lacrymas, duratque, tenetque,

Suſpenſáſque oculis fortior ictus agit.

In magno caſu non lugetur.

In vires abiit flendi mora.

Lacrymæ retentæ, acerbiores.

Sic mihi ſic miſeræ nomina tanta refers?

Victoris, Germanici, &c.

Vltima contigimus, jus matris habemus in vno;

Vnius eſt munus quod tamen orba negor.

Vnus mihi ſupereſt Tiberius.

-- Iubet hic de fratre vereri. *Ne moriatur.*

Funera ducuntur Romana per oppida Druſi:

Heu facinus! per quæ victor iturus erat.

Exequia, pro triumpho.

-- Victoria parta eſt:

Author abit operis, ſed tamen extat opus.

Victoriâ relatâ, obiit victor.

Pectoráque ingenij magna, capáxque domus.

Druſus ingenioſus.

Spes quoque multorum flammis vruntur in iiſdem. *In buſto Druſi.*

Et mota in nomen frigida lingua tuum.

Te vxorem appellauit moriens.

Non eadem vulgúſq; decent, & lumina rerum:

Nec vox miſſa poteſt Principis ore tegi.

Aliter Princeps, aliter plebs ſe gerit.

Alta mane, ſupráque tuos aſſurge dolores.

Dole vt decet.

Vita data eſt vtenda, data eſt ſine fœnore nobis

Mutua, nec certa perſoluenda die.

Dies mortis incerta.

Non ex præcipiti dolor in tua viſcera venit,

Sed per mollitos ante timore gradus.

Senſim dolorem de eius morte recepiſti.

Et venit, ſtellâ non præeunte dies.

Lucifer non apparuit ante Solem, paulò ante mortem Druſi.

Admouitque preces, & jus immiſcuit illis.

Il nous pria, & commanda

Eſt tibi ſitque precor multorum filius inſtar,

Parſque tui partus ſit tibi ſalua prior.

Eſt conjux tutela hominum, quo ſoſpite, veſtram

Liuia funeſtam dedecet eſſe domum.

Tiberius filius, & Auguſtus maritus te conſolari debent.

Ex fragmento de Nauigatione Druſi Germanici.

Iampridem poſt terga diem Solémque relictum. *Nauigauimus in Septentrionem.*
Accumulat fragor ipſe metum--
Ventis in mare flantibus.
Et nihil erepto valuit dignoſcere mundo.
Tranſire in alium Orbem.
Anne alium libris intactum quærimus Orbem? *Incognitum Scriptoribus.*
Diî reuocant, rerúmque vetant cognoſcere finem
Mortales oculos: aliena quid æquora remis
Et ſacras violamus aquas?
Dijs tantùm cognita maria.

GRATIVS.

-- Vitáque erat error in omni.
Homines errabant per agros.
Te ſociam, ratio, rebus ſumpſere gerendis.
Egerunt ex ratione.
-- Contiguas didicere ex artibus artes.
Les arts ſe tiennent les vns les autres.
-- Primum auſpicium Deus artibus.
Deus artium primus author.
Tantùm ne ſubeat vitiorum peſſimus humor,
Ante caue. *Vide ne humida ſint retia.*
Illa vel ad flatus Helices oppande ſerenæ,
Vel caligineo laxanda reponito fumo.
Secher à l'air, ou au feu.
Quem mare, quem tellus, quem præceps janua Ditis
Omnia tentantem, quâ laus erat obuia, paſſi.
Hercules omnia perrupit.

-- aut Deus illa, aut proxima Diuis
Mens erat. *Ingenio excellenti.*
-- Tenero diſtrictas cortice virgas
Prægrauat ingenti pernix Lucania cultro.
Haſtile tenue, ferrum ingens.
-- Suis petiere vltro fera ſemina ſyluis.
Dat Venus acceſſus, & blando fœdere jungit.
Tunc & manſuetis tutò ferus errat adulter
In ſtabulis, vltroque grauis ſuccedere Tigrem
Auſa canis, majore tulit de ſanguine fœtum.
Faire courir vne chienne par vn Tigre.
Sic canis illa ſuos taciturna ſuperuenit hoſtes.
Irruit in prædam ſine clamore.
Sed premit inuentas, non inuentura latentes.
Elle ne fait point leuer la beſte.
-- Tum ſigna vapore ferino
Intemerata legens. *Suit la beſte.*
-- Occultos & ſignis arguit hoſtes.
Oſtendit adeſſe feram ſigno.
-- Sint hirtæ frontibus aures,
Os magnum, & patulis agitatos morſibus ignes
Spirent-- *Canis venatici figura.*
-- Et ſequeris demens alienam Græcia culpam.
Trahis vitia ex alijs populis.
At ſi pernicies anguſto paſcitur ore,
Contra pande viam, fallentéſque argue cauſas.
Si plaga minor eſt, aperienda eſt.
Morborum in vitio facilis medicina recenti.
Statim adhibendum remedium.
Blanditur menſis, cererémque efflagitat ore.
Canis eſcam petit.
-- Sed vnâ Pernicies redimenda animâ--
Primus canis ſcabioſus interimendus.
O rerum prudens quantùm experientia vulgo
Materiem

Materiem largita boni!

Mater artium experientia.

Queîs ſcelus in manibus ſumptum, aut in corpore motum. *Impij facto, vel cogitatione.*

-- Curâque potentia major.

Peſtis omni remedio ſuperior.

Eſt vitium ex animo.

Equi animoſiores non ſunt apti ad venandum.

Præueniens quondam eſt incommoda virtus.

Nocet nimius animus.

Iactantior illi Virtus. *Equo Olympico.*

-- Fingetque meas ſe juſſus in artes;

Sed juxta vitium poſuit Deus.

Il eſt bon, mais il a des vices.

Audax & patiens operum genus.

Cheual de fatigue.

-- Ille vigebit

Centum actus ſpatiis, atque eluctabitur iram.

Il le faut fatiguer.

OPVS EST IMPERFECTVM.

CORNELIVS SEVERVS.

Ex carmine de Æthna, quod hactenus Virgilio affictum.

Cùm domitis nemo Cererem jactaret in agris.

Cùm nondum inuenta eſſet agricultura.

-- Proxima quæque

Ignibus irriguis vrat. *Vn fleuue de feu.*

-- Vulcani & clauſis reſonare cauernis

Feſtinantis opus. *Cum Æthna exaſtuat.*

Cùm ſuper incudem numeroſa in verbera fortes

Horrendum magno quaterent ſub pondere fulmen,

Armarentque Iouem.

Fabricant Ioui fulmen Cyclopes.

-- Captiuique Iouis transferre gigantes
Imperium, & victo leges imponere cœlo.

Cùm gigantes cœlum affectarent.

Impius & miles metuentia cominus aſtra
Prouocat. *Ob montes impoſitos montibus.*
Infeſtæ Diuis acies, atque impius hoſtis.

Gigantes.

-- Iîdémque rotant Ixionis orbem Vates --

Poëtæ finxerunt Ixionis fabulam.

Et Diui quoties falſa ſub imagine peccent;
Taurus in Europen, in Lædam candidus ales
Iupiter, vt Danaë pretioſus fluxerit imber.

Furta Iouis canunt Poëtæ.

Secta eſt omnis humus, penituſque cauata latebris,
Exiles ſuſpenſa vias agit.
Pendeat in ſeſe-- In tenues cauata vias.

Terra eſt omnis caua.

-- lympha perenni
Edit humum limo, furtimq; obſtantia mollit.

Aqua cauat terræ meatus.

Atque inopinatos referunt procul edita curſus,
Condita ſi redeunt.

Flumina hauſta iterum emergunt.

-- animoſior ignis
Semper & incluſus, nec victus, ſæuior ira eſt
Sub terra, penituſque mouens.

Ignis in terræ viſceribus.

Cur illi breuior, cur iſti peruolet orbis
Annuus. *Motus Lunæ, & Solis.*
-- primâque iuuentâ
Ver præit æſtatem, cur æſtas ipſa ſeneſcit,
Autumnóque obrepit hyems, & in orbe recurrit? *Viciſſitudo temporum.*

Quo rapiant nautæ, quo ſidere lintea ſoluant.
Quando vela explicent, & contrahant.
Sed manifeſta notis certa diſponere ſede
Singula, diuini eſt animi, ac jucunda voluptas.
Scientia diuinum eſt munus, & gratiſſimum.
Plenáque deſecto ſurgant fœnilia campo.
Vbi ſœnum abundet.
Implendus ſibi quiſque bonis eſt artibus; illæ
Sunt animi fruges, hæc rerum maxima merces. *Studia litterarum magni facienda.*
Torquentur flammâ terræ,ferróq; domantur.
Ad eruendum aurum.
-- Diuerſas admittere cogitur auras,
Et conjuratis addit concordia vires.
Venti diuerſi conjuncti ſæuiunt magis.
-- Pugnant in faucibus arctè,
Pugnantes ſuffocant intus-
Arctantur venti in terra.
Ingeminat fluctus, & primos vltimus vrget.
Fluctus ſeſe premunt.
Si nihil irritet flammas,ſtupeatq;profundum.
Si Æthna non euomat flammas.
Qui rupes terráſque vorat,qui fulminat ignes.
Æthneus crater.
-- Cum ſecum frigida monti
Deſidia eſt. *Cum Æthnæ ceſſant incendia.*
Quidquid in obliquum eſt, frangunt iter.
Quod ipſis opponitur.
Illis vernacula cauſis Materia.
Internum ſulphur.
Miranda eſt lapidum viuax, animoſáque virtus. *Lapides Æthnæi mirabiles.*
Accenſæ ſubeunt moles, truncæque ruinæ
Prouoluunt,atque atra ſonant examina arenæ.

Æthna furore exæſtuans.

-- Leuis & ſine pondere pumex Excoquitur.

Igne abſumptus lapis.

-- Lapis ſeu fortè madentes
Effluit in flammas. *Liquantur lapides.*
Lapidis miratur fuſile robur. *Liqueſcendi vis.*
Lentitiam plumbo non exuit.

Non tollit plumbo quod ſit flexibile.

-- Ipſaque ferri
Materies prædura, tamen ſubuertitur igni.

Durities ferri igne domatur.

-- Quantis fornacibus Æthna
Vritur, à ſacro nunquam non fertilis igne.

Perpetuus ignis Æthnæ.

-- Folléſque trementes
Exanimant, preſſóſque inſtigant agmine ventos. *Font ioüer les ſoufflets.*
Ardebant aruis ſegetes, & mollia culta,
Iugera cum dominis.

Incendium horrendum Æthnæ.

-- Gemit ille ſub auro.

Aurum ſuum effert diues.

Hic velox nimium properat ſub pondere pauper. *Quia pauca effert.*
Illis diuitiæ ſolæ materque, paterque.

Duobus pijs fratribus Siculis.

-- Mediumque exire per ignem,
Ipſo dante fidem, properant --
Erubuere pios iuuenes attingere flammæ,
Et quacumque ferunt illi veſtigia, cedunt.
Tutus vterque pio ſub pondere --
Et circa geminos auidus ſibi temperat ignis.
Incolumes abeunt tandem, & ſua numina ſecum Salua ferunt --

Pijs fratribus Siculis parcit ignis Æthnæus.

Ex carmine de Cicerone.

Egregium ſemper patriæ caput.
Conticuit Latiæ triſtis facundia linguæ;
Publica vox ſæuis æternùm obmutuit armis.

Ciceroni reſectum eſt caput.

AVLVS SABINVS.

Ex carmine in Ibim, quod à pleriſque tribuitur Ouidio.

Lunáque quæ nunquam quo prior orbe micat.

Semper Luna diuerſa facies.

Pleniùs ingenio ſis miſer ipſe meo.

Quia inimicum habes ingenioſum.

Cauſáque non deſit, deſit tibi copia mortis.

Impediaris mori ex deſperatione.

Optatam faciat cauſa coacta necem.

Velis mori, nec poſſis.

His viuus furijs agitabere, mortuus iîſdem,
Et breuior pœnâ vita futura tua eſt.

Pœna tua erit æterna, nec vitâ terminabitur.

-- Poma pater Pelopis præſentia quærit.

Tantalus recedentibus pomis.

Ex Epiſtolis.

- Nec non in corpore diſcors.

Scylla vallata canibus.

Sed non eſt rationis amor. *Amantes inſani.*
Imperat ille Deis, cùm vult in cornua Tauri,
Cùm vult in pennas deſtruit ille Iouem.

Mutat Iouem in Taurum, vel Olorem.

C. CÆSAR GERMANICVS.

Ex verſione Phænomenon Arati.

Si non parta quies, te præſide, puppibus æquor

Cultorique daret terras.
Omnia ſub Auguſto quieta.
-- Moderator Olympi
--Donauit, meritum cuſtodia fecit.
Quia ſeruauere puerum Iouem.
Luna etiam menſem cùm pleno diuidit orbe.
Menſis dimidius.
-- Nec dedignata ſubire
Tecta hominum. *Iuſtitia aureo ſaculo.*
Nondum væſanos rabies nudauerat enſes.
Nondum cades, & bella.
Ignotique maris curſus, priuatáque tellus
Grata ſatis, neque per dubios auidiſſima ventos
Spes procul amotas fabricatâ naue petebat.
Nondum inſtituta nauigatio.
-- Nec parui terminus agri
Præſtabat dominis ſigno tutiſſima rura.
Aureo ſaculo, cùm nondum vigeret cupiditas.
-- patrum ſoboles oblita priorum
Degeneres habuit, ſemperque habitura minores. *Degenerant ſemper homines.*
Polluit & Taurus menſas aſſuetus aratro.
Boues mactati ad cibos.
-- Trux adjacet ignea Taurus
Cornua fronte gerens, & lucidus igne minaci.
Signum Tauri in cœlo.
Tres illi laterum ductus, æquata duorum
Sunt ſpatia, vnius breuior, ſed clarior ignis
Deltoton Triangulus in cœlo, cujus duo latera æqualia, baſis minor.
-- Si verè ſuſtinet Atlas
Regna Iouis, Superóſque, atque ipſo pondere gaudet.
Si non eſt fabula, Atlas portans cœlum.

Cygnus de thalamis candens, qui lapſus adulter
Furta Iouis falsâ volucer ſub imagine texit.

Iupiter verſus in Cygnum Ledam corrupit.

Munit at hos breue lignum, & fata inſtantia pellit,
Et tantùm à letho, quantùm rate fluctibus abſunt. *Nauigantes periculosè.*

-- Cuſtos, quo Iupiter arſit
In puero, luit excidio, quem Troja furorem.

Aquila Ganymedis.

-- Sata viuida firmat;
At quibus artatæ frondes, & languida radix,
Exanimat.

Canis ſeu Sirius, perniciosſus & vtilis.

Atque imitata cadunt errantis ſigna liquoris.

Stellæ repræſentant aquam cadentem in Aquario.

Non terris imbres, ponto nec flumina deêrunt,
Et cæli terret ſonitus mortalia corda.

Pluuiam, ventos, & flumina præcinit.

Nubila cùm fuerint, ſubitos mirabere Soles.

Statim pluuium cœlum erit ſerenum.

Pacem mundus habet.

Cœlum fit tranquillum.

Ruptos nubibus elidet ſonitus. *Fiet tonitru.*
Ver erit hibernis totum execrabile nimbis.

Ver erit nimis pluuioſum.

EX EPIGRAMMATIS.

De Catone.

Inuictus victis in partibus omnia Cæſar
Vincere qui potuit, te Cato, non potuit.

Vnum Catonem non vicit Cæſar.

Oppoſuit fortuna manum, inuoluitque: Catonis

Scires vt ferro plus valuiſſe manum.
Cùm obligatum ſuum vulnus abrupit.
Fas non eſt viuo quemquam ſeruire Catone.
Cum Catone libertas Romana concidit.
De Scæuola.
Plus flammis patriæ confert, quàm fortibus armis
Vna domans bellum funere dextra ſuo.
Dum manum ambuſſit coram Porſenna, ab eo pacem cum Romanis extorſit.

C. vel M. MANILIVS.

Ex Libris quinque Aſtronomicon.
Ex Libro primo.
-- Sideribus pendentia fata. *Alligata ſtellis.*
-- Artem experientia fecit
Exemplo monſtrante viam.
Experientia artium magiſtra.
Ignotúſque nouos pontus ſubduxerat Orbes.
Terra incognita vltra Oceanum.
Labor ingenium miſeris dedit, & ſua quemque
Aduigilare ſibi juſſit fortuna premendo.
Acuit ingenium miſeria.
-- Flammæque micantes
Quæ mundi fecere oculos. *Stella.*
-- Quia totus ab illo
Tantumdem refugit mundus, fecitque cadendo Vndique ne caderet --
Et concurrendo prohibent in longiùs ire.
Terra in mundi centro.
-- Cùm pendeat ipſe
Mundus, & in nullo ponat veſtigia fundo.
Terra ſuis librata ponderibus.
Semper erunt, paribus bellum quia viribus

æquant. *Elementa non ſe omninò deſtruent.*
-- Mari quæ prima cucurrit
Seruando, Dea facta, Deos.
Argo nauis in cælum tranſlata.
-- Dubitauit Iupiter ipſe
Quod poterat, non poſſe timens, & ſurgere terram
Cerneret, & verti naturam crederet omnem
Montibus --
Et tam vicinos fugientia ſidera montes.
Bellum Giganteum.
-- Fugiendáque Gorgonis ora
-- Spoliúmque ſibi, peſtémque videnti.
Caput Meduſæ.
-- Mundi nutrito Rege Capella
Cuius ab vberibus magnum ille aſcendit Olympum
Lacte ſuo (*pro* eius) creſcens ad fulmina, vimque tonandi
Amalthææ capra, quæ Iouem nutrijt.
-- Quoties fortuna per Orbem
Seruitium, imperiúmque tulit.
Mutauit Imperia.
Idem ſemper erit --
Non alium vidêre patres, vidêre nepotes.
Idem ſemper eſt Mundus.
-- Æquali ſidera tractu
Ignibus in varias cœlum laqueantia formas:
Altiùs his nihil eſt, hæc ſunt faſtigia Mundi
Publica. *Cælum vltimum.*
-- viſus incurrit in ipſos
Sponte ſuâ, ſeque ipſe docet, cogitque notari.
Stella micantior, & apparens.
At ſemita -- Quam terit aſſiduo renouans iter orbita tractu.

Vn grand chemin battu.

Caſtra ducum, & Cœli.

Græcorum, quibus Dij fauebant.

-- Et qui fabricauerat illum, *Platonem.*

Damnatúſque ſuas meliùs damnauit Athenas.

Socrates.

-- Horatia proles

Tota acies pontis. *Qui ſolus pontem defendit.*

-- Scæuola trunco Nobilior. *Ambuſta manu.*

-- Romámque Camillus

Seruando poſuit, Brutuſque à Rege receptæ

Conditor.

Camillus & Brutus noui Romæ authores.

Inuictúſque morâ Fabius.

Fabius Maximus Verrucoſus Cunctator.

Scipiadæque duces, fatum Carthaginis vnum.

Quibus fatale erat vincere Carthaginem.

-- Totáſque per vrbes

Publica ſuccenſis peraguntur fata ſepulchris.

-- Funera deêrant

Mortibus, & lacrymæ; feſſus defecerat ignis,

Et coaceruatis ardebant corpora membris.

Mortalitas magna.

Imperiúmque ſuis conflixit viribus.

Bellum ciuile.

--Reſtabant Actia bella

Dotali commiſsâ acie.

Inter Antonium, Octauium, & Cleopatram.

Ex Libro ſecundo.

-- Tutamque ſub Hectore Troïam.

Hector Troiæ defenſor.

-- Cuius ex ore profuſo

Omnis poſteritas latices in pocula duxit;

Amnémque in tenues auſa eſt deducere riuos

Vnius fœcunda bonis.

Poëtæ omnes hauſerunt ex Homero.

Et chaos enixum terras, Orbémque ſub ipſo
Infantem. *Initium Mundi.*

Quorum carminibus nihil eſt niſi fabula cœlum;

Terráque compoſuit cœlum, quæ pendet ab ipſo.

Signa cœli fera, & fabuloſa commenta.

Scorpius in Libra conſumit brachia.

Cache ſes ſerres, ou ſes pinces.

Optauitque reum ſponſor non poſſe reuerti,
Sponſoremque reus timuit, ne ſolueret ipſum.

Oreſtes & Pylades amici.

-- Varias pacis clades, & mixta venena
Inſidiæque fori. *La chicane du barreau.*

-- Quem tellus ſæua profudit
Cùm bellum cœlo peperit.

Cùm produxit Gigantes.

-- Vdus gelidis cùm Phœbus ab vndis
Enatat, & fuluo paulatim accenditur igne.

Sol oriens.

Ex Libro tertio.

-- In excidium cœli naſcentia bella.

Bellum Giganteum.

-- Partus in matre ſepulti. *Prægnans mortua.*

-- Segetéſque virorum.

Ex dentibus Draconis Cadmi.

-- Magnâ pontum ſub claſſe latentem,
Immiſſúmque fretum terris, iter æquoris audax (*vel* vndis)

Helleſponto iuncto, & Atho effoſſo à Xerſe.

Ornari res ipſa negat, contenta doceri.

Præceptiones non ſunt ornatè exponendæ.

- Circumfuſis Orbem concluderet aſtris
Vndique pendentem in medium.

Terra in medio Mundi, ambita Cœlo.

- Donec venit orbis in orbem.

Annus reuolutus.

Pendentemque reum linguâ.

A patrono defenſum.

Fortunamq; petat pelago, ventiſque ſequatur.

Faire fortune ſur mer.

- Cererem plenam, vincentemque horrea meſſem. *Anni fertilitas.*

Vixque ortus, occaſus erit.

Vbi breuiſſimi dies.

Amiſitque fidem variando cuncta per omnes.

Fortuna inconſtans.

Vix deguſtatam rapiens ſub flore juuentam.

Morietur juuenis.

Tum - Nec Scythiam defendit hyems; Germaniâ ſiccâ

Iam tellure fugit. *Ingens æſtus.*

Statque vno natura loco paulùmque quieſcit.

Hyemis tempore.

- Totumque canorâ

Voce nemus loquitur, frondemque vireſcit in omnem. *Vere.*

Tum Liber grauidâ deſcendit plenus ab vlmo.

Vua matura eſt Autumno.

Ex Libro quarto.

Æterniſque ſenes curis, dum quærimus, æuum

Perdimus, & nullo votorum fine beati

Victuros agimus ſemper, nec viuimus vnquam. *Vanâ ſollicitudine torquemur.*

Pauperiorque bonis quiſque eſt, quò plura requirit. *Omnis cupidus eget.*

Luxuriem lucris emimus, luxuque rapinas,

Et ſummum cenſus pretium eſt effundere cenſum. *Rapimus, vt profundamus.*

Naſcentes morimur, finiſq; ab origine pendet.
Cum naſcimur, incipimus mori.
- Sors eſt ſua cuique ferenda.
Noſtrâ ſorte contenti ſimus.
Solus & oppoſitis clauſiſſet Horatius armis
Pontem, Vrbemque ſimul.
Horatius Cocles ſolus in ponte pugnans.
- Pendebat ab vno
Roma viro. *Ab Horatio Tergemino.*
Varronemque pigrum, magnum quod viuere poſſet.
Victus ad Cannas, nec de Rep. deſperans.
Et jacuit Libycis compar jactura ruinis.
Marius profugus jacens in ruderibus Carthaginis.
- Vt corpus ſepeliret naufragus ignis
Et collecta rogum facerent fragmenta carinæ.
Rogus Magni Pompeÿ, ex lignis veteris cymba.
- Raptoſque ex ignibus ignes. *Veſta.*
Cedentemque viro flammam, qui templa ferebat. *Metello.*
- Et inuictum deuictâ morte Catonem.
Dum ſe interemit.
Quantum eſt hoc regnum, quod Regibus imperat ipſis
Regnum fatorum, aut potiùs Dei.
- Labor eſt etiam ipſa voluptas. *In canendo.*
- Ventis concredere opes. *Nauigare.*
- Orbiſque Orbi bona vendere poſſe.
Totq; per ignotas commercia jungere terras,
Atque alio ſub Sole nouas exquirere prædas.
Mercator.
Et purgare metu ſyluas. *Cadere feras.*
Quique notis linguam ſuperet, curſumque loquentis,

Excipiens longas noua per compendia voces.
Scriba expeditiſſimus.
Et licitum ſciet, & vetitum quæ pœna ſequatur. *Iuriſperitus.*
Perpetuus populi priuato in limine Prætor.
Qui accorde tous les differens.
Non caput in mortem vendunt, & funus arenæ. *Fiunt gladiatores.*
- Tantamque aptare loquendo
Artibus humanis varia ad ſpectacula molem.
Erudire Elephantum ad ſaltationem.
- Inflexâ fontem qui projicit vrnâ.
Aquarius.
Aut vncos celare cibis.
Peſcher auec l'hameçon.
Quæremus lucrum naui, mortemq; ſequemur
In prædas: pudeat tantò bona velle caduca.
Nauigare ad merces.
- Pleïadum paruo referens glomeramine ſidus.
Stella conglobata.
Tanta erit & virtus, & cum virtute poteſtas.
Romani boni, & potentes.
Et genitrix Crete, ciuem ſortita Tonantem.
In quâ natus Iupiter.
- Molles Arabas, terramque ferentem
Delicias, variæque nouos radicis odores.
Arabia Felix.
- Libyam Italicas infudit in vrbes.
Annibal potens in Italiâ.
Horrendos angues, habitatáque membra veneno,
Et mortis partus, viuentia crimina terræ.
Venenata animalia.
- Sæuoſque Leones
In pœnas fœcunda ſuas parit horrida tellus.

Leones multos dat Africa.

Virgine delapsâ cum fratrem ad littora vexit,
Et minui defleuit onus, dorſumque leuari.

Aries aureus, demersâ Helle, Phryxi ſorore.

Et Rhodos hoſpitium recturi Principis Orbem.

Famoſa ſeceſſu Tiberij Imperatoris.

- Natat Orbis in ipſo,
Et vomit Oceanus Pontum, ſitienſque reſorbet
Nec ſeſe ipſe capit.

Oceanus ambiens terram, & exaſtuans.

- Timuitque incendia Cælum,
Fugeruntque nouas ardentia Sidera flammas.

In Phaëthonteo incendio.

Humani generis cum ſolus conſtitit hæres
Deucalion, ſcopuloque Orbem poſſedit in vno, *In Parnaſſum profugus, tempore diluuij.*
Exemplumque Dei quiſque eſt in imagine paruâ. *Homo ad Dei imaginem factus.*
Deus - Seque ipſum inculcat, & offert.

Vbique præſens.

Ne dubites homini diuinos credere viſus,
Iam facit ipſe Deos, mittitque ad ſidera numen
Maius, & Auguſto creſcit ſub Principe cælum.

Auguſtus fecit Deum Iulium Cæſarem.

Ex Libro quinto.

Actiacoſque ſinus inter, ſuſpenſus vterque
Orbis, & in Ponto Cæli fortuna natauit.

Actiacâ victoriâ Occidens vicit.

Expreſſiſſe ſonum Mundi ſibi viſus, & ipſum
Amouiſſe Iouem terris de fulmine fingit.

Salmoneus imitatus tonitru.

- Turpiſque emitur vel morte voluptas,
Et minimum cecidiſſe malum eſt.

Mors ex turpi morbo.

Pacis bella probant.

Se plaiſent à la chicane.

-- pectuſque impleuit hiantis
Lacte ſuo, dedit & dignas ad fulmina vires.

Ioui, Capra Amalthæa.

Mendaceſque parant foueas.

Struunt inſidias feris.

- Latratque Canicula flammâ.
- Geminatque incendia Solis.

Sirius ſeu Canicula æſtus cauſa.

Ante os, eſt animus. *Attende quid dicas.*

Gaudebitque mero, mergetque in pocula mentem. *Ebrioſus.*

- Atque horrea quærere meſſi.

Anni fertilitas.

Ars erat eſſe patrem, vicit natura periclum.

Peritior factus ſagittarius pater, in filij periculo.

Et ſenſus ſcopulis, & ſyluis addidit aures.
Et Diti lacrymas, & morti denique finem.

Orpheus.

- Nihil eſt audere relictum
Quæſtus naufragio petitur. *Piſcando vniones.*
Cenſibus æquantur gemmæ. *Magni pretij.*
Ambiguus terræ partus, pelagoque creatur.

Delphinus exiliens in aëra ex mari.

Aut immota ferens in tergum membra, latuſque,
Non onerabit aquas, ſummis accumbet in vndis,
Pendebitque ſuper totum ſine remige pontum.

Vn Daulphin nageant à fleur d'eau.

- Maris prædas, & rapta profundo
Naufragia. *Vniones.*
Ructantemque patrem natos.
Thyeſtem voratis liberis.
- Thebana juuabit
Dicere bella vteri, mixtumque in fratre parentem.
Oedipus, qui ex matre ſuſcepit liberos, & fratres.
Quærere ſub terris aurum, furtoque latentem
Naturam eruere, Orbemque inuertere prædæ.
Effodere Aurum.
- Infeſtus cum viribus omnis
Incubuit pontus, timuit naufragia tellus.
Exundans mare.
Vixque manu ſpolium tenuit, victorque Meduſæ
Victus in Andromede eſt.
Perſeus amans Andromeden.
- Iam cautibus inuidet ipſis,
Feliceſque vocat, teneant quod membra, catenas.
Vincula amat, quibus vincta erat Andromeda.
- Inque ipſo rapidum mare nauigat ore.
Monſtrum fluctus eructans.
Adnantemque ſibi pœnam, pelaguſque ferentem,
Quantula præda maris.
Andromeda videns monſtrum accedere.
- ſæuit in auras
Morſibus, & vani crepitant ſine vulnere dentes. *Monſtrum conatur mordere Perſeum.*
- Animoque magis quàm corpore pendet.
Andromeda de exitu pugnæ ſollicita.

Supplicium vectigal erit.

Erit tortor, aut cuſtos carceris.

Certa per extentos ſiget veſtigia funes
Et Cæli meditatus iter
- populum ſuſpendet ab ipſo (*id eſt*, à ſe.)

Erit funambulus.

Congeritur ſiccum pelagus, merſique profundi
Canicies -
- Pelagique venenum. *Sal.*

C. ABRONIVS SILO.

- Belli mora, concidit Hector.

Qui impediebat quominus Troia caperetur.

LIBER TERTIUS ACUTE' DICTA POETARUM LATINORUM AB AUGUSTO AD CONSTANTINUM.

PHÆDRUS.

EX LIBRIS FABULARUM.

Ex Libro primo.

GULÆQUE credens colli longitudinem,
Periculoſam fecit medicinam lupo.
Grus immittens collum in os Lupi, ut inde oſiculum extraheret.

Ex Libro ſecundo.

Ardelionum natio, occupata in otio,
multaque agendo, nihil agens.

Gens qui ſe meſlent de tout.

Ex Libro tertio.

- Naris emunctæ ſenex. *Callidus.*

Vulgare amici nomen, ſed rara eſt fides.

Pauci veri amici

Cujus non fugiam mortem, ſi famam aſſequor. *Non recuſo ſimilis eſſe Socrati.*

Ferro incubuit, quod credulitas ſtrinxerat.

Se interemit, quod nimis credulus extitiſſet.

Ex Libro quarto.

- Decipit
Frons prima multos, rara mens intelligit,
Quod interiori credidit cura angulo.

Pauci reconditos hominum ſenſus norunt.

Mulier formoſa, & oculis venantibus.

Vne Coquette.

- Per artus fratris explicuit fugam.

Medea fratrem diſcerpens, & ſpargens.

Irrigatus multo venas nectare. *Bene potus.*

- Rigentem colubrum ſuſtulit,
Sinuque fouit, contra ſe ipſe miſericors.

Qui rigentem ſerpentem fouit ſinu, à quo læſus eſt.

Ex Libro quinto.

- plus vetuſtis fauet
Inuidia mordax.

Præſentibus faciliùs inuidemus.

L. IVNIVS MODERATVS COLVMELLA.

EX LIBRO X. DE CVLTV AGRORVM.

- Fons illacrymet putei non ſede profundâ.

Puteus non multùm altus.

- Cum pelagi ſtreperent ſub pondere manes.

In diluuio Orbis terrarum.

Grandine dilapidat hominumque, boúmque labores. *Tempeſtas grandinis.*

- prægnans cucurbita creſcit

- Vtero nimium quæ vaſta tumeſcit.

Ingens cucurbita.

- Poma quæ barbara Perſis

- Miſerat - patriis armata venenis:

At nunc expoſiti paruo diſcrimine lethi,

Ambroſios præbent ſuccos oblita nocendi.

Perſica mala in Perſide venenata, in Europa ſunt innoxia.

L. ANNÆVS SENECA.

Ex Tragoediis.

Ex Medea.

- Parta, jam parta vltio eſt. Peperi-

Habeo filios ex Iaſone, quos interficiam.

-- Vulnera, & cædem, & vagum

Funus per artus, &c.

Hæc virgo feci, &c.

Majora jam me ſcelera poſt partus decent.

Dum filios meos, & Iaſonis enecabo.

Rara eſt in dominos juſta licentia.

Il ne fait pas bon ſe ioüer à ſon maiſtre.

Si iudicas cognoſce, ſi regnas jube.

Aliter Iudex, aliter Rex ſtatuit.

-- Hoc Reges habent

Magnificum & ingens, nulla quod rapiat dies,

Prodeſſe miſeris. *Miſericordia Reges decet.*

-- Si placet damna ream:

Sed redde crimen.

Iaſonem cujus cauſa peccaui.

-- Fugere cur ſolam jubes?

Non ſola veni.
Veni cum Iaſone, à quo me reuellis.
Vtrumque regno pelle; cur ſontes duos
Diſtinguis? *Medeam, & Iaſonem.*
Toties nocens ſum facta, ſed nunquam mihi.
Peccaui non mihi, ſed Iaſoni.
Inter vitæ mortiſque vias
Nimium gracili limite ducto. *Ligno nauis.*
Quod fuit hujus pretium curſus?
Aurea pellis, majúſque mari
Medea malum; merces primâ
Digna carinâ.
Impiam fœminam prima reuexit Argo nauis.
-- Spiritum ex alto citat. *Hors d'haleine.*
-- Faciet hic faciet dies,
Quod nullus vnquam taceat. *Magnum crimen.*
-- Sortem aſperam!
Cùm ſæuit, & cùm parcit ex æquo malam!
Remedia toties inuenit nobis Deus
Periculis pejora. *Miſer in omni vita.*
Quaſcumque aperui tibi vias, cluſi mihi.
Ita Medea Iaſoni.
-- Exuli exilium imperas?
Medea, quæ reliquit patriam.
Pœnam putabam, munus vt video eſt fuga.
Exilium beneficij loco datur.
-- Cui prodeſt ſcelus
Is fecit. *Crimen vtile.*
Fortuna ſemper omnis intra me ſtetit.
Feci fortunam meam.
Nec deligenti tela librentur manu
In me, vel iſtum: quiſquis è nobis cadet,
Nocens peribit; non poteſt in nos tuum
Errare fulmen. *Medea ſe, & Iaſonem deuouet.*
- Fructus eſt ſcelerum tibi

Nullum ſcelus putare. *Summa improbitas.*
-- Vix fraudi eſt locus;
Timemur. *On ſe deffie trop de moy.*
Omnibus verax, ſibi fallus vni
Concidit Mopſus.
Qui mortem ſuam non prauidit.
Tumiduſque nodis corpus aggeſtis plicat,
Cogitque in orbes. *Serpens.*
Succiſa ſerpens clade ſe reparat ſuâ.
Hydra Herculis.
Egone vt recedam? ſi profugiſſem prius
Ad hoc redirem.
Vt viderem hoſtes meos crematos.
Decreuit animus intus, & nondum ſibi
Audet fateri. *Magnum crimen conceptum.*
-- Ira deceſſit loco,
Materque tota, conjuge expulſâ redit.
Volo parcere liberis meis.
-- Sterilis in pœnas fui.
Paucos filios habeo iugulandos.
-- Virginum thalamos pete,
Relinque matres.
Deſeris me poſt ſuſceptos liberos.
Perfruere lento ſcelere; ne propera, dolor!
Meus dies eſt; tempore accepto vtimur.
Medea, paſcens vindictâ animum ſuum, duos liberos interfecit coram Iaſone patre.

EX HIPPOLYTO.

Pudor eſt ſecundus noſſe peccandi modum.
Ne ſe laiſſer point aller à la ſuitte des crimes.
-- Quæ memoras ſcio
Vera eſſe, &c. Sed furor cogit ſequi
Pejora; vadit animus in pœnas ſciens
Video meliora, proboque, Deteriora ſequor.
-- Furorem ſiſte, teque ipſam adjuua;

Pars ſanitatis velle ſanari fuit.

Noli habenas laxare cupiditati.

-- Nullus in campo ſacer
Diuiſit agros arbiter populi lapis.

Nulli agrorum termini.

-- Qui timidè rogat
Docet negare. *Audacter petendum.*

Curæ leues loquuntur, ingentes ſtupent

In magna ira tacetur.

Et genitor in te totus, & toruæ tamen
Pars aliqua matris, miſcet ex æquo decus.

Hippolytus ſimilis Theſeo patri, & matri Amazoni.

Anceps forma bonum mortalibus.
-- Nulláque non dies
Formoſi ſpolium corporis abſtulit.

Contra formam.

- Si tela - ſpargere -
In cœlum placeat, nulla ſine alite Deſcendent.
Prædam de mediis nubibus afferes.

Tuer vn oiſeau en volant.

Morúmque ſenium triſte. *Iuuenis moroſior.*

Gnatum parens obîſſe jampridem ſcio;
Iam raptor obiit.

Sic Theſeus auditâ morte Hippolyti.

Hæſere bijuges vulnere, & pariter moram,
Dominúmque rumpunt.

Harentem ad ſtipitem Hippolytum.

Nec dum dolentum ſedulus potuit labor
Explere corpus. *Partes omnes corporis reperire.*

- Morere ſi caſta es, viro;
Si inceſta, amori. *Ita Phædra moritura.*

EX OEDIPO.

Quin luctu in ipſo luctus exoritur nouus;
Suæque circa funus exequiæ cadunt:

Tum

Tum propria flammis corpora alienis cremant. *Magna mortalitas.*
Negatur vni nempe in hoc populo mihi
Mors tam parata.
Omnibus peſte pereuntibus, viuo.
Proſtrata ruit turba per aras
Optatque mori; ſolùm hoc faciles
Tribuere Dei. *Deſperatorum preces in peſte.*
Clementer alto colle Parnaſſus tumet.
Leniter aſſurgit mons.
Rex pace fretus. *Le Rey allant ſans gardes.*
Tacere liceat: nulla libertas minor
A Rege petitur.
Quia Reges nolunt de ſe ſubditos loqui.
-- Illa jàm feſſâ cadens
Radice, fulta pendet alienâ trabe.
Vetus arbor decidens.
-- Vtero merſus infauſto grauis,
Egit qui in ortus ſemet, & matri impios
Fœtus regeſſit; quique nec mos eſt feris,
Fratres ſibi ipſe genuit.
Oedipus ductâ vxore matre Iocaſtâ.
-- Labor, tabes, dolor,
Comitatus illo dignus, excedent ſimul.
Cum eo qui Regem interemerit Laium.
Qui ſceptra duro ſæuus Imperio regit
Timet timentes, metus in authorem redit.
Tyranni omnes timidi.
-- Lituuſque adunco
Stridulos cantus eliſit ære. *Vn clairon.*
Dignáque jacto ſemine proles
Vno ætatem permenſa die. *Milites Cadmi.*
Nimium ſæui Diua pudoris.
Diana in Actæonem.
Inter ſenem, juuenémque, ſed propior ſeni.

D'enuiron cinquante ans.

Animam ſenilem mollis exſoluit ſopor.

Blandè mortuus, & facili morte.

Quod ſæpe fieri non poteſt, fiat diù.

Pœna diuturna, maioris loco.

-- Quæratur via,
Quà nec ſepultis mixtus, & viuis tamen
Exemptus erres. *Excæcando teipſum.*
Sæuitque fruſtrà, pluſque quàm ſatis eſt, furit.

Reuellendo etiam ſibi fibras oculorum.

-- Commoda matri manum,
Si parricida es: reſtat hoc operi vltimum.

Iocaſta inuitat Oedipum, vt illam interficiat.

Multi ad fatum venere ſuum,
Dum fata timent. *Timor preuenit ruinam.*

EX TROADE.

-- Pergamum incubuit ſibi. *Penitus euerſum eſt.*
-- Victor & lentum Ilium
Metitur oculis, & decem tandem ferus
Ignoſcit annis. *Græci captâ Troiâ.*
Victámque quamuis videat, haud credit ſibi
Potuiſſe vinci. *Videns vrbis amplitudinem.*
Columen patriæ, mora fatorum:
Summúſque dies Hectoris idem
Patriæque fuit. *Hector Troiæ tutela.*
Alterius eſſet gloriæ, & ſummum decus:
Iter eſt Achillis.

Quæ fecit, dum venit ad Troiam.

Quò plura poſſis, plura patienter feras.

Magni multa tolerare debent.

-- Magna momento obrui
Vincendo didici: ſtamus hoc Danaï loco
Vnde illa cecidit.
-- Fregit illos ſpiritus, hæc quæ dare
Potuiſſet aliis-

Tu me ſuperbum, Priame, tu timidum facis:
Non omnibus fortuna tam lenta imminet.

Hæc Agamemnon de Troianis poſt decennium victor.

Gladiúſque felix, cuius infecti ſemel
Vecors libido eſt. *In vrbe per vim captâ.*
Qui non vetat peccare cùm poſſit, jubet.

Princeps eſt reus peccati, quod non impedit, cùm poteſt.

-- Detrahe inuidiam tuo
Odiumque patri, quem coli pœnâ jubes.

Cadendo Polyxenam.

Nec ad rogandum fortis. *Qui n'oſe prier.*
Aut toti morimur, nulláque pars manet
Noſtri? *An anima noſtra eſt immortalis?*
Hic mihi malorum maximum fructum abſtulit;
Nihil timere. *Aſtyanax filius, cui timeo.*
Vera ex Achille ſpolia ſimulato tulit.

Hector cùm Patroclum interemit, inſtructum armis Achillis.

Supereſtque vaſta ex vrbe, ne tantùm quidem,
Quo lateat infans. *Quo Aſtyanax abſcondatur.*
-- Fata ſi miſeros iuuant
Habes ſalutem; fata ſi vitam negant,
Habes ſepulchrum.

Latens puer in tumulo patris.

Et ſi taceret augur id Chalcas, tamen
Dicebat Hector, cuius & ſtirpem horreo.

Sic Vlyſſes petens Aſtyanactem ad necem.

-- Injuſtus dolor
Rerum æſtimator. *Qui dolet, malè iudicat.*
Vlyſ. Vbi natus? *Andr.* vbi Hector? vbi cuncti Phryges?
Vbi Priamus? vnum quæris, ego quæro omnia.

Sic Andromacha Vlyſſi.

Nunc aduoca aſtus--, Et totum Vlyſſem.

Oſtende te callidum.

-- Mænas expers ſui
Vulnus dedit, non ſenſit. *Mulier furioſa.*

Nocturne miles, fortis in pueri necem;
Iam ſolus audes aliquid, & claro die.

Conuicia Andromaches in Vlyſſem.

Virtus Vlyſſis nota Danaïs eſt ſatis;
Nimiſque Phrygibus.

Sic Vlyſſes reſpondet his conuicijs.

-- Occidis paruus quidem,
Sed jam timendus. *Aſtyanax puer.*

-- Pelion tertius cœlo gradus.

In pugna Gigantum.

Optanda mors eſt, ſine metu mortis mori.

Mors improuiſa.

-- Thalamis Troia prælucet nouis.

Polyxena, & Achillis.

-- Perdere eſt patriam graue;
Grauius timere. *Ob Polyxenam.*

Laſſabar in tot oſcula, in totum gregem
Diuidere matrem. *Mater plures habens filios.*

Hæc totus Hecubæ fœtus, hac ſolâ vocor
Iam voce mater.

Polyxena ex tot liberis reliqua.

Ferre quam ſortem patiuntur omnes,
Nemo recuſat. *Conſolatio miſera miſerorum.*

Sua quemque tantùm, me omnium clades premit;
Mihi cuncta pereunt; quiſquis eſt, Hecubæ eſt miſer. *Regina miſerorum Troianorum.*

-- Paruus feræ
Tenerque fœtus-- morſus parat inanes.

Mordere vult, nec poteſt.

- Non flet ex turba omnium
Quæ fletur. *Conſtanter moriens.*
Fleuitque Achiuûm turba quod fecit nefas.
- Magna pars vulgi leuis
Odit ſcelus, ſpectatque. *In morte Polyxenæ.*
- Aſtra cùm repetunt vices,
Premiturque dubius nocte vicinâ dies.
Crepuſculum ſerotinum.
Nouumque monſtrum eſt Pyrrhus ad cædem piger. *Crudelis, motus miſericordiâ.*
Gnatam? an nepotem? conjugem? an patriam fleam?
An omnia? an me? *Sic Hecuba miſerrima.*
- Sola mors, votum meum:
Infantibus violenta, virginibus venis;
Vbicumque properas, ſæua! me ſolam timens.
Sic Hecuba mortem expetens.

EX AGAMEMNONE.

Ille ille celeri corpus euinctus rotæ,
In ſe refertur. *Ixion rota alligatus.*
Metui cupiunt, metuique timent. *Tyranni.*
Sidunt ipſo pondere magna;
Ceditque oneri fortuna ſuo:
Quidquid in altum fortuna tulit,
Ruitura leuat. *Magna ſtare diù nequeunt.*
- Da tempus, & ſpatium tibi:
Quæ ratio nequiit, ſæpe ſanauit mora.
Tempore omnia ſanantur.
Perlucet omne regiæ vitium domus.
Nihil latet apud Principes.
Cruore ventos emimus, bellum nece.
Filiâ Iphigeniâ immolatâ.
- ſera nunquam eſt ad bonos mores via:
Quem pœnitet peccaſſe, pæne eſt innocens.
Pœnitentia nunquam eſt ſera.

Nec regna ſocium ferre, nec tædæ volunt.
Ny le throſne, ny le lit ne peuuent ſouffrir vn riual.
Pretio parata, vincitur pretio fides.
On corrompt aisément vn traiſtre.
Grauiora pelago damna, quàm bello tulit;
Remeatque victo ſimilis.
Agamemnon ex bello Trojano.
- Clades ſcire qui refugit ſuas,
Grauat timorem; dubia plus torquent mala.
Explica meam cladem.
Omnique nimiùm longa properanti mora eſt.
Graue, impedire properantem.
- Cælum perit
Nec vna nox eſt. *Nocturna tempeſtas.*
- Ipſa ſe claſſis premit,
Et prora proræ nocuit, & lateri latus.
Les vaiſſeaux s'entrefroiſſent.
- Cæco mari
Collucet Ajax. *Fulmine tranſverberatus.*
Sert de flambeau.
- Montem cadens ſecum tulit
Terráque, & igne victus, & pelago jacet.
Aiax obrutus.
- Iam timent terram rates,
Voluntque maria. *Ob ſcopulos.*
Perdidit in malis
Extremum decus fortiter vinci.
Vir fortis non moriens in bello.
Sonipes cauernis
Conditos Reges bellúmque geſtans.
Equus Troianus, ſeu Durateus.
Vicere noſtra jam metus omnes mala.
- Nec vllâ cælites placo prece,
Nec ſi velint ſæuire quò noceant habent;

Fortuna vires ipſa conſumpſit ſuas.

Ita Caſſandra miſerrima.

- Verſi retro Torquentur oculi- *Furioſa.*

Totâ pater Troiâ ſepulte. *Priamus.*

- Retulitque pedem

Alternis nomen ſtella quæ mutat

Seque mirata eſt Heſperum dici.

Productâ nocte quâ conceptus Hercules.

Senſit ortus, ſenſit occaſus

Herculem naſci; violentus ille

Nocte non vnâ potuit creari. *Idem.*

Poſcunt fidem ſecunda, at aduerſa exigunt.

Fides maximè calamitoſis ſeruanda.

Concede mortem. R. Si recuſares darem:

Rudis eſt Tyrannus, morte qui vitam exigit.

R. Mortem aliquid vltra eſt? R. Vita, ſi cupias mori. *Vox Tyrannica.*

EX HERCVLE FVRENTE.

Irâque noſtrâ fruitur; in laudes ſuas

Mea vertit odia: dum nimis ſæuo impero,

Patrem probauit.

Minorque labor eſt Herculi juſſa exequi,

Quàm mihi jubere.

Ita Iuno de Hercule victore.

- Nempe pro telis gerit

Quæ timuit, & quæ vicit. *Exuuias monſtrorum.*

- quæris Alcidæ parem?

Nemo eſt, niſi ipſe; bella jam ſecum gerat.

Eo vtar aduerſus eum.

- Cupiat mori

Ab inferis reuerſus: hac proſit mihi

Ioue eſſe genitum. *Quod mori velit, nec poſſit.*

Regam furentis arma, pugnanti Herculi

Tandem fauebo. *In filijs & vxore occidendis.*

Et congeſto pauper in auro. *Auarus.*

Hic clamoſi rabioſa fori
Iurgia vendens, improbus iras
Et verba locat. *Rabula, cauſidicus impotens.*
- Finis vnius mali
Gradus eſt futuri. *Perpetuæ calamitates.*
Nec vlla requies, tempus aut vllum datur
Niſi cùm jubetur. *Nunquam in otio.*
- Monſtra ſuperauit priùs
Quàm noſſe poſſet. *Serpentes elidens in cunis.*
Lernæ monſtra, numeroſum malum.
Capitibus renaſcentibus.
- Proſperum ac felix ſcelus,
Virtus vocatur.
Le crime qui a reüſſi, paſſe pour vertu.
- Inueniet viam
Aut faciet. *Herculi nihil imperuium.*
Prona eſt timori ſemper in pejus fides.
Potiùs credimus mala, quàm bona.
Quem ſæpe tranſit caſus, aliquando inuenit.
Enfin on eſt pris.
- Minas vultu gerens
Et qualis animo, talis inceſſu venit.
Oſtendit ſe ſuperbum eſſe.
- Qui genus jactat ſuum
Aliena laudat. *Auita virtus non eſt noſtra.*
- Ducet ex genere inclyto
Nouitas colorem noſtra.
Abjectus ducens vxorem nobilem.
Ars prima regni eſt poſſe te inuidiam pati.
Ne ſe ſoucier point de ce qu'on dit.
Pacem reduci velle victori expedit,
Victo neceſſe eſt.
Bellum tandem pace terminandum.
- Vna res ſupereſt mihi
Fratre ac parente charior, regno, & lare,

Odium tui : quod eſſe cum populo mihi
Commune doleo.
Nobilis mulier nuptias Tyranni repudians.
- Quæritur belli exitus,
Non cauſa.
Qu'importe, pourueu qu'on ſurmonte.
Cùm victor arma poſuit, & victum decet
Deponere odia.
Amandus victor, offerens pacem.
Non eſt ad aſtra mollis è terris via.
Heroï laborandum.
Qui morte cunctos luere ſupplicium jubet,
Neſcit Tyrannus eſſe. Qui miſerum vetat,
- eſſe felicem jubet.
Vox Tyranni.
Stat pontus vicibus mobilis annuis,
Nauem nunc facilis, nunc equitem pati.
Mare glacie concretum.
- Nunciet Diti Lycus
Me jam redîſſe.
Hercules redux ab Inferis Lycum cadit.
Lycus Creonti debitas pœnas dabit :
Lentum eſt dabit, dat; hoc quoque eſt lentum,
dedit. *Victoria diligens.*
Memorare cogis acta, ſecuræ quoque
Horrenda menti. *Quæ vereor etiam dicere.*
- quæ fuit durum pati,
Meminiſſe dulce eſt.
Enarrare pericula ſua, dulce.
Mæander vndâ ludit, & cedit ſibi,
Inſtatque dubius, littus an fontem petat.
Fluuius admodum flexuoſus.
- Magna pars Regni trucis
Eſt ipſe Dominus, cuius aſpectum timet
Quidquid timetur. *Pluto terribilis aſpectu.*

Quiſquis eſt placidè potens,
Animoque parcit. *Facilis Princeps.*
- Cymba populorum capax
Succubuit vni.
Hercules cymbam Charontis ingreditur.
- peruigil regni canis
Componit aures, timidus, & patiens trahi.
Le Cerbere ſe laiſſe mener.
Nemo ad id ſerò venit vnde nunquam
Cùm ſemel venit potuit reuerti.
Mors vrgenda non eſt.
- Tibi mors paramur,
Sis licet ſegnis, properamus ipſi.
Ad mortem currimus.
In Cælum Olympus tertio poſitus gradu
Perueniet, aut mittetur.
Vt in pugnâ Gigantum.
Infans -
Perit ante vulnus, ſpiritum rapuit timor.
Puer interfectus.
- Reciprocos ſpiritus motus agit.
Le poulx luy bat bien fort.
Somne laborum,
Requies animi melior vitæ,
Qui par Regi famulóque venis. *Laus ſomni.*
Solus te jam præſtare poteſt
- Furor inſontem. *Ex furore peccauit.*
- Quis dextrâ poteſt
Sinuare neruum vix recedentem mihi?
Quis poteſt vti arcu meo?
Hanc animam leuem
In ore primo teneo.
Iamjam moriturus ſum.
Vbique notus perdidi exilio locum.
Hercules vbique notus, nuſquam poteſt exulare.

EX THYESTE.

- ſintque tam inuiſi omnibus,
Quàm ſibi. *Abominandi.*
- Liberi pereant malè,
Peius tamen naſcantur. *Ex adulterio.*
-Oraque comprimit,
Incluſiſque famem dentibus alligat.
Non vult comedere.
- manus vbi prætulit,
Et falli libuit, totus in arduum
Autumnus rapitur. *Tantali poma fugientia.*
- Domus
Ruat vel in me, dummodo in fratrem ruat.
Volo perire cum fratre.
- Fac quod nulla poſteritas probet,
Sed nulla taceat. *Crimen atrox.*
- Audendum eſt nefas
Atrox &c. tale quod frater meus
Suum eſſe malit.
Dignum homine ſceleratiſſimo.
- ſcelera non vlciſceris,
Niſi vincis. *Vlciſci crimen majori ſcelere.*
Aut perdet, aut peribit, in medio eſt ſcelus
Poſitum occupanti.
Il faut que luy, ou moy periſſent.
-Qui fauoris gloriam veri petit
Animo magis, quàm voce laudari volet.
Vera laus.
R. Laus vera & humili ſæpe contingit viro,
Non niſi potenti falſa. *Laus Tyranni propria.*
- Dubius ſanguis, & certi nihil,
Niſi frater hoſtis. *Ob inceſtus.*
- Ferro ſpiritum inimicum expuat.
R. De fine pœnæ loqueris, ego pœnam volo:

Perimat Tyrannus : lenis in regno meo
Mors imperatur. *Vox tyranni crudelis.*
Dignum eſt Thyeſte facinus, & dignũ Atreo;
Vterque faciat.
Hic occidendo filios, ille comedendo.
- Non poterat capi,
Niſi capere vellet. *Fallere inſidiantem.*
- Argos regat
Ex parte dominus.
Ie luy donne la moitié du Royaume.
Leue eſt miſerias ferre, perferre eſt graue.
Diuturnitas.
- Ne mali fiant times?
Naſcuntur.
In noſtrâ familiâ ſcelerati naſcuntur.
Qui tuto poſitus loco
Infra ſe videt omnia. *Conſtans.*
Rex eſt qui metuit nihil,
Rex eſt quique cupit nihil,
Hoc regnum ſibi quiſque dat.
Cohibere motus ſuos, Regium eſt.
Omne ſub regno grauiore regnum eſt.
Sub Deo.
Nemo tam diuos habuit fauentes
Craſtinum vt poſſit ſibi polliceri.
Mors incerta.
- cujus extremum latus
Æquale monti creſcit, atque vrbem premit,
Et contumacem Regibus populum ſuis
Habet ſub ictu. *Vne Citadelle.*
Turbæ capax
Immane tectum. *Vne grande Sale.*
Quidquid audiri eſt metus
Illic videtur. *Lemures hic apparent.*
- At pueri ſtatim

Pectore receptus enſis in tergo extitit;
Per vtrumque vulnus moritur.

Tranſverberatus gladio puer.

- Sceleris hunc finem putas?
Gradus eſt. *Il ne s'arreſte pas là.*
Votum eſt ſub hoc, quod eſſe ſupplicium ſolet. *Sub Tyranno.*

- In malis vnum hoc tuis
Bonum eſt Thyeſta, quod mala ignores tua.

Dum filios tuos comedis.

O nos durâ ſorte creatos,
Seu perdidimus Solem miſeri,
Siue expulimus!
Vitæ eſt auidus quiſquis non vult
Mundo ſecum pereunte mori.

Sole abſcedente ob menſas Thyeſteas.

- Sobrio tanta ad mala
Opus eſt Thyeſte.

Vt meliùs ſentiat dolorem.

Miſerum videre nolo, ſed cum fit miſer.

Delectari aſpectu crudelitatis.

- Vel ſine causâ, vel ſerò times.

Cum captus teneris.

Subitos fundunt oculi fletus,
An habet lacrymas magna voluptas?

Lugere præ gaudio.

- Noxque ſe in noctem abdidit.

Denſantur tenebræ.

- Meumque gemitu non meo pectus gemit.

Voratis filiis.

- Gnatos ecquid agnoſcis tuos?
R. Agnoſco fratrem. *Ita Thyeſtes, Atreo.*
Sepelire liceat, &c.
Nil te genitor habiturus rogo,
Sed perditurus. *Sepeliam filios pater.*

- Et qui montibus
Stabant pares gigantes. *Proceri.*
- Lumen ereptum polo
Fulminibus exple. *In epulis Thyeſteis.*
- Si gnatos Pater
Humare, & igni tradere extremo volo,
Ego ſum cremandus. *Ita voratis filiis Thyeſtes.*

EX THEBAIDE.

- Quàm tanti eſt mihi
Genuiſſe vel ſic.
Antigone ex Iocaſtâ matre ſuſcepta.
- Ino præceps, quæ ſuum fugiens ſcelus,
Nouumque faciens, mater inſiluït freto,
Merſura natum.
Ino cum Melicertâ inſiliens in mare.
Deſertor anime, fortis in partem tui.
Oedipus oculis erutis.
- Aliquis eſt ex me pius?
Non eſſet vnquam, &c.
Niſi vt noceret. *Filij Oedipi.*
- Qui cogit mori
Nolentem, in æquo eſt, quique properantem impedit:
Occidere eſt, vetare cupientem mori.
Ita volens mori.
Vbique mors eſt; optimè hoc cauit Deus
Eripere vitam nemo non homini poteſt,
At nemo mortem; millè ad hanc aditus patent. *Mille modis mori poſſumus.*
Aui gener, patriſque riualis ſui,
Frater ſuorum liberûm, & fratrum parens;
Vno auia partu, liberos peperit viro,
Et ſibi nepotes. *Oedipodis cum matre nuptiæ.*
- Vitam & necem,

Vtrumque timidi eſt velle; contempſit mori,
Qui non cupiſcit.
Fortis nec viuere cupit, nec mori timet.
- Ab aſpectu omnium
Fortuna te ſubmouit, & quidquid poteſt
Auferre cuiquam mors, tibi hoc vita abſtulit. *Oedipo cæco.*
- Videram nondum diem,
Et jam timebar. -
Ob oraculum, mortem patri præcinens.
Sceleriſque pretium maius acçepi ſcelus.
Parricidij, matrem vxorem.
- Inſtant natorum tela, flammæ, &c.
Vt eſſe genitos nemo non ex me ſciat.
Filios Oedipi agnoſcat.
Vitam tibi ipſe ſi negas, multis negas.
Regis vita, multorum vita continetur.
- Hoc leue eſt quod ſum nocens:
Feci nocentes; hoc quoque eſt etiam leue;
Peperi nocentes. *Iocaſta vxor Oedipi.*
- Cauſa repetentis bona eſt,
Mala ſic petentis. *Armis repetere regnum.*
I, redde amorem fratribus, pacem omnibus.
Ex concordia fratrum, pax pendet.
Aut ſolue bellum mater, aut prima excipe.
Tela quæ primùm projicientur.
- Petere qui fratrem volet,
Petat ante matrem; tela qui fuerit pius
Rogante ponat matre; qui non eſt pius,
Incipiat à me.
Sic Iocaſta inter duos filios armatos.
- Nullum teſte me fiet nefas;
Aut ſi quod & me teſte committi poteſt,
Non fiet vnum. *Cadetur mater.*
Negare matri, qui diu dubitat, poteſt.

Dubitare, negare eſt.

- media ſe opponit parens:
Proinde bellum tollite, aut belli moram.

Matrem.

- ferat nato oſcula
Vel prima, vel ſuprema. *Quia interficietur.*
- Ille tu, tu illum times, Ego vtrumque.

Sic Iocaſta duobus filiis.

Patiare potiùs ipſe, quàm facias ſcelus.

Meliùs eſt pati crimen, quàm facere.

- Socer non arua, non vrbes dedit,
Dotale bellum eſt.

Adraſtus copias dedit genero ſuo.

- nempe ſi tu non fores,
Bello carerem: triſte conſpectus datur,
Pretium fui, durumque, ſed matri placet.

Video te, ſed bellum patriæ inferentem.

- hoc quoque magnum eſt nefas,
Tam prope fuiſſe. *Pæne feciſſe crimen.*
- Quis tenet mentem furor?
Petendo patriam perdis, vt fiat tua,
Vis eſſe nullam. *Repetis armis regnum.*
- Melius exilium eſt tibi,
Quàm reditus iſte: crimine alieno exulas,
Tuo redibis. *Noli ſic repetere regnum.*
- Vade, & id bellum gere
In quo pater, materque pugnanti tibi
Fauere poſſint. *Pugna in exteros, non tuos.*
Ne metue pœnas, & quidem ſoluet graues;
Regnabit. R. Hæcne eſt pœna? R. Si dubitas, Auo Patrique crede.

Lacus & Oedipus quàm infelices!

Regnare non vult ille, qui inuiſus timet.
Simul iſta mundi conditor poſuit Deus,
Odium, atque regnum.

Qui imperant, ægrè amantur.

EX HERCVLE OETÆO.

- Teque teſtata eſt meum
Patrem Nouerca.

Dum imperat, quæ peregi, ardua.

- Nec meos lux proſequi
Potuit triumphos, Solis exceſſi vias.

Vltra fretum Gaditanum.

- Nec monſtra inuenit. *Iuno.*
Feræ negantur, Hercules monſtri loco
Iam cœpit eſſe. *Omnibus monſtris edomitis.*

- Inſtitit virtus mihi,
Iunone peior.

Feci difficiliora, quàm imperarentur.

- Aſtra portentis priùs
Feriſque Iuno tribuit, vt Cælum mihi
Faciat timendum.

Monſtra inter Cœli conſtellationes.

-- Iuppiter
Illâ licebit fulmen à parte auferas,
Ego quam tuebor.

Vbi collocabitur Hercules *in Cælo.*

Par ille ſuperis, cui pariter dies,
Et fortuna fuit. *Felix vſque ad obitum.*
Felices ſequeris mors, miſeros fugis.

Miſeri optant mortem.

Vincere quod parat Iam victum eſt.
Pro fato potuit vultus iniquior.

Hercules terribilis.

- Herculis tantùm fui
Conjux timentis.

Cùm debellabat monſtra.

- Captæ pellici felix fui:
Illi meas audiſtis, ô Superi! preces.

Dejanira timet, ne Iolen vxorem accipiat Hercules.

Felix jacet- Quicumque quos odit, premit.

Suâ morte vltor.

- Nuribus Argolicis fui
Menſura voti. *Vltra quod cupere nihil poſſent.*
Vnuſque Titan vidit, atque vnus dies
Stantem, & cadentem.--

Vrbs vno die capta, & euerſa.

Cæleſtis ira quos premit, miſeros facit,
Humana nullos. *Homines Dijs ſæuiores.*
Rara fides, vbi jam melior fortuna ruit.

Amici fortunæ.

Pauci Reges, non Regna colunt. *Adulatores.*
Auidis natura parum. *Cupiditas.*
Rarum eſt felix, idemque ſenex.

Ad multam ætatem felix.

Mortem metu conſumpſit, & parum ſui
Pœnæ reliquit-. *Mort de peur.*
Exuere amictus quærit, hoc ſolum Herculem
Non poſſe vidi. *Deponere fatalem tunicam.*
Famularis illum retinet errantem manus:
O ſortem acerbam! fuimus Alcidæ pares.

Deficientibus viribus.

Natum relinques?
R. Quæcumque natum ſepelit, hæc vixit diù.

Mater in filij morte.

- Innocens animus mihi eſt,
Sceleſta manus eſt. *Imprudens cædem feci.*
- Herculem
Auferre cupiens pellici, eripui mihi.

Volens eum retrahere ab Iöle.

- Dexterâ ſternar tuâ,
Sed mente noſtrâ. *Efficiam vt me occidas.*
- Fiat Othrys pondus Encelado leue,

Mittatque quo nunc premitur in ſuperos onus.

Gigas rebellet in Iouem.

Sine hoſte vincor.

Ob peſtem occultam.

- Impendi. - Hei mihi!
In nulla vitam fata. *Ie meurs en poltron.*
Inuicta ſi me cadere fœmineâ manu
Voluere fata, perque tam turpes colos
Mea mors cucurrit, cadere potuiſſem, &c.
Iunonis odio: fœminæ caderent minis,
Sed cœlum habentis.

Hercules arte Dejaniræ moriens.

Adhuc furebas (*Iuno*) eſſe te Alcidæ imparem,
Victa es duobus. *Ab Hercule & Dejanira.*
Vbique me mors fugit, vt letho inclyto
Fortis carerem.

I'ay eu tant de belles occaſions de mourir.

Defecit ingens corpus, & peſti ſatis
Herculea non ſunt membra.
Proh! quantum eſt malum!
Quod eſſe magnum fateor. O vires priùs
In me ſepultæ!
Omne es malum, Nullúmque.

Sic Hercules de lue Neſſæa loquitur.

Nunc odia ponis (*Iuno*) pateris vbi votum eſt mori.
- Vindicem veſtrum malis
Eripite populi; tempus hoc vobis datur,
Penſate merita, mors erit pretium mihi.
Inuade mors non trepida, jam poſſum mori.

Sic Hercules mori volens.

- Contuli Cœlo decus;
Natura me concepit in laudes Iouis.

I'ay fait honneur à mon pere.

- Hanc laudem feram,

Quod nulla peſtis vicit Alcidem palam,
Omnemque peſtem vicit Alcides palam.
-Vultu quo tulit necem? R. quo nemo vitam.

Fortiter obijt.

- ſiue de mediâ voles
Auferre volucres nube, deſcendunt aues,
Et certa prædam tela de Cœlo ferunt.

Herculis ſagitta.

Deforme lethum, mater! Herculeum facis:
Depone lacrymas. *Non ſunt lugendi viri fortes.*
- Tam paruus cinis
Herculeus eſt? huc ille decreuit gigas!
-Ecce vix totam Hercules Impleuit vrnam.
- Leue eſt pondus mihi
Cui totus æther pondus incubuit leue.

Sic Alcmena tenens vrnam, in quâ cineres Herculis.

- Liberûm gregibus æquari meus
Quot ille poterat? Matribus miſeris adhuc
Exemplar ingens deerat, Alcmene dabit.

Sic Alcmena, mortuo filio Hercule.

EX OCTAVIA.

Nec fortunam capit ipſe ſuam.

Nero impotentiſſimus.

- Luce non gratâ fruor
Trepidante ſemper corde, non mortis metu,
Sed ſceleris: abſit crimen à fatis meis,
Mori iuuabit.

Timeo tantùm crimen, non mortem.

Collecta vitia per tot ætates diu
In nos redundant.

Nero ſcelerum omnium exemplar.

EX LVDO IN CLAVDIVM.

- Suum victrix augebat Cynthia regnum.

Breuiores erant hyemis dies.

- ſunt dulcia penſa,
Sponte ſuâ feſtinat opus.

Parcæ Claudij ſata texentes.

Deflete virum quo non alius
Potuit citiùs dicere cauſas
Vnâ tantùm parte auditâ
Sæpe & neutrâ.

Ridicula laus Claudij judicantis, quàm in eius funere occinebant inepti cauſidici.

EX EPIGRAMMATIS *apud Pithœum.*

De qualitate temporis.

Omnia mors poſcit, lex eſt non pœna perire;
Hic aliquo Mundus tempore nullus erit.

Omnia debent perire.

De Exilio ſuo.

Et gratare tibi, quod te natura ſupremo
Alluit Oceano, tardius iſta doles.

Corduba cùm diſcet exilium ſui Senecæ.

Hîc ſolùm hæc duo ſunt exul, & exilium.

Caret omnibus Corſica.

Criſpe, meæ vires, laſſarumque anchora rerum,
Naufragio littus, tutáque terra meo.
- Arx & tutiſſima nobis.

Præſidium meum, amicus Criſpus.

Res eſt ſacra miſer, noli mea tangere fata:
Sacrilegæ buſtis abſtinuere manus.

Noli afflictum affligere.

Inque tuam rabiem publica muſa furit.

Omnes Poetæ in te ſcribunt verſus.

Quare tolle jocos; non eſt jocus eſſe malignum;
Nunquam ſunt grati, qui nocuere ſales.

Iocus acerbus nunquam placet.

M. ANNÆVS LVCANVS.

Ex Libro I. Pharsalidos.

- Scelera iſta, nefaſque
Hac mercede placent. *Quod imperet Nero.*
- Summiſque negatum
Stare diu, nimióque graues ſub pondere lapſus, Nec ſe Roma ferens.
In ſe magna ruunt; lætis hunc numina rebus
Creſcendi poſuere modum.

Roma nimium potens.

Nulla fides regni ſociis, omniſque poteſtas
Impatiens conſortis erit.

Æmulatio inter Principes.

Paxque fuit non ſponte Ducum; nam ſola futuri
Craſſus erat belli medius mora.

Inter Cæſarem & Pompeium.

Nec quemquam jám ferre valet, Cæſarve priorem, Pompeiuſve parem.

Æmulatio inter duos æquales.

- Magno ſe iudice quiſque tuetur;
Victrix cauſa Deis placuit, ſed victa Catoni.

Catonis authoritas Deis æquanda.

Dedidicit iam pace Ducem.
- Iam magni nominis vmbra.

Pompeius à ſe deſciſcens.

Vt quercus trunco, non frondibus efficit vmbram. *Vetus arbor.*
- Gaudenſque viam feciſſe ruinâ.

Vn homme violent.

Fulgur
Dat ſtragem latè, ſparſóſque recolligit ignes.

Il repaſſe par où il a paſſé.

- Menſuráque juris
Vis erat. *Il n'y auoit plus de juſtice.*
- Vtendum eſt judice bello.
Les armes vuideront leur different.
- Gemitu ſic quiſque latenti,
Non auſus timuiſſe palam.
On n'oſoit dire ce qu'on penſoit.
- Tibi Roma ſubegerit Orbem.
Mundi Dominus, & Roma.
- partiri non potes Orbem,
Solus habere potes. *Tout ou rien.*
- Arma tenenti
Omnia dat, qui iuſta negat.
Nihil negandum armato.
Detrahimus dominos Vrbi ſeruire paratæ.
Pompeianos.
- Famæ majoris in amnem
Lapſus ad æquoreas nomen non pertulit vndas. *Minor fluuius cadens in majorem.*
Quàque jacet littus dubium, quod terra, fretumque
Vendicat alternis vicibus. *La greue de la mer.*
- Ruendi
In ferrum mens prona viris, animæque capaces
Mortis. *Galli bellicoſi.*
Felices errore ſuo, quos ille timorum
Maximus haud vrget lethi metus.
Credunt Metempſychoſim.
- Sic quiſque pauendo
Dat vires famæ, nullóque authore malorum,
Quæ finxere timent. *Timentes ſine cauſa.*
Naufragium ſibi quiſque facit..
Rapiendo tabulas ante naufragium.
In bellum fugitur.
Romani fugiunt, vt bellum parent.

O faciles dare ſumma Deos, eademque tenere
Difficiles! *De Pompeij fortuna.*
- Venia eſt tantorum danda pauorum,
Pompeïo fugiente timent.
Fugit Senatus cum Pompeio.
- pecudum faciles humana ad murmura linguæ. *Beſtia locuta.*
- Matremque ſuam conterruit infans.
Monſtroſi partus.
- Bellúmque ſine hoſte. *Ciuile bellum.*
EX LIBRO SECVNDO.
- Oculóſque in morte minaces.
Cæſarianorum cæſorum.
- Nulli geſtanda dabantur
Signa ducum, niſi qui ſcelerum jam fecerat vſum. Attuleratque in caſtra nefas.
Exercitus collectus ex perditis hominibus.
- Omnia paſſo
Quæ pejor fortuna poteſt, atque omnibus vſo.
Marius expertus vtramque fortunam.
- Dumque nimis jam putrida membra recidit,
Exceſſit medicina modum. *Syllana proſcriptio.*
Buſta repleta fugâ, permixtáque viua ſepultis
Corpora.
Metu proſcriptionis, multi latuerunt in ſepulchris.
- Mortéſque cruento
Victori rapuere ſuas. *Seſe occiderunt.*
- Æquatáque vulnera membris
Vidimus, & toto quamuis in corpore cæſo
Nil animæ lethale datum; morémque nefandæ
Dirum ſæuitiæ! pereunti parcere vitæ.
Les faire languir, & mourir lentement.
- Marij confundere vultum;
Vt ſcelus hoc Syllæ, cædéſq; oſtenſa placeret,
Agnoſcendus

Agnoſcendus erat. *Ferre caput integrum Marij.*
- peraguntque cadauera partem
Cædis, viua graues elidunt corpora trunci.
Obtriti multitudine.
- Nam ſanguinis alti
Vis ſibi fecit iter, campumque effuſa per omnem
Præcipitique ruens Tiberina ad flumina riuo,
Hærentes adjuuit aquas. *Magna cædes facta.*
- Felix his Sylla videri?
His potuit? *Tot cladibus?*
Nubes exſcendit Olympus
Pacem ſumma tenent.
Aſſurgit ſupra mediam aëris regionem.
- Alios fœcũnda penates
Impletura datur.
Ducitur vxor ex alio prægnans.
Non ſibi, ſed toti genitum ſe credere mundo.
Cato.
- Venerisque huic maximus vſus
Progenies, Vrbi pater eſt, Vrbique maritus.
Vxorem duxit tantùm ad liberos.
In commune bonus, nulloſque Catonis in actus
Subrepſit, partemque tulit ſibi nata voluptas.
Amans patriæ, non ſui, Cato.
Quoque magis nullum tellus ſe ſoluit in amnem Eridanus -
Magnus fluuius Padus multos fluuios recipit.
- Scythicas exit non ſolus in vndas.
Iſter multis receptis fluuiis.
- Lacinia rupes
Longior Italiâ, donec confinia Pontus
Solueret incumbens, terraſque repelleret æquor.

Lacinium vltimum Italiæ Promontorium.

-Nullas niſi ſanguine fuſo
Gaudet habere vias-
Atque ipſum ni perdat iter.

Cæſar omnia deſtruens.

Non tam portus intrare patentes,
Quàm fregiſſe juuat. *Idem.*
Conceſsâ pudet ire viâ, ciuemque videri.

Idem.

Quamuis icta nouo, ventum tenuere priorem
Æquora. *Mare duobus ventis agitatum.*
-- Victoria nobis
Hîc primùm ſtans Cæſar erit.

Impediendus Cæſar ne pergat.

Aſcendi, ſupraque nihil niſi regna reliqui.

Ita Cæſar.

Quid ſocero bellum præter ciuile reliquit?

Pompeius confecit omnia bella.

Hinc illinc rupes ſcopuloſæ rupis aperto
Oppoſuit natura mari, flatuſque remouit,
Vt tremulo ſtarent contentæ fune carinæ.

Portus optimus.

Ipſa caput Mundi bellorum maxima merces,
Roma capi facilis. *A Cæſare Roma occupata.*
-Quamuis poſſederit omnem
Italiam, extremo ſedeat qnod littore Magnus,
Communem tamen eſſe dolet.

Pompeium Cæſar expellit Brunduſio.

Heu pudor! exigua eſt fugiens victoria Magnus.
-Laſſata triumphis
Deſtituit fortuna tuis. *Pompeius decreſcit.*
Vadis adhuc ingens populis comitantibus exul. *Pompeius fugiens.*

EX LIBRO TERTIO.

Quantùm deêſſe ſolet Lunæ dum plena futura,

Vel jam plena fuit. *Preſque pleine.*
- Semperque laborant
Æquora, ne rupti rapiant confinia montes.
Fretum Siculum.
- Agmina victor
Non armata trahens, ſed pacis habentia vul-
tum.
Il ne marche point comme ennemy, mais amy.
Omnia Cæſar erat. *Conſul, Prætor, &c.*
- Plura jubere
Erubuit, quàm Roma pati.
Roma penitus Cæſari ſubjecta.
- Dignum te Cæſaris ira,
Nullus honor faciet.
Ita Conſulem ſpernit Cæſar.
Pauperiorq; fuit tunc primùm Cæſare Roma.
Qui ærarium rapuit.
- Quanta eſt gloria genti
Injeciſſe manum fatis, vitæque repletos
Quod supereſt dona eſſe Deis.
Brachmanes ſe comburunt viuos.
Ignotum vobis Arabes veniſtis in Orbem
Vmbras mirati nemorum non ire ſiniſtras.
*Tranſiſtis ex Arabiâ Felice in Africam Pro-
priam; ex Amphiſciis facti Heteroſcij.*
Pugnaces dubium Parthi tenuere fauorem,
Contenti feciſſe duos. *Suſtuliſſe Craſſum.*
- Dignas funere Magni
Exequias fortuna dedit. *Tot cæſis populis.*
Acciperet felix ne non ſemel omnia Cæſar,
Vincendũ pariter Pharſalia præſtitit Orbem.
Ex pugna Pharſalica Cæſar dominus factus eſt.
Phocaïs in dubiis auſa eſt ſeruare juuentus
Non Graiâ leuitate fidem, ſignatáque jura,
Et cauſas, non fata ſequi.

Græcia adhæſit Pompeio.

Sic hoſtes mihi deeſſe nocet, damnumque putamus
Armorum, niſi qui vinci potuere, rebellent.

Optat bellorum cauſam.

Arboribus ſuus horror ineſt. *Ob vetuſtatem.*
- Tantùm miſeris iraſci numina poſſunt.

Vt nihil timeant.

Sed pandens perque arma viam, perque arma, relictâ
Morte fugit, ſupereſt telo poſt vulnera curſus.

Le trait luy paſſe au trauers du corps, & va au delà.

- Matutinos ſpargens ſuper æquora Phœbus,
Fregit aquis radios. *Manè.*
Hauſeruntque ſuo permixtum ſanguine pontum. *Hauſti fluctibus in certamine.*
Terga ſimul pariter miſſis, & pectora telis
Tranſigitur, medio concurrit pectore ferrum,
Et ſtetit incertus flueret quo vulnere ſanguis,
Donec vtraſque ſimul largus cruor expulit haſtas,
Diuiſitq; animam ſparſitq; in vulnera lethum.

Miles ſimul in tergo, & pectore vulneratus telis.

- Vnumque relictum
Agnôrunt miſeri ſublato errore parentes
Æternis cauſam lacrymis: tenet ille dolorem
Semper, & amiſſum fratrem lugentibus offert.

Fratres ſimillimi, quorum vnus cæſus.

- Illa tamen niſu quo prenderat hæſit,
Diriguitque tenens ſtrictis immortua neruis.

Manus amputata hærens.

-- Vulnere multo
Effugientem animam laſſos collegit in artus.

Miles fortiter moriturus acceptis vulneribus.

Inſiluit ſolo nociturus pondere puppim.

Grandis miles.

Nullius vita- Eſt tantâ dimiſſa viâ.

Grande vulnus.

- Quà pulmo jacet, quà viſcera feruent,
Hæterunt ibi fata diu, luctatáque multùm
Hac cum parte viri, vix omnia membra tulerunt. *Pectus erat adhuc integrum.*

Brachia linquentes Graiâ pendentia puppe
A manibus cecidere ſuis.

Amputantur manus tenentes nauim.

In pugnam fregere rates.

Vt haberent vnde pugnarent.

Hi ne mergantur tabulis ardentibus hærent
Mille modos inter lethi, mors vna timori eſt,
Quâ cœpere mori.

Timent duntaxat naufragium

- Implicitis gaudent ſubſidere membris
Mergenteſque mori. *Ils ſe noyent l'vn l'autre.*

- Stat lumine rapto
Attonitus, mortiſque illas putat eſſe tenebras.

Pugnans miles oculos amittit.

Cæcâ -Tela manu ſed non tamen irrita jactat.

Cæcus miles.

-- Aliæ mutato remige puppes
Victores vexere ſuos.

Data remigibus libertate, & captis eorum loco ſubſtitutis.

- Miſeri de corpore trunco
Certauere patres. *Quia vultus confuſus erat.*

EX LIBRO QVARTO.

-- Cæſar
Martem ſæuus agit non multá cæde nocentem.

Fame, & ſiti.

-- Concordia duxit in æquas
Imperium commune vias.

Qu'ils commanderoient chacun à ſon tour.

Saxeus ingenti quem Pons amplectitur arcu,
Hibernas paſſurus aquas.

Pons extra alueum fluuij.

-- Tellus campos effuſa patentes
Vix oculo prendente modum.

Immenſa planities.

-- Vetitus fluctus & littora curſu
Oceano pepuliſſe ſuo; nam gurgite mixto
Qui præſtat terris, aufert tibi nomen Iberus.

Sicoris fluuius in Iberum cadens.

-- patriæque, & ruptis legibus vnum
Donauere diem.

Induciæ in vnum diem inter Cæſarem, & Afranium.

Vrebant montana niues, campoſque jacentes
Non duraturæ conſpecto Sole pruïnæ.

Des frimats.

Cynthia quo primùm cornu dubitanda reful-
ſit. *Nouâ Lunâ.*

-- Nec ſeruant fulmina flammas
Quamuis crebra micent; moriuntur fulmina
nimbis. *Bruta fulmina. Sans carreau.*

Non habet vnda vias, tam largas alueus omnis
A ripis accepit aquas. *Fluuius exundans.*

-- Nulloque obſeſſus ab hoſte
Miles eget, toto cenſu non prodigus emit
Exiguam cererem.

Cæſariani impediti fluuio exundante.

Vtque habuit ripas Sicoris, campoſq; reliquit.

Vbi ceſſauit inundatio.

-- Ne quid Sicoris repetitis audeat vndis,
Spargitur in ſulcos.

Dat pœnas majoris aquæ.

Diuiditur in multos alueos.

- Semper in arma
Martis amore feri. *Luſitani.*

Vſque adeone times, quem tu facis ipſe timendum? *Ita milites Cæſaris, de Cæſare.*

Vtque habeat famulos, &c.
Exorandus erit Cæſar.

Duriter alloquens milites Cæſar.

Nunquam noſtra ſalus pretium, merceſque nefandæ Proditionis erit.

Faire vne trahiſon pour ſauuer ſa vie.

Manſuêuere feræ, & vultus poſuere minaces
Atque hominem didicere pati.

Cicurare feram.

- Animoſque labantes
Confirmant ictu. *Incaleſcunt furiendo.*

- Miles non vtile clauſis
Auxilium mactauit equos.

Veſcuntur equorum carnibus.

Saucia majores animos in pectora geſtant,
Dum dolor eſt, ictuſque recens, & mobile neruis
Conamen calidus præbet cruor, oſſaque nondum
Adduxere cutem. *Recenti vulnere.*

- Cadit omnis in hauſtus
Certatim obſcœnos miles, morienſque recepit,
Quas nollet victurus aquas.

Aquam turbidam morituri bibunt.

- Nulloque humore rigatus
Aëris alternos anguſtat pulmo meatus.

Sitis ingens.

- Nos denique bellum
Inuenit ciuile duces.

Ante bellum inchoatum imperabamus.
- Nec creditur vlli
Sylua cani, niſi qui preſſo veſtigia roſtro
Colligit, & prædâ neſcit latrare repertâ,
Contentus tremulo monſtrare cubilia loro.
Vn chien couchant.
- Non cogitur vllus
Velle mori. *Sponte ſe occidunt.*
- Timeatque furentes,
Et morti faciles animos. *Deſperatos.*
Ipſáq; inexpertis, quod primùm fecerat herbis
Expauit Medea nefas.
Miratur vim ſui veneficij Maga.
- Nec quemquam dextra fefellit,
Cùm feriat, moriente manu.
Mutuis vulneribus ſe conficiunt.
- pietas ferientibus vna,
Non repetîſſe fuit. *Tuer tout d'vn coup.*
Miranturque habuiſſe parem; nec viribus vti
Alcides primo voluit certamine totis;
Exhauſitque virum. *Y employer toutes ſes forces.*
- Medium compreſſis ilibus arctat,
Inguináque inſertis pedibus diſtendit, & omnem
Explicuit per membra virum. *Luctæ deſcriptio.*
- Telluris viribus ille,
Ille ſuis; nunquam ſæuæ ſperare nouercæ.
Iunoni.
Plus licuit. *In luctâ Herculis & Antæi.*
- Terráque viro luctante laborat.
Accipit Antæus è terra vires.
- Nec fuſior vlli
Terra fuit domino. *Vn plus grand terrien.*
Dum Regnum te Roma facit.
Curio fauens Cæſari.

Audendo magnus tegitur timor.

Celant timorem audaciâ.

Non timidi petiere fugam, non prælia fortes.

Vndique incluſi.

Siccaque ſanguineis dureſcit ſpuma lupatis;
Vulneribus coguntur equi. *Equi in prælio feſſi.*
- Compreſſum turbâ ſtetit omne cadaver.

Milites vndecumque preſſi.

Impiger ad lethum, & fortis virtute coactâ.

Fait de neceſſité vertu.

Momentumque fuit mutatus Curio rerum.
Sylla, Marius, &c. emere omnes hîc vendidit vrbem. *Curio Romam vendidit Cæſari.*

Ex Libro qvinto.

- Docuit venerabilis Ordo,
Non Magni partes, ſed Magnum in partibus eſſe. *Pompeium pugnare pro patria.*
Curio Cæſarei cecidit pars magna Senatus.

Pauci à Cæſare Senatores.

Hoc ſolùm fluctu terras mergente cacumen
Eminuit, pontóque fuit diſcrimen, & aſtris.
Parnaſſus mons, tempore diluuij Deucalionæi.
Vt vidit Pæan vaſtos telluris hiatus
Diuinam ſpirare fidem, ventóſque loquaces
Exhalare ſolum. *Locum aptum eſſe oraculis.*
Siue canit fatum, ſeu quod jubet ille canendo
Fit fatum. *Quod præcinuere Dæmones.*
Numinis aut pœna eſt mors immatura recepti,
Aut pretium. *Pythoniſſæ diu non viuunt.*
- Nec tantùm prodere vati,
Quantùm ſcire licet.

Elle n'oſe dire tout ce qu'elle ſçait.

- Nec cuncta locuta,
Quem non emiſit ſupereſt Deus.

Aliqua tacet.

Tot raptis truncus manibus, gladioq; relictus
Pæne ſuo. *Cæſar deſertus à ſuis.*
- Totóque exercitus Orbe
Te vincente perit.
Tibi emimus imperium, Cæſar.
Imus in omne nefas, manibus ferróque nocentes; Paupertate pij.
Nous ne gagnons rien en cette guerre.
Vſus abit vitæ, bellis conſumpſimus æuum,
Ad mortem dimitte ſenes. *Petimus miſſionem.*
Atque oculos morti clauſuram quærere dextram: -Vnique paratum ſcire rogum.
Moriamur domi.
- Rheni mihi Cæſar in vndis
Dux erat, hîc ſocius: facinus quos inquinat, æquat. *Bellum ciuile nos æquauit Cæſari.*
- Irato milite, Cæſar Pax erit.
Il ſera obligé de faire la paix.
- Quidquid gerimus fortuna vocatur;
Nos fatum ſciat eſſe ſuum.
Facimus Cæſarem magnum.
- Metuitque timeri,
Non metuens. *Cæſar inter ſuos tumultuantes.*
Inuenient hæc arma manus, vobiſque repulſis,
Tot reddet fortuna viros, quot tela vacabunt.
Cæſar ad ſuos petentes miſſionem.
Vos deſpecta ſenes, exhauſtáq; ſanguine turba
Cernetis noſtros, jam plebs Romana triumphos. *Facibus populi annumerati ciues.*
- Tremuit ſæua ſub voce minantis
Vulgus iners, vnumque caput tam magna juuentus Priuatum factura timet-
Quem poterat exautorare, timet.
Decantatque Tribus, & vanâ verſat in vrnâ.
Fingit ſe ſeruare morem in Magiſtratibus creandis.

Nec cælum ſeruare licet, tonat Augure ſurdo,
Et lætæ jurantur aues, bubone ſiniſtro.

Aruſpices ad mentem Cæſaris ſua aptant auguria.

Sæua quies pelagi, mœſtóque ignaua profundo
Stagna jacentis aquæ.
Naufragij ſpes omnis abit.
- Ad Cæſaris arma juuentus
Naufragio veniſſe volet.

Malacia, ſeu nimia maris tranquillitas.

- Cunctiſque relictis
Sola placet fortuna comes.

Ceſar s'embarque tout ſeul.

- Fauillæ
Scintillam tenuem commotos pauit in ignes.

Il allume du feu.

Securus belli prædam ciuilibus armis
Scit non eſſe caſam. O vitæ tuta facultas
Pauperis, anguſtique lares!

Qu'il fait bon eſtre pauure durant la guerre!

Deſperare viam, & vetitos conuertere curſus
Sola ſalus.

Nous ſommes perdus, ſi nous ne retournons.

- cum littora Thetis.
Noluit vlla pati, Cælo contenta teneri.

En pleine mer.

- pelagus non celat arenam
Exhauſtum in cumulos, omniſque in fluctibus vnda eſt. *In atroci tempeſtate.*
- Superi lacerum retinete cadauer
Fluctibus in mediis; deſint mihi buſta, roguſq;
Dum metuar ſemper, terrâque expecter ab omni.

Moriar naufragus, modò id omnes lateat, ait Cæſar.

Cùm tot in hac animâ populorum vita, ſaluſque
Pendeat, & tantus caput hoc ſibi fecerit Orbis,
Sæuitia eſt voluiſſe mori.

Cæſar naufragio ſe exponens.

Nec dominus rerum, nec felix naufragus eſſet.

Si tunc Cæſar perijſſet.

- Dubium, trepidumque ad prælia Magne
Te quoque fecit amor, quod nolles ſtare ſub ictu
Fortunæ, quo mundus erat, Romanáque fata,
Conjux ſola fuit.

Cornelia vxor Pompeij, maritum reuocabat.

- Deſiſte preces tentare, negaui
Iam mihi. *Sic Pompeius ad vxorem.*

- Procul fortuna mariti
Non totâ te mole premat -

Remouet vxorem Pompeïus.

Præcipitantque ſuos luctus, neuterque recedens
Suſtinuit dixiſſe vale. *Vir & vxor.*

Non juuat in toto corpus jactare cubili;
Seruatur pars illa thori; caruiſſe timebat
Pompeio. *Cornelia abſente marito.*

Ex Libro sexto.

- Placet alea fati
Alterutrum merſura caput -

Pharſalica pugna.

Explicuit turmas, & ſigna minantia pugnam,
Teſtatus nunquam Latiæ ſe deêſſe ruinæ.

Cæſar ter petiit pugnam.

Sed munimen habet nullo quaſſabile ferro,
Naturam, ſedemque loci-
Exiguo debet quod non eſt inſula colli.

Iſthmus Corinthiacus.

Nec medij dirimunt morbi vitámque necémque, Sed langor cum morte venit.
Il meurt ſans eſtre malade.
- Nondum ſurgentibus altam
In cererem culmis cernit miſerabile vulgus
In pecudum cecidiſſe cibos.
Frumentum in herbâ comedunt.
Quæ mollire queunt flammis, quæ frangere morſu,
Quæque per abraſas vtero demittere fauces.
Fame vrgente vorant omnia.
- Pauor attonitos confecerat hoſtes,
Quod ſolùm valuit virtus, jacuere perempti,
Debuerant quo ſtare loco. *Ex timore mortui.*
- Peterem felicior vmbras
Cæſaris in vultu; teſtem hunc fortuna negauit,
Pompeo laudante cadam-
Ita Scæua Cæſaris miles.
Miranteſque virum, atque auidi ſpectare ſequuntur
Sciturí iuuenes, numero deprenſa locoque,
An pluſquam mortem virtus daret.
Scæua omnia ſpernens pericula.
- Subeuntes obruit hoſtes
Corporibus, totæque viro dant tela ruinæ.
Impedit hoſtes potiri caſtris.
Mucro-
Percuſſum Scæuæ frangit, non vulnerat hoſtẽ:
Perdidit enſis opus, frangit ſine vulnere membra. *Hebetatus gladius.*
Parque nouum fortuna videt concurrere bellum, Atque virum.
Vnus Scæua omnibus reſiſtens.
- Telúmque ſuo cum lumine calcat,
Reuellit telum ex oculo.

Infelix quantâ dominum virtute paraſti!
Roma, virtute Scæuæ.
- Hic rura colonis
Accedunt donante Pado.
Padus nouos agros efficit.
- Semperque dolebit
Quod ſcelerum prodeſt, Cæſar! tibi ſumma tuorum,
Cum genero certaſſe pio.
Pompeïus potuit Cæſarem debellare.
Ah! potiùs ne quid bello patiaris in iſto,
Te Cæſar putet eſſe ſuam.
Sic Pompeius Romam piè alloquuntur.
- Maturato præſcindit Veſpere lucem.
Pindus mons editiſſimus.
- Stagnúmque implentibus vnum
Creſcere curſus erat. *Fluuij retenti molibus.*
- Quiſquis pelago per ſe non cognitus amnis
Peneo donauit aquas.
Fluuij cadentes in Peneum fluuium.
- Nunquamque celer niſi mixtus Enipeus.
Tardus cadens in fluuium rapidum.
Aurumque moneta Fregit.
Percuſſit nummos.
Sideribuſque vias incumbens abſtulit Oeta.
Mons excelſus.
- Vbi plurima ſurgunt
Vim factura Deis. *Theſſalia vbi magica herba.*
Carmine Theſſalico dura in præcordia fluxit
Non fatis adductus amor; flammiſque ſeueri
Illicitis arſere ſenes. *Philtra.*
Et tonat ignaro Cælum Ioue.
Fulmina carmine procurata.
- De rupe pependit
Abſciſſâ fixus torrens, amniſque cucurrit

Non quâ pronus erat.
Carmine ſiſtunt fluuios Magæ.
Omne potens animal lethi, genitúmque nocere. *Venenatum.*
Quis labor hîc ſuperis cantus, herbáſque ſequendi
Spernendique timor? Cuius commercia pacti
Obſtrictos habuere Deos? parere neceſſe eſt,
An juuat.
- An habent hæc carmina certum
Imperioſa Deum, qui Mundum cogere, quidquid Cogitur ipſe poteſt-
Vis incantationum.
- Peruerſâ funera pompâ
Extulit è tumulis, fugêre cadauera lethum.
Suſcitare mortuos.
Vulnere ſi ventris, non quà natura vocabat,
Extrahitur partus. *Scindere vterum prægnanti.*
Ipſa facit manes hominum, mors omnis in vſu eſt. *Venefica mulier.*
- Magni chariſſima proles,
Vel Dominus rerum, vel tanti funeris hæres.
Filius Pompei victoris, aut victi.
- Medios vebis abrumpimus annos.
Magiâ necamus homines.
- Spuma canum, quibus vnda timori eſt.
Canis rabida.
Anguis, vndæ, fulguris, &c.
Tot rerum vox vna fuit.
Fingit vocem ex omnibus hiſce ſonis conflatam.
Ah miſer! extremum cui mortis munus iniquæ
Eripitur, non poſſe mori.
Cadauer veneficio excitatum.
- Noua deſuetis ſubrepens vita medullis,
Miſcetur morti.

- Nondum facies viuentis in illo,
Iam morientis erat, remanet pallorque rigorque, Et ſtupet illatus Mundo-
- Vox illi linguáque tantùm
Reſponſura datur.

Excitatur à mortuis cadauer.

Europam miſeri, Libyámque, Aſiámque tenere,
Diſtribuit tumulos veſtris fortuna triumphis.

Pompeius in Ægypto & Africa, alter filiorum ad Mundam in Europâ, Sextus in Aſiâ cecidere, ac tumulati ſunt.

- nequeunt animum ſibi reddere fata,
Conſumpto jam jure ſemel.

Non poteſt mori, carmine excitatus homo.

EX LIBRO SEPTIMO.

Signa petit pugnæ miſeri pars maxima vulgi
Non totum viſura diem.

Cadenda in acie Pharſalica.

- Segnis pauidúſque vocatur,
Et nimium patiens ſoceri Pompeius, & Orbis
Indulgens regno- -Pompeium vincere lentè
Gentibus indignum eſt, à tranſcurrente ſubactis.

His verbis accenditur ad pugnam Pompeius.

Scire Senatus auet miles te Magne ſequatur,
An comes? *Vtrum pro patria, an pro te pugnes?*
-Votumque effecimus hoſti,
Vt mallet ſterni gladiis. *Fame domuimus.*
- Multos in ſumma pericula miſit
Venturi timor ipſe mali.

Non pugnandum cum deſperatis.

- Fortiſſimus ille eſt
Qui promptus metuenda pati, ſi cominus inſtent,

Et differre poteſt.

Magnanimitas in patiendo ſita.

Pompeij nec crimen erit, nec gloria bellum.

Ie ne m'en meſleray point.

- Multorum pallor in ore
Mortis venturæ eſt, facieſque ſimillima letho.

Pall:nt ante pugnam.

- Sua quiſque pericula neſcit,
Attonitus majore metu.

Pro patria libertate pugnaturi.

O ſummos hominum! quorum fortuna per Orbem
Signa dedit, quorū fatis Cælum omne vacauit.

Ob ſigna præcedentia pugnam Pharſalicam.

Eripe victori gentes, & ſanguine Mundi
Fuſo, Magne ſemel totos conſume triumphos.

In pugna Pharſalica commiſſa gentes omnes.

Hæc acies victum factura nocentem.

Victus damnabitur.

- Primo ferri motu proſternite Mundum,
Sitque palam, quas tot duxit Pompeius in Vrbem
Curribus, vnius gentes non eſſe triumphi.

Cæſar vincendo Pompeium, vicit totum Orbem.

Toto ſimul vtimur Orbe.

Pompeianus exercitus.

- Toto populi qui naſcimur Orbe
Nec vrbes implere viris, nec poſſumus agros.

Ob bella ciuilia.

- Stat tectis putris auitis
In nullos ruitura domus, nulloque frequentem
Ciue ſuo Romam, ſed Mundi fæce repletam
Cladis eò dedimus, ne tanto in tempore bellū
Iam poſſet ciuile geri.

Bellum Pompeianum multos abſumpſit.

- Populoſque, Duceſque, &c.
- Per quos tibi Roma cadenti
Oſtendat, quàm magna cadas.

Magnitudo cladis Pharſalicæ.

Vt tibi nox, tibi tota dies, tibi curreret orbis,
Omniaque errantes ſtellæ Romana viderent.

Roma Orbis Domina.

Illic quiſque ſuo miſcet gens prælia telo;
Romanus cunctis petitur cruor.

In acie Pharſalicâ.

Noxque ſuper campos telis conſerta pependit.

Vne nuée de fléches.

Galli, Iberi, Cilices, &c.
Nam poſt ciuilia bella,
Hic Populus Romanus erit.

Ciuitate Romana donabuntur.

- Monſtratque Senatum,
Scit cruor Imperij, qui ſit:
Vnde petat Romam, libertas vltima Mundi
Quo ſteterit ferienda loco.

Cæſar oſtendit, qui cadendi ſint.

- Nunc mille in vulnera læſus
Labitur, & veniâ gaudet caruiſſe ſecundâ.

Domitius, cui Cæſar pepercerat ad Corfinium.

Quis ſteterit dum membra cadunt.

Mutilatus miles.

- Nulloſque hominum lugere vacamus;
Non iſtas habuit pugnæ Pharſalia partes,
Quas aliæ clades; illic per fata virorum,
Per populos hic Roma cadit; quod militis illic,
Mors hic gentis erat.

Magnitudo cladis Pharſalicæ.

- Plus eſt quàm vita, ſaluſque
Quod perit, in totum Mundi proſternimur
æuum. *Nunquam libertas reſurget.*

- Aut quid meruere nepotes. In Regnum naſci?
- Alieni pœna timoris
In noſtra ceruice ſedet; poſt prælia natis
Si Dominum fortuna dabas, & bella dediſſes.

Non poſſumus excutere jugum ciuili bello.

Tot telis ſua fata peti, tot corpora fuſa,
Ac ſe tam multo pereuntem ſanguine vidit.

Victus Pompeius.

Sed timuit ſtrato miles ne corpore Magni
Non fugeret, ſupraque Ducem procumberet Orbis.

Milites Pompeium compulerunt ad fugam.

- Saluâque verendus
Majeſtate dolor, qualem te Magne decebat
Romanis præſtare malis. *Conſtantia Pompeij.*
Quis fueris nunc ſcire licet.
Tam mala Pompeij, quam proſpera Mundus adoret. *Pompeius miſer colitur.*
Aſpice poſſeſſas vrbes, donataque regna
Ægyptum, Libyamque & terras elige morti.

Pompeius fugiens.

Tunc tibi vera fides quæſiti, Magne, fauoris
Contigit ac fructus; felix ſe neſcit amari.

Pompeio miſero fauent omnes.

- Viles animas perituraque fruſtra
Agmina permiſit vitæ. *Pepercit multitudini.*
Dum fortuna calet, dum conficit omnia victor. *Pourſuiure ſa victoire.*
- Quæ foſſa? quis agger
Suſtineat pretium belli, ſcelerumque petentes?
Scire volũt, quantâ fuerint mercede nocentes.

Cæſariani inuadentes caſtra Pompeij.

- Iuuat Emathiam non cernere terram,
Et luſtrare oculis campos ſub clade latentes.

Theſſaliam obductam cadaueribus.

At ne læta furens ſcelerum ſpectacula perdat,
Inuidet igne rogi miſeris, Cæloque ſuperbus
Ingerit Emathiam.

Relinquit inſepulta cadauera Cæſar.

- Capit omnia tellus
Quæ genuit, Cælo tegitur, qui non habet vrnam. *Non multùm curanda ſepultura.*

Sic quoq; non omnis populus peruenit ad oſſa,
Inque feras diſcerptus abit; non intima curant
Viſcera, nec totas auidè ſorbere medullas;
Deguſtant artus, Latiæ pars maxima turbæ
Faſtidita jacet, quam Sol, nimbique, dieſque
Longior Emathiis reſolutam miſcuit aruis.

Putreſcunt corpora inſepulta Romanorum.

Romani buſtum populi. *Theſſalia.*

EX LIBRO OCTAVO.

Nondum vile ſui pretium ſcit ſanguinis eſſe;
Seque memor fati tantæ mercedis habere
Credit adhuc jugulum, quantùm pro Cæſaris ipſe Auulsâ ceruice daret.

Timet Pompeius ne cędatur.

- Cladiſque ſuæ vix ipſe fidelis
Author erat.

Viſus Pompeius victus, vix credebatur.

Mallet & obſcuro tutus tranſire per Orbem
Nomine: ſed longi pœnas fortuna fauoris
Exigit à miſero.

Pompeius volens latere, non poteſt.

Dedecori eſt fortuna prior: quiſquamne ſecundis
Tradere ſe fatis audet, niſi morte paratâ?

Propter incertos fortunę caſus.

- Diuque Spe mortis decepta jacet.

Iacet exanimis Cornelia.

Vnica materia eſt conjux miſer

- Et ipſum   Quod ſum victus ama-
Incipe Magnum   Sola ſequi
Tu nulla tuliſti
Bello damna meo; viuit poſt prælia Magnus,
Sed fortuna perit; quod defles illud amaſti?

Pompeius ad Corneliam conjugem inconſolabiliter lugentem.

Cur impia nupſi?
Si miſerum factura fui.

Si cauſa ſum malorum Pompeij.

- Tota quantùm valet vtere Leſbo.

Ita Lesbij ad Pompeium.

- Sed jam ſatis eſt feciſſe nocentes.

Ita Pompeius Lesbiis.

Abſtulerat Magno Reges fortuna miniſtros;
Exul habet comites.

Pompeius habuit Reges in caſtris, & in fuga.

Medorum penetrare domos, Scythicoſque receſſus,
Et totum mutare diem.   *Procul fugere.*
Zeugmaque Pellęum Pompeio vincite Parthi;
Vinci Roma voles. *Fauete Pompeio Parthi.*
- Comites bellique fugæque,
Atque inſtar patriæ.

Sequuntur patriam amantes, Pompeium.

- An Libycæ Marium potuere ruïnæ
Erigere in faſces, & plenis reddere faſtis.

Ex infælicitate & exilio ad Conſulatum.

-- Sparſit potiùs Pharſalia noſtras,
Quàm ſubuertit opes.
- Sed me vel ſola tueri
Fama poteſt rerum -
Et nomen quod mundus amat -

Ita Pompeius excitat ſuos.

- Saturantur tela veneno,

Vulnera parua nocent, fatumque in ſanguine ſummo eſt. *Venenata tela.*

- Non regna rogabo. Quæ feci-

Ægypti Regem, quem creaui.

- Totam conſumere gentem. *Parthorum.*

Et noſtris miſcere malis:

- Aut - me fortuna neceſſe

Vindicet, aut Craſſum.

Si vincant, me; ſi vincantur Parthi Craſſum vindicabunt.

Se ſimul & Romam Pompeio ſupplice menſus.

Rex Parthorum ſuperbus, orante Pompeio.

- Solatia tanti

Perdit Roma mali, nullos admittere Reges,

Sed ciui ſeruire ſuo.

Cęſarem Principem agnoſcere.

- Nulli ſuperabilis hoſti,

Libertate fugæ. *Parthus dum fugit inuictus.*

- Parthoque ſequente

Murus erit, quodcumq; poteſt obſtare ſagittæ.

Pugna leuis, bellumque fugax, turmæque vagantes,

Et melior ceſſiſſe loco, quàm pellere miles.

Pugna Parthorum.

- Mors vltima pœna eſt

Non metuenda viris.

Viri fortes mortem non timent.

- Tot fœmineis complexibus vnum

Non laſſat nox tota marem.

Rex Parthorum impudicus.

- Cui fas implere parentem.

Miſceri cum Matre.

Terra ſuis contenta bonis, non indiga mercis,

Aut Iouis, in ſolo tanta eſt fiducia Nilo.

In Ægyptio non pluit, & ipſa nulla re eget.

Tempus erat quo Libra pares examinat horas,
Non vnâ plus æqua die, noctique rependit
Lux minor hibernæ verni ſolatia damni.

Æquinoctium Autumnale.

Ius & fas multos faciunt, Ptolemæe nocentes.
Dat pœnas laudata fides, quos ſuſtinet &c.
Quos fortuna premit.
- ſidera terrâ
Vt diſtant, & flamma mari, ſic vtile juſto.

Photinus ad Ptolemæum ne Pompeium ſuſcipiat.

- Facere omnia ſæuè,
Non impunè licet. *Tutiùs illum interimere.*
- Quærit Cum quâ gente cadat -
Sollicitat noſtrum, quem nondum perdidit, Orbem.

Pompeius victus vult nos ſecum perdere.

Hæc placuit tellus in quam Pharſalica fata
Conferres, pœnaſque tuas; jam crimen habemus
Purgandum gladio, quod nobis ſceptra Senatus Te ſuadente dedit.

Pompeius Ægypti Regnum detulerat Ptolemæo.

Tu Ptolemæe potes Magni fulcire ruinam,
Sub quo Roma cadit?
Pompeij nunc caſtra placent, quæ deſerit Orbis? *Non potes prodeſſe Pompeio.*
- Iam jure ſine vllo
Nili ſceptra tenes, cecidit ciuilibus armis,
Qui tibi ſceptra dedit.

Victus deſiit Magnus eſſe.

- In hac ceruice Tyranni
Explorate fidem. *Ita Pompeius ad ſuos.*
Pellæuſque puer gladio tibi Magne recidit
Colla tuo. *Quia eum feceras Regem.*
- Phariamque ingreſſus in alnum

Perdiderat jam jura ſui.

Pompeius ingreſſus in Ægyptiam cymbam.

- vt vidit cominus enſes,
Inuoluit vultus, atque indignatus apertum
Fortunæ præbere latus - - lumina preſſit
Continuitque animam, ne quas effundere voces
Poſſet, & æternam fletu corrumpere vitam.
- Nullo gemitu conſenſit in ictum,
Deſpexitque nefas, ſeruatq; immobile corpus,
Seque probat moriens. *Pompeius moriturus.*
Talis cuſtodia Magno
Mentis erat: jus hoc animi morientis habebat. *Sui compos moritur Pompeius.*
Dum viuunt vultus, atque os in murmura pulſant
Singultus animæ. *Recens amputatum caput.*
Pompeiuſque fuit qui nunquam mixta videret
Læta bonis: felix nullo turbante Deorum,
Et nullo parcente miſer.

Pompeius ſemper feliciſſimus, aut infeliciſſimus.

- Semel impulit illum
Dilata fortuna manu.

Elatus vt magis deprimeretur.

Pompeio raptim tumulum fortuna parauit,
Ne jaceat nullo, vel ne meliore ſepulchro.

E ſcaphâ naufragâ Pompeij rogus.

- Lentum Magnus diſtillat in ignem,
Tabe fouens buſtum. *Rogus exiguus Pompeis.*
- Ne leuis aura retectos
Auferret cineres, ſaxo compreſſit arenam.

Tumulus Pompeij.

- Romanum nomen, & omne
Imperium, Magno eſt tumuli modus. *Idem.*
- Ter curribus actis
Contentum,

Contentum, patriæ multos donaſſe triumphos.
Plures triumphos meruit, tres tantùm egit.
Haud procul eſt imâ Pompeii nomen arenâ
Depreſſum tumulo, quod non legat aduena rectus,
Quod niſi monſtratum Romanus tranſeat hoſpes. *Paruus Pompeij tumulus.*
- Nil iſta nocebunt
Famæ buſta tuæ; templis auróque ſepultus
Vilior vmbra fores, nunc eſt pro numine ſummo Hoc tumulo fortuna jacens.
Pompeius vili tumulo honoratus.
- Buſtumque cadet, mortiſque peribunt
Argumenta tuæ: veniet felicior ætas
Quâ ſit nulla fides ſaxum monſtrantibus ipſum;
Atque erit Ægyptus populis fortaſſe nepotum
Tam mendax Magni tumulo, quàm Creta Tonantis. *Pompeius fiet aliquando Deus.*

EX LIBRO NONO.

Nec regnum cupiens geſſit ciuilia bella,
Nec ſeruire timens; nil causâ fecit in armis
Ipſe ſuâ; totæ poſt Magni funera partes
Libertatis erant. *Cato.*
Oſtenditque rogum non juſti flamma ſepulchri. *Rogus paruus Pompeij.*
- O bene nudi
Craſſorum cineres! Pompeio contigit ignis
Inuidiâ majore Deûm.
Satiùs fuiſſet rogo carere.
Perfruitur lacrymis, & amat pro conjuge luctum. *Cornelia vxor Pompeij afflictiſſima.*
Votáque ſollicitis faciens contraria nautis,
Compoſita in mortem jacuit, fauitque procellis. *Optauit mori Cornelia.*

- Cecidit donati victima Regni.

Pompeius Ægyptiaci.

- Linquam vacuos cultoribus agros,
Nec Nilus cui creſcat, erit, ſolúſque tenebis
Ægyptum populis, genitor! ſuperiſque fugatis.

Ita filius Pompeij minitans excidium Ægypti.

- Solâ
Libertate potens, & ſolus plebe paratâ
Priuatus ſeruire ſibi, rectorque Senatus
Sed regnantis erat.

Cato libertatis amantiſſimus.

- Ille iacet, quem paci prætulit Orbis.

Ob Pompeium totus Orbis Romanus ſuſcepit bellum.

- Bellum ciuile ſepulchrum
Vix ducibus præſtare poteſt.

Vt vix rogum Pompeio dederit.

Tu quoque pro dominis, & Pompeiana fuiſti,
Non Romana manus.
- Quod Orbem Acquiras nulli.
- Quæriſque iugum ceruice vacante,
Et neſcis ſine Rege pati.
- Veſtro potuit Pompeius abuti Sanguine -

Ita Cato ad Romanos ſeſe dedere volentes Cæſari.

O famuli turpes! domini poſt fata prioris
Itis ad hæredem. *Succeſſorem dominatus.*
- magnum meritum cum cæde parate,
Ignauum ſcelus eſt fuga.

Interficite me, ait Cato.

Syrtes- Vel primam Mundo natura figuram
Cùm daret in dubio pelagi, terræque reliquit, &c.
Ambiguâ ſed lege loci iacet inuia ſedes
Æquora fracta vadis, abruptáque terra profundo:

Sic malè deſerüit, nullóſque exegit in vſus
Hanc partem natura ſui. *Syrteis Africana.*
- leuis vnda ſupernè
Innatat, & latè periturum deficit æquor.
Hîc nihil ferè aquæ.
- Vltra proram tumuit ſinus. *Vento ſecundo.*
- Interrupta profundo
Terra ferit puppes, dubióque innoxia damno
Pars ſedet vna ratis, pars altera pendet in vndis. *Vn vaiſſeau échoüé.*
-Fatóque pericula veſtra Pertentate meo.
Deficiat ſi quo fuerit diſcrimine notum
Dux, an miles eam.
Dux imperans exemplo; Cato.
In nullas vitiatur opes; non ære, nec auro
Excoquitur; nullo glebarum crimine, pura
Sed penitus terra eſt.
Terra vbi non creſcunt metalla.
- Nulla ſub illa
Cura Iouis terra eſt, naturâ deſide torpet
Orbis. *Infelix regio.*
- Nullâ portus tangente carinâ
Nouit opes; ſic cum toto commercia mundo
Naufragiis Naſamones habent.
Lectis naufragorum bonis ad Syrteis.
Ventus-
Nec ruit in ſyluas, annoſaque robora torquens
Laſſatur, patet omne ſolum.
Regio patens, & ventis expoſita.
Inſtabilis, raptis etiam quas calcat arenis
Nuſquam luctando ſimilis manet, imáque tellus Stat, quia ſumma fugit. *Libya.*
- Minimúmque tenens Dux ipſe liquoris
Inuidioſus erat- Concitus irâ,
Effudit galeam; ſuffecitque omnibus vnda.

In magna ſuorum ſiti Cato.

Nil agimus niſi ſponte Dei.

Fatum regit omnia.

- Dixitque ſemel naſcentibus author
Quidquid ſcire licet - *Conſcientia.*
- Monſtrat tolerare labores, Non iubet -
Vltimus hauſtor aquæ - Stat dum lixa bibit -

Cato imperans exemplo.

Aër Fertilis in mortes. *Africa ob venena.*
- Quam qui recto ſe lumine vidit
Paſſa Meduſa mori eſt: rapuit dubitantia fata,
Præuenitque manus; animâ periêre retentâ
Membra.

Gorgonis aſpectus ſaxeos homines efficiens.

- Inde petuntur -
Hinc Libycæ mortes, & fecimus Aſpida merces. *Ex Africa afferuntur venena.*
Ante venena nocens, latè ſibi ſubmouet omne
Vulgus, & in vacuâ regnat Baſiliſcus arenâ.

Solo viſu enecans

Vix dolor, aut ſenſus mortis fuit, ipſáque lethi
Frons caret inuidiâ, nec quidquam plaga minatur. *Morſus Dipſadis ſerpentis.*
- Nudum eſt ſine corpore vulnus -
Cyniphias inter peſtes tibi palma nocendi;
Eripiunt omnes animam, tu ſola cadauer.

Serpens cuius morſus vnam inducit per totum corpus plagam.

- Tenditque cutem, pereunte figurâ,
Miſcens cuncta tumor, toto jam corpore major.
Ipſe latet penitus toto jam corpore merſus.
- Tumidos jam non capit artus
Informis globus, & confuſo corpore truncus.

Morſu ſerpentis miles extra modum intumeſcens.

Intactum volucrum roſtris, epuláſque daturum
Non impunè feris- *Cadauer venenatum.*
- Protinus ille retecto
Enſe ferit, totóque ſimul demittit ab armo;
Exemplarque ſui ſpectans miſerabile lethi,
Stat tutus pereunte manu-
Manum veneno infectam ſecat ſibi miles.
- pro Cæſare certant
Dipſades, & peragunt ciuilia bella Ceraſtæ.
In Africa contra Catonem ſerpentes.
- Iuuat æthereis adſcribere cauſis
Quod peream, cœlóque mori.
Quia ſic vult Deus.
- Quocumque vocatus
Aduolat, atque ingens meritum, majuſque ſalute
Contulit in lethum vires, puduitque gementem Ipſo teſte mori.
- Caſus alieno pectore vincit,
Spectatórque docet magnos nil poſſe dolores.
Cato ſuos inuiſit, & animoſos efficit ad ferendam mortem.
Marmaridæ Pſylli, par lingua potentibus herbis,
Pax illis cum morte data eſt.
- Cohibet virus, retinetque in corpore peſtem.
De Pſyllis, quibus nihil venena nocent.
Iam ſyluæ ſteriles, & putres robore trunci
Aſſaraci preſſere domos, & Templa Deorum
Iam tota ceruice tenent, ac tota teguntur
Pergama dumetis; etiam periere ruinæ.
Ruderum vrbis Troiæ jam nulla veſtigia.
- Abſenti bellum ciuile peractum.
Ita miles offerens Cæſari caput Pompeij.

Si ſcelus eſt, plus te nobis debere fateri,
Quod ſcelus hoc non ipſe facis.

Impium eſſet ſocero generum occidere.

- Accipe quidquid
Pro Magni ceruice dares. *Munus ingens.*
Vtque fidem vidit ſceleris, tutumque putauit
Iam bonus eſſe ſocer -
- Gemitus expreſſit pectore læto.
- Lacrymas non ſponte cadentes Effudit -

Cæſar luget viſo capite Pompeij.

Non aliter manifeſta parans abſcondere mentis Gaudia quàm lacrymis -
Meritúmque immane Tyranni
Deſtruit, & generi mauult lugere reuulſum,
Quàm debere caput.

Lugere mauult, quàm ei parcere.

- Vnica belli
Præmia ciuilis, victis donare ſalutem
Perdidimus. - Sciat hac pro cæde Tyrannus
Nil veniâ plus poſſe dari.

Ita Cæſar de Ptolomæo.

- Hilaréſque nefas ſpectare cruentum
(O bona libertas) cùm Cæſar lugeat, audent.

Milites Cæſaris læti viſo Pompeij capite.

Ex Libro decimo.

- Sentit Ptolomæus - Magnúmque periſſe
Non ſibi. *Cæſare Ægyptum ſubeunte.*
Felix prædo jacet terrarum.
Non vtile mundo
Editus exemplum, terras tot poſſe ſub vno
Eſſe viro -
Terrarum fatale malum, fulménque quod omnes
Percuteret populos- *Alexander Magnus.*
Occurrit ſuprema dies, naturáque ſolum

Hunc potuit finem væſano ponere Regi.

Mortuus eſt.

Romano non caſta malo - *Cleopatra.*

- Facie Spartana nocenti. *Helena.*

Ex non conjuge partus. *Des baſtards.*

Vultus adeſt precibus, faciéſque incœſta perorat- *Cleopatra coram Cæſare.*

- Craſſúmque trabes abſconderat aurum.

Tecta laminis aureis.

- Hebenus Marcotica (*melius* Meroëtica) vaſtos

Non operit poſtes, ſed ſtat pro robore vili,

Auxilium non forma domus.

Des poultres d'ébene.

Tunc famulæ numerus turbæ, populúſque miniſter. *Multitudo ſeruorum.*

- Infelix ferro mollita juuentus

Atque exſecta virum. *Eunuchi.*

Diſcubuere thoris Reges, majorque poteſtas

Cæſar. *Regibus major.*

- Epulas toto quæſiuit in Orbe,

Non mandante fame. *Des ragouts.*

Diſcit opes Cæſar ſpoliati perdere mundi.

Profuſio Alexandrina.

- Vere tumeſcit Primâ labe niuis.

Solutis niuibus.

- Nec ripis alligat amnem

Ante parem nocti Librâ ſub iudice Phœbum.

Non decreſcit Nilus ante Æquinoctium Autumnale.

Sic juſſit natura parens diſcurrere Nilum,

Sic opus eſt mundo. *Nili inundatio.*

- Trahitur Gangéſque, Paduſque

Per tacitum mundi; tunc omnia flumina Nilus

Vno fonte vomens, non vno gurgite perfert.
Fabula de Nilo recipiente omnes terra fluuios, per arcanos terra meatus.
Nulláque non ætas voluit conferre futuris
Notitiam, ſed vincit adhuc natura latendi.
-Vbicumque videris
Quæreris, & nulli contingit gloria genti,
Vt Nilo ſit læta ſuo.
Et te terrarum neſcit, cui debeat Orbis.
Nec licuit populis paruum te, Nile, videre.
Amouitque ſinus, & gentes maluit ortus
Mirari, quàm noſſe tuos.
Nili caput, & origo ignota.
Pœnáque ciuilis belli, & vindicta Senatus
Pœne data eſt famulo.
Photinus ferè Cæſarem interemit.
-Præfecerat armis,
Et dederat ferrum nullo ſibi jure retento
In cunctos, in ſéque ſimul.
Achillam cum ſuis copijs præfecerat Ptolemæus cum ſummâ authoritate.
- Crucibus, flammiſque luemus
Si fuerit formoſa ſoror.
Si Cleopatra placeat Cæſari.
-Credit Cleopatra nocentem
A quo caſta fuit?
Qui noluerunt cum eâ peccare.
- Tumulúmque è puluere paruo
Aſpice Pompei, non omnia membra tegentem.
Quia ſeparatum eſt à trunco caput.
Nos quoque ſublimes Magnus facit.
Ad ſcelus ingentes facti ſumus. *Cæſo Pompeio.*
Nulla fides pietáſque viris, qui caſtra ſequuntur,
Venaléſq; manus, ibi fas, vbi maxima merces,

Ære merent paruo. *Milites ſcelerati.*
Et timet incurſus, indignaturque timere.
Cæſar obſeſſus ab Ægyptijs.
Non ſine Rege tamen, quem ducit in omnia ſecum
Sumpturus pœnas, & grata piacula morti;
Miſſurúſque tuum ſi non ſint tela, nec ignes,
In famulos, Ptolemæe! caput.
Cæſar obſeſſus, retento ſecum Ptolemæo Rege.
- Cæſar ſemper feliciter vſus
Præcipiti curſu bellorum, & tempore rapto.
Omnia Cæſar celeritate confecit.
Heu facinus! ceruix gladio malè cæſa pependit; Magni morte perit.
Photino tantùm reſectum caput.
Vincendus tunc Cæſar erat, ſed ſanguine nullo Captus ſorte loci.
Cæſar obſeſſus in inſula Pharo.
Poëmation in Piſonem non eſt Lucani, ſed Ouidij, vt ante monuimus.

PETRONIVS ARBITER.

Si qua foret tellus ſaluum quæ mitteret aurum
Hoſtis erat. *Romanorum incredibilis auaritia.*
- Ac deſit bellua dente
In mortes pretioſa ſuas. *Elephas ex quo ebur.*
- Exſectáque viſcera ferro
In Venerem fregere; atque vt fuga nobilis æui
Circumſcripta morâ, properantes deſerat annos.
- Quærit ſe natura, nec inuenit.
Pueri fiunt Eunuchi.
- Renouant per damna famem.
Auec des ragouts.

Non homo pulſus erat, ſed in vno victa poteſtas. *In Catone ſuperato.*
- Iam perdita Roma
Ipſa ſui merces erat, & ſine vindice præda.
Sub Iulio Cæſare Dictatore.
- Quaſi non poſſet tellus tot ferre ſepulchra,
Diuiſit cineres, *Pompeij. Craſſi, Cæſaris.*
- Mare naſcitur aruis,
Et permutatâ rerum ſtatione rebellant.
Romani magnas piſcinas effodêre.
- Dum varios lapis inuenit vſus,
Inferni manes cælum ſperare jubentur.
Cauantur montes lapidibus exſciſis.
Porthmeus non ſufficit - - traducere cymbâ,
Claſſe opus eſt. *In magnâ clade.*
- Hunc niue durâ
Claudit hyems - Cælum hîc cecidiſſe putes.
- Non Solis adulti Manſueſcit radiis.
Alpium juga æternis niuibus obſita.
Dum Gallos -
Alpibus excludit vincendo certior exul,
Eſſe nocens cœpit.
Ita Cæſar de ſe dùm hoſtis declaratus eſt.
Ite mei comites, & cauſam dicite ferro.
Defendite me, & vos.
- Illi magis vnda probatur,
Et patria eſt Pontus.
Pompeiani fugientes Cæſarem.
- Omnia ſecum
Hic vehit impatiens, prædamque in prælia ducit. *Romani ſecum omnia exportant fugientes in Græciam.*
Ille tremor Ponti - Et Piratarum ſcopulus -
- Imperij deſerto nomine fugit,
Vt fortuna leuis Magni quoque terga videret.

Pompeius Cæſarem fugiens.

Aperitur ingens clauſtrum, & obducti ſpecus
Qui caſtra caperent - Huc decennali prælio
Irata virtus abditur, ſtipant graues
Equi receſſus Danaï, & in voto latent.

Equus Troianus fœtus armatis.

- Mendacium in damnum potens. *Sinonis.*
Ibat juuentus capta, dum Troiam capit.

Græci Equo ligneo incluſi.

- Neuter auxilio ſibi
Vterque fratri.

Frater de fratre, nihil de ſe ſollicitus.

Iacet Sacerdos inter aras victima. *Laocoon.*
Quidquid quæritur optimum videtur.

Rarum magno emitur.

- Calcato radiabat marmore terra
Muneribus eluſa ſuis -

Pauimentum marmoreum.

- Aliæ aut gemmas aptent capiti, &c.
- Tu ſola placere
Vel ſpoliata potes.

Mulier pulcherrima, etiam ſine ornatu.

- Lunæque ſenectus,
Vel reparatus honor.

Finis, vel initium menſis.

-Mauſoleum, miſeræ ſolatia mortis.

Tumulus magnificus.

-Iudicium nihil eſt, niſi publica merces.

Iudicium corruptum.

PHOCAS GRAMMATICVS.

Ex Præfatione in vitam Virgilij.

O vetuſtatis veneranda cuſtos.
Regios actus ſimul, & fugaces

Temporum curſus, docilis referre
Aurea Clio!
Tu nihil magnum ſinis interire,
Nil mori clarum pateris -
Tu ſeneſcentes titulos laborum
Flore durantis reparas juuentæ.

Laus Poëſeos, & Hiſtoriæ.

EX VITA VIRGILII.

- Diues partus de paupere venâ
Emicuit, figuli ſoboles noua carmina finxit.

Maro filius figuli.

Infantem vagîſſe negant, nam fronte ſerenâ
Conſpexit Mundum.

Virgilius naſcens non vagit.

- Quem nox armabat in vmbris
Graſſari ſolitum - Crimen doctrina tegebat.

Balliſta Virgilij magiſter noctu obuios lapidabat.

Non tamen ob meritũ, miſerum vicinia fecit.

Mantua væ miſeræ nimiùm vicina Cremonæ.

Inuenit carmen, quo munera vincere poſſet.

Vt Maro gratus eſſet Octauiano.

EX FRAGMENTO.

- Quod juſſerat ille,
Sit vetuiſſe meum.

Ita Auguſtus ne Æneis comburatur.

EX EPIGRAMMATE.

O quàm pæne iterùm geminaſti funere funus!
Troia bis interitus cauſa futura tui.

Æneïde combuſtâ.

DE ARTE SVA GRAMMATICA.

Sed noua te breuitas aſſerit eſſe meum.
Multa loqui breuiter ſit nouitatis opus,
- Paruo pondere multa vehis.

Ars in compendium redacta, nouum opus.

AVLVS PERSIVS FLACCVS.

EX SATIRA PRIMA.

Cum ſapimus patruos.

Dum juuenes arguimus.

Scire tuum nihil eſt, niſi te ſcire hoc ſciat alter. *Doctrinâ abdita.*

-Pulchrum digito monſtrari, & dicier, hic eſt

Vir magnæ famæ.

- Tenero ſupplantat verba palato.

Blasè pronunciare affectat.

- Scombros metuentia carmina, vel Thus.

Mala.

Dequoy on fait des cornets aux eſpices.

Manus - A tergo auriculas imitata eſt mobilis albas

Il luy fait les cornes par derriere.

- Quos viuere fas eſt Occipiti cæco -

Quos omnes clam irrident.

Quem trepida ante boues Dictatorem induit vxor,

Et tua aratra domum Lictor tulit-

Titus Quintius Cincinnatus.

- Crimina raſis Librat in antithetis.

In accuſatione vtitur figuris.

- Demorſos ſapit vngues.

Opus accuratum, & limatum.

- Sonat hic de nare canina Littera -

Littera R.

Auriculas Aſini quis non habet?

Quis rectè judicat?

EX SATIRA SECVNDA.

- Quidquid calcauerit hic, roſa fiat. *Beatus.*

- Peccat, vitio tamen vtitur.

Lucrum ex crimine.

At vos
Dicite Pontifices in templo quid facit aurum?

Quid proſunt aurata templa?

EX SATIRA TERTIA.

- Iam clarum manè feneſtras
Intrat, & anguſtas dilatat lumine rimas.

Il fait grand jour.

- Queritur craſſus calamo quod pendeat humor,
Nigra quod infusâ vaneſcat ſepia lymphâ.

Que ſon encre eſt trop épaiſſe, ou trop blanche.

Virtutem videant intabeſcantque relictâ.

Inuideant bonis.

- Ex tempore viuis. *Sans ſonger au futur.*

- Morituri verba Catonis
Diſcere, quæ pater adductis audiret amicis.

Pater audiens filium declamantem.

Obſtipo capite, & defigens lumine terram.

Baiſſant les yeux en terre.

In portam rigidos calces extendit.

Le voila roide mort.

- Diciſque, faciſque quod ipſe
Non ſani eſſe hominis, non ſanus juret Oreſtes. *Petulantiſſimus juuenis.*

EX SATIRA QVINTA.

- Barbatum crede magiſtrum
Dicere, ſorbitio tollit quem dira cicutæ.

Socratem.

- Rerum prudentia velox
Ante pilos venit, dicenda, tacendáque calles.

Prudentiſſimus juuenis.

- Feciſſe ſilentia turbæ
Majeſtate manus. *Vn homme d'authorité.*
Reſpice quod non es, tollat ſua munera cerdo;

Tecum habita, & noris quàm ſit tibi curta ſupellex. *Remoue aſſentationes.*

EX SATIRA QVINTA.

- premitur ratione animus, vinciq; laborat.
Le ranger à la raiſon.
- petite hinc juueneſque, ſeneſque
Finem animi certum, miſeriſque viatica canis.
Philoſophia viri ſapientis refugium.
- Aurem mordaci lotus aceto.
Vn homme pointilleux, faſcheux.
Ne liceat facere id, quod quis vitiabit agendo.
Se meſler de ce qu'on ne doit pas.
- Si intus & ſi in jecore ægro,
Naſcantur domini. *Cupiditates.*
- Cinis, & manes, & fabula fies. *Morieris.*
Viue memor lethi, fugit hora, hoc quod loquor inde eſt. *Moreris quotidie.*
Centum Græcos curto centuſſe licetur.
Nihili facit 100. Philoſophos.

EX SATIRA SEXTA.

Vende animam lucro. *Ad bellum proficiſcere.*

C. SILLIVS ITALICVS.

EX LIBRO I. BELLI PVNICI.

- Odiumque perenni
Seruatum ſtudio. & mandata nepotibus ira.
Odium hæreditarium.
Armato nullus Diuûm pudor, improba virtus,
Romanum ſeuit puerili in pectore bellum.
Annibal impius, & incitatus à Patre in Romanos.
- Immedicabilis ira,
Et fructus regni feritas erat.
Il ſe plaiſoit à eſtre farouche.

Primus inire manum, poſtremus ponere Martem. *Le premier, & le dernier au combat.*
- penituſque infuſa medullis
Peſtis, & in medio lucentes vulnere flammæ
Plumbum infunditur in ejus vulnera.
- Extenti, quantùm tormenta valebant,
Creuerunt artus. *In quaſtionem datus.*
Mens intacta manet, ridet, ſuperatque dolores
Spectanti ſimilis. *Conſtantia in tormentis.*
Huic virides auſis anni, feruorque decorus,
- & vis inſita fraudi.
Annibal juuenis Imperator.
Prodiga gens animi, & properare facillima mortem;
Namque vbi tranſcendit florentes viribus annos
Impatiens æui neſcit nouiſſe ſenectam
Et fati modus in dextrâ eſt. *Veteres Hiſpani.*
Ils croyent la Predeſtination.
- Aſtur auarus
Viſceribus laceræ telluris mergitur imis,
Et redit infelix effoſo concolor auro.
Aurum effodientes flaui ſunt coloris.
- partemque ſubire
Si belli feſtinet opus. *Dux laborat cum ſuis.*
Celſus & in magno præcedens agmine ductor,
Imperium perferre ſuum.
Facit quod imperat.
Exercetque ſitim, & ſpectato fonte, recedit.
Tolerat ſitim.
Bellaque ſumpta viro, belli majoris amore.
Pergit ad bellum, vt ad aliud bellum tranſeat.
Clementer creſcente jugo.
La pente d'vne colline.
Non alium vidit tellus, cui ponere finem

Non poſſet mors vna viro. *Geryon tricorpor.*
- Bis noxia tela ſagittas. *Venenata.*
Vix muris toleranda lues. *Aries bellicus.*
- Incœpta at tanta retardat
Romani Murrus mora belli. *Vir fortiſſimus.*
- Dubio veſtigia niſu
Alternata trahens. *Claudicans.*
Exiguo faciles, & opum non indiga corda,
Dexteraque à curuis capulo non ſegnis aratris.
Milites ex agricolis lecti.
- Penſatique improbus auri
Arbiter enſis erat. *Gladius Brenni ſuperimpoſitus bilanci, & auro Rom.*
Et melior clauſo bellum producere ferro.
Fabius Cunctator.

EX LIBRO SECVNDO.

- Rueretque inopina ſub ictu
Ante fera incauto, quàm ſibila poneret arcus.
Peritiſſimus Sagittarius.
Obliquos detorquet equos, læuumque per orbem
Fallaci gyro campum ſecat. *Coupper chemin.*
Nec requies æui nota eſt -
Exangueſque merendo
Stant prima inter ſigna ſenes, mortemque laceſſunt. *Senes milites anteſignani.*
Per longum celata fames; jam lumina retro
Exeſis fugere genis. *Famelici.*
Fœcundum in fraudes hominum genus-
Et quantùm terrent, tantùm metuentia regna.
Callidi tyranni.
Eurymedon fratrem, & fratrem mentite Lycorma
Cuncta pares, dulciſq; labor ſua nomina natis
Reddere, &c. *Fratres duo ſimillimi.*

EX LIBRO TERTIO.

- Ab origine ſani
Impoſitas durare trabes, ſoláſque per æuum
Contentum nouiſſe manus.
Majeſtate locum, & ſacro impleuere timore.

Templum antiquum.

Fertque, refertque fretum, ſequiturque reciproca Thetys. *Le flux & reflux de la mer.*

-Cunctis ſtat terminus æui,
Extremúmque diem primus tulit.

Omnibus moriendum.

Quantùm etenim diſtant à morte ſilentia vitę?

Vita obſcura nihil differt à morte.

Donec iter liquidum volucri rapiente carinâ
Conſumpſit viſus.

Tant qu'il peut voir le vaiſſeau.

- Celſique decus fraudata ſuperbum
Corporis, at docilis fallendi, & nectere tectos
Nunquam tarda dolos. *Paruus & callidus.*

- Fratrem ſpirat in armis.

Bellicoſi viri frater.

- Ferrum infamare veneno. *Empoiſonner.*

- Doctus virgæ ſonipes. *Equus Numida.*

- Campúmque volatus
Cùm rapuere pedum, fruſtra veſtigia quæras.

Velociſſimè currit.

Nec vitam ſine Marte pati, quippe omnis in armis
Lucis cauſa ſita eſt, damnatum viuere paci.

Ad bellum nati homines.

Aut inconcuſſo glomerat veſtigia dorſo.

Vne Hacquenée.

- Ad ventum grex proſtat equarum
Et Venerem occultam genitali concipit aurâ.

Equæ concipiunt ex vento.

Sed non multa dies generi, properánſque ſe-
nectus. *Non diu viuunt.*
Auget opes ſtanti ſimilis, tacitóque liquore
Mixtus-
Quem gurgitibus complexus anhelis
Cunctantem immergit pelago, raptúmque per
arua,
Ferre vetat patrium vicina ad littora nomen.

Arar fluuius lentus cadens in Rhodanum celerem.

Ac vada tranſlato mutat fallacia curſu,
Non pediti fidus, patulis non puppibus æquis.

Vne riuiere où les guais ſe changent.

Nobilior fit Roma malis.

Romam clades nobilitant.

EX LIBRO QVARTO.

- Docilis per inania rerum
Paſcere rumorem vulgi pauor.

Terrores panici.

- Multas
- Paſſurus dextras, & inania vulnera thorax.

Vne cuiraſſe à l'épreuue.

- Haud ſegnis cuncta magiſter
Præcipitat timor. *Fuga perturbata.*
- Oſtentat Romámque ſub ictu.

In magno periculo.

- Geminúſque cupido
Laudis, & ad pugnas, Martémque inſania
concors. (*vel* conſors.

Duo Duces temerè ambientes pugnam.

- Sagitta
Lethum perdiderat ſpatio, ni fuſus habenis,
Dum primæ decus affectat decerpere pugnæ,
Obuia quadrupedis præceps furor ora tuliſſet:
Sic elangueſcens, & iam caſura petitum

Inuenit vulnus, cædémque recepit ab hoſte.
Accurrens, & excipiens ſagittam.
- Clauſit raucum lethali ex vulnere murmur;
At ſonus extremo morientis fuſus ab ore
Feſſa pererrauit mutis iam cornua labris.
Tuba canens cæſo tubicine.
- Certuſque mori petit omnibus auſis,
Quod nequeat ſentire decus
Ductus gloriâ miles moriturus.
Armat contemptu mentem necis. *Deſperatus,*
- Sonat illa tremedum,
Et nimio jactu ſeruaſſe improuida campi
Diſtantis ſpatium. *Haſta emiſſa eminùs.*
- Liris qui fonte quieto
Diſſimulat curſum. *Fluuius tardus in fonte.*
- Toto palantes æquore turmas
Voce tenet, dum voce vrget. *Hortando.*
- Horrida primi
Si fors prima loci, pugnæq; laceſſere frontem,
Poſt me ſtare. *Ego vos præcedam.*
- Cùm fata vocabunt
Pugnantem cecidiſſe meum eſt.
Ie mourray au lit d'honneur.
- Gnaros belli, veteréſque malorum.
Veterani milites.
- Nec arctatis locus eſt in morte cadendi.
Preſſa acies.
Obuia dum medio ſonuerunt ſpicula corde,
Incertúmque fuit lethum cui cederet haſtæ.
In pectore, & tergo percuſſus telis.
- Cæcâ proſternit fraude paludis.
Et putri luctatur ceſpite.
La bourbe d'vn marais.
- Lacerum per Gallica riuis
Diſperdam rura, atque amnis tibi nomina demam,

Quemque aperîs te fonte premam.
Mina ducis ad fluuium. Alludit ad Cyri factum.
- Ripas perdidit amnis. *Vn fleuue débordé.*
- Dignúmque virum veniente ruinâ.
Flaminius in pugnâ ad Thrasymenum.
- Oculos facilis ſpreuiſſe medentes;
Optatum bene creuit emi quocumque periclo
Bellandi tempus: non frontis parcit honori,
Dum ne perdat iter.
Annibal fit luſcus dum vrget iter.
Mite & cognatum eſt homini Deus.
In ſacra cruenta.
EX LIBRO QVINTO.
Cùm minùs annuerit noctem deſiſſe viator,
Quàm cœpiſſe diem. *Entre Chien & Loup.*
- Texens de vimine naſſam,
Cautiùs interiora ligat, mediamque per alnum
Senſim veſtigans compreſſa cacumina nectit,
Ac fraude arctati remeare foraminis arcet
Introitu facilem quem traxit ab æquore piſcem. *Deſcriptio naſſæ.*
Quo non alius venalem ad prælia dextram
Ocyor appulerit, conductáque bella probauit.
Stipendiarij milites.
Vtque metum lethi procul, & leuiora pauore
Cognouit. *Nihil timendum eſſe.*
- Auulſa eſt protinus hoſti
Ore ſimul ceruix, iuuit punire feroci
Victorem exemplo, & monſtratum reddere lethum. *Caput affigitur haſta.*
- Hirtáque toruæ
Frontis cæſaries, & crinibus æmula barba
Vmbrabat rictus.
Abſciſſum caput hominis barbati, & criniti.
Procubuit tandem multâ dejecta ſecuri,

Suffugium infelix miſeris & inhoſpita quercus. *Arbor in quam fugerant milites.*

Quà naſci ferrum fulgenti cuſpide cernit.

Telum perforans pectus.

- pars excuſſi, nam fragmine putri
Ramorum, & ſenio malefida fefellerat arbor.

Lapſi ex fractâ arbore.

Immemor annorum, ſeniúmque oblitus in arma,
Ille quidem crudâ mente, & viridiſſimus iræ
Ibat, ſed vani frigentem in morte ſenectam
Fraudabant ictus. *Senex ad militiam ineptus.*

- Miles - Tremebundáque tela
Subducta tellure ruens torquebat in hoſtem.

Tempore prælij contigit terræ motus.

- Vel ſi pugnare negatum,
Diſce mori. *Aut vincendum, aut moriendum.*

- ſi tanta libido
Eſt vobis, rabiéſque fugæ, tela omnia ſolus
Pectore conſumo. *Dux ad ſuos fugientes.*

-Cernere Pœnum
Victorem plus morte rati-
Fronte minæ durant, & ſtant in vultibus iræ.

Romanorum poſt mortem.

EX LIBRO SEXTO.

- certamine nudo
Inuenit Marti telum dolor, ore cruento
Pugnatum, ferrique vicem dens præbuit iræ.

Milites dentibus pugnantes.

- Seruabam vultum Ducis, & prodentia ſenſum Lumina.

Videbam quid vultus eius loqueretur.

- Frontique coma ſquallente ſedebat
Terribilis decor, atque animi venerabile pondus. *Longa cæſaries militis.*

- Exangui ſpectatis corpore nomen.

Grandi macie confectus Regulus.

Cur vſque ad pœnam miſeram fugis?

Ita vxor ad Regulum redire volentem ad Pœnos.

- Denſuſque per artem
Texitur, erecti ſtantiſque ex ordine ferri
Infelix ſtimulus.

Machina in quâ incluſus Regulus.

- Et vultu interdum ſine voce precati,
Quod rogitant audire pauent.

Poſt cladem acceptam.

- Laudum, cladumque quietâ
Mente capax, par ingenium caſtrique, togæque.
Mira æqualitas animi.

Cunctando Fabius ſuperauit fata, Ducemque
Annibalem, æquando: tantus tunc, Pœne! fuiſti.

Æquare Annibalem magna Fabio gloria.

EX LIBRO SEPTIMO.

- Tot in agmina ſolus
Ibat, & in ſeſe cuncta arma, viróſque gerebat.
Magnus Imperator.

- Numerarique aſpera virtus
Non eſt paſſa viros, & plures milite cædes.

Grandis clades.

Infractaſque minas dilato Marte fatigat
Solers cunctando Fabius. *Cunctator.*

- Dum ſe cohibet, terimurque ſedendo,
Vincendi genus eſt. *Cunctatio.*

Nulli per Fabium è vobis cecidiſſe licebit.

Incruenta victoria.

Huc tamen vſque vigil proceſſerat arte regendi,
Eſſet vt Annibali Fabium, Romanáque tela

Euaſiſſe ſatis. *Laus Fabij Maximi.*
Succenſere nefas patriæ. *Ita læſus Fabius.*
Ni conſulta viro, mens impenetrabilis iræ.
Fabius nulla injuria commotus.
- Omnia namque
Dura ſimul deuicta viro; metus, Annibal, ira,
Inuidia, atque vnà fama ac fortuna ſubactæ.
Dum Fabius Minutium ſeruauit.
Hęret humi corpus: motu tremefacta jacentis,
Et campis ſeruat mandatum affixa cadauer.
Vulneratus telo, ruens in terram.
- Spargentem in vulnera ſæuos
More fugæ calamos. *More Parthorum.*
Sublimem calamo ſequitur creſcente volucrem. *Il prend vn oiſeau à la glu.*
- Mediâ jam morte renata juuentus.
Seruati juuenes.
Hîc patria eſt, murique vrbis ſtant pectore in vno. *Vnus Fabius Romam tutatus eſt.*

EX LIBRO OCTAVO.

- Miles egenus
Cunctarum vt rerum Tyrius foret, arte ſedendi Egerat.
Fabius cunctando Pœnos fame domuit.
- Celtæ mœrebant cæde ſine vllâ,
Inſolitum ſibi bella geri. *Galli arctati à Fabio.*
Hæc, vt Roma cadat, ſat erit victoria Pœnis.
Pugna Cannenſis.
Momentum vt rerum, & fati foret arbiter vnus. *Terentius Varro.*
- Stat Mutius irâ
In ſemet verſâ, ſæuitque in imagine virtus.
Imago Scæuolæ.
- Nec deinde relinquet
Par decus eloquio cuiquam ſperare nepotum.
Ciceroni

Ciceroni nemo par futurus eſt.

Pars belli quàm magna venit. *Fortis bellator.*

- Portus quo non ſpatioſior alter
Innumeras cepiſſe rates, & claudere Pontum.

Portus capax.

- Brunduſium quo deſinit Itala tellus.

Vltima vrbs Italiæ.

-- Hoc gurgite tradunt
Duritiem lapidum merſis inducere ramis.

Aqua mutans ligna in ſaxa.

Congeſto læuæ, quodcumque auellitur, auro,
Metitur Latias victrix Carthago ruinas.

Modius annulorum è pugna Cannenſi miſſus Carthaginem.

EX LIBRO NONO.

-- Vltima, nate!
Inuento ſimul, atque amiſſo redde parenti
Oſcula. Ecce parentem- Vulnere cognoſco.

Filius patrem Satricum imprudens interficit. Vide hiſtoriam funeſtiſſimam.

-- Sat vera, ſuperque
Bellandi merces ſit gloria.

Honore tantùm ducor.

- At propugnacula dorſo
Bellua nigranti geſtans, ſeu mobilis agger
Nutat, & erectos attollit ad æthera muros.

Turritus Elephas.

Alternuſque animæ mutato Caſtore Pollux.

Alternis viuentes Caſtor & Pollux.

Amiſere ictus ſpatium, nec morte peractâ
Arctatis cecidiſſe licet. *Preſſa acies.*

-- Maturas impellit ventus ariſtas
Huc atque huc, & ſumma ſeges nutanſque viciſſim
Alterno lentè motu incuruata niteſcit.

Vnda ſegetum.

-- Virtus futile nomen
Si decus abfuerit patiendo.

Virtus magis elucet in aduerſis.

Ablatuſque viro vultus. *Percuſſus in facie.*
Velle ac nolle ambobus idem-
Et paruis gaudens concordia rebus.

Duo amici inopes.

--Pectus Transforat-- -& voces occupat ictus. *Laſus in pulmone.*

-- Alite plumbo Eminus inceſſunt.

Fundibularij.

Quem tibi non naſci fuerit per vota petendum
Varronem, Annibalemue magis.

Paulo Æmilio caſo in pugna Cannenſi.

EX LIBRO DECIMO.

-- Seſeque periclis
Ingerit, atque omni lethum molitur ab hoſte.

Quarit mortem.

-- Niſi gloria mortis, Nil ſupereſt.

Victi ſumus.

Conſumit clypeo tela, & collectus in arma.

Fortis miles.

E ſtrage eſt ferrum, atque auulſa cadauere tela.

Vtitur telis demortuorum.

Ingens ferre mala, & fortunæ ſubdere colla--
Neſcius.

Atque animos jam ſola dabat fiducia mortis.

-- Paulus belli pars optima.

Paulus Æmilius moriturus.

-- Nec manes tam parua intramus imago.

Non moriemur ignaui.

-- Nec Paulus inultum
Quod ſupereſt de luce ſinit.

Il vend cherement ſa vie.

- Vt Tigris percuſſa -
Luctatur morti, & languentem pandit hiatum
In vanos morſus, nec ſufficientibus iræ
Ictibus. *Furioſè moriens.*
Officium infelix, & munus inane peremptis.

Exſequiæ militum.

- Non exequias decorabat imago
Omnibus exequiis nudo, jamque Annibal vnus
Sat decoris laudator erat.

Annibal interfuit exequijs Pauli.

Auſonia, &c. Vacuum ſine corpore nomen;
Quodque adeo nondum portis irruperat hoſtis,
Contemptu ceſſare putant.

Poſt pugnam Cannenſem.

Sat patriæ ſumus è numero, ſi ad prælia noſter
Nil minuit pauor.

Ita Fabius Romanos excitat poſt Cannenſem cladem.

- Ex pœnâ ſolatia poſcere luctus.

Quaſi fuerint à Dijs mulctati.

EX LIBRO VNDECIMO.

- Celtæ - Incubuere malis iterum.

Contra Romanos afflictos rebellarunt.

Conſumptuſque pudor peccando.

Scelerati impudentes.

- Relictis Diuitiis probroſus honor.

Corrupti mores.

- Pectora magnis Nunquam anguſta malis.

Generoſi in cladibus ſuis.

- Solæque è ſanguine laudes.

Miles vulneribus clarus.

- Horrida virtus
Armatumque fide pectus, rectique cupido,
Et major Capuâ mens.

Decius vnus Capuæ Romanis fidus.

Mens vni inuiolata mero, nulliſque venenis
Potando exarmata - *Vnus non erat ebrius.*
Tot bellis quæſita viro, tot cædibus, armat
Majeſtas æterna Ducem.
Annibal tutus ſuis victoriis.
Amiſit quantam poſito conamine laudem
Cui tantum eſt voluiſſe decus.
Laudatur conatus.
- In muros poſuiſſe volantia ſaxa,
Ac ſilice arboribus per ſe ſcandente vocatis
Iuſſit in immenſum cantatas creſcere turres.
Amphion condens Thebas Lyrâ ſua.
- Non plus optaſſe liberet
Quantùm conceſſit dexter Deus. *Feliciſſimus.*
- Pax optima rerum
Quas homini nouiſſe datum eſt.
Il fait bon gouſter la paix.
EX LIBRO DVODECIMO.
- Pro mœnibus arma fuere.
Militibus Romanis.
- Ætherias alienâ tollere in auras
Auſas ſe pennâ, atque homini monſtrare volatus.
- Librans media inter nubila corpus
Enauit, ſuperoſque nouus conterruit ales.
- Falsâ ſub imagine plumæ
Attentare vias volucrum.
Dædali & Icari volatus.
- Numerabat inertes
Atque actos ſine marte dies.
Annibal s'ennuyoit de ne pas combattre.
- Laceratáque viſcera terræ
Mandit, & exeſos labefactat murmure montes.
Depaſti flammis ſcopuli, fractuſque ruinâ

Mons circum, atque Æthnæ fatis certantia ſaxa. *Veſuuius mons igniuomus.*

- Coït & ſine nomine vulgus
Corpore ſic toto, ac membris Roma omnibus vſa eſt. *Ingens Romæ cogitur exercitus.*

Innabat Pelago, & veniens ſine remige claſſis
Portata humeris nauigia.

Ingentemq; metum toruo domat ore Senatus.
Spem vultu ſimulat.

- Atque vt ventum, &c.
Vt jam Roma ſatis credat defendere muros.
Romam obſidet Annibal.

- Vigil ille, nec vllam
Ad requiem facilis, credenſque abſcedere vitæ,
Quod ſopor eripiat tempus.
Vigilans Imperator.

- Fruiturque timore pauentum.
Annibal Romam obſidens.

Inſtat tempeſtas oculis, hoſtique propinquo.
Roma latet. *Tempus nebuloſum.*

EX LIBRO DECIMO-TERTIO.

Exiguos format per prima volumina gyros
Mox tremulum vibrans motu gliſcente vigorem
Multiplicat crebros ſinuati gurgitis orbes;
Donec poſtremum laxatis circulus oris
Conſtrinxit geminas patulo curuamine ripas.
Circulationes in aquâ.

- Luſtriſque relictum
Innumeris aurum, ſolo ſeruante pauore.
Aurum Diis conſecratum.

Ceruam - Nutrierat ſenſuque hominis donarat alendo. *Vne biche appriuoisée.*

Interdum inflexus medio naſcentia tergo
Reſpicit arridens hirtæ ludibria caudæ.

Le Pâon qui fait la roüe.

Obtendenſque manum Solem inferueſcere fronti
Arcet, & vmbrato perluſtrat paſcua viſu.

Reſpiciens Solem.

Ipſa quidem virtus ſibimet pulcherrima merces;
Dulce tamen venit ad manes, cum gloria vitæ
Durat apud ſuperos, nec edunt obliuia laudem. *Virtus laudata.*

Solus Ponte ferox vrbe excluſit redeuntia regna. *Horatius Cocles.*

- Quales optabat habere
Quondam Roma viros, contemptrix Clœlia ſexus. *Clœlia virago fortis.*

EX LIBRO DECIMO-QVARTO.

Caligare alto in ſolio nec pondera regni
Poſſe pati. *Rex impar regno.*

Ille vbi torreret ſubjectis corpora flammis
Mutabat gemitus rugitibus. *Pro* mugitibus.

Phalaridis bos æneus.

Vnda Nec minus occaſus petit incita, quàm petit ortus. *Fluuius valdè tortuoſus.*

- Clamat ſcopulis clamoris imago. *Echo.*

- Cum cornibus omnes
Acciperet flatus, lento ſe corpore agebat.

Grandior nauis.

- Corporis alti
Terribilis moles, mens aſpera, vultus in irâ
Semper. *Vn grand homme farouche.*

Hic robore fracto
Pugnat inops calybis, ſeſeq; in prælia rurſus
Armat naufragio. *Decerptis ex naue lignis.*

Nec deſunt qui correptos complexibus arctis
Immergant Pelago, & jaculis ceſſantibus hoſtem

Morte ſuâ perimant: remeantum gurgite mentes
Crudeſcunt, & pro ferro ſtat viribus vti.
In pugnâ nauali certantium rabies.
Succubuit medicina malis. *Tout eſt perdu.*
-Morte pudendâ
In morem pecudum effudere cubilibus atris
Illaudatam animam. *Milites lue morientes.*

EX LIBRO DECIMO-QVINTO.

Virtus - Cineri titulum memorandaque nomina buſtis
Prætendit, nec ſenſuræ quid geſſerit vmbræ.
Epitaphia.
Haud illi durant viſus æquare volantum.
Equi celeres.
Moles illa viri, validoque habitata gradiuo
Pectora. *Marcus Marcellus bellicoſiſſimus.*
- Magnum ſecum portare ſub vmbras
Nomen auet mortis,
Magnanimâ inuidiâ virtus cœpit.
Mori cupit glorioſè.
- Vrbem cumulatam ſtrage ſuorum
Non toto rapuiſſe die.
Scipio Nouam Carthaginem.
Hujus ceruicem gladio inter verba, preceſque
Amputat, abſciſſo durabant murmura collo
Loquenti caput amputat.
Pœnus - Mercandi dextras largus, belloque parata
Prodigere in bellum facilis.
Ex prędâ conducit militem ſtipendiarium.

EX LIBRO DECIMO-SEXTO.

Nec pugnæ ſpecies, ſed pœnæ triſtis imago
Illa erat. *Internecinum prælium.*
- Remeauit dextera ab ictu- & directo inter-

mortua telo. *Amputata ei manus.*
- Ventos poſt terga relinquunt.
Equi incitatiſſimi.
- Primâ ſtringit veſtigia plantâ;
Progreſſu calcis ſatis eſt huic eſſe priori,
Huic ſperare ſat eſt fieri ſe poſſe priorem.
Qui alium proximè inſequitur.
- Auget pueris labor ipſe decorem.
Quia rubicundiores.
Concurrêre animis, quantis confligere par eſt,
Quos regni furor exagitat.
De Imperio pugnantes.
- Sat gloria cauto
Non vinci pulchra eſt Fabio.
Non vult congredi Fabius Maximus.
- Timeat tandem Carthago, timeri
Aſſueta. *Petatur bello ipſa Carthago.*
- Quem vosmet cauti, Conſultaque veſtra
In Latio fecere ſenem.
Annibal malè adjutus à Pœnis.
EX LIBRO DECIMO-SEPTIMO.
- præſentis degeret æui
Optimus: heu! nomen melius, majuſque triumphis.
Scipio Naſica Optimus Romanorum judicatus.
Teſtis, Diua, veni, & facili me abſolue carinâ.
Veſtalis Claudia Zonâ trahens nauim, vt ſe caſtam probet.
Vertit opes gener ad Pœnos, Latiæque ſoluto
Fœdere amicitiæ, dotalia tranſtulit arma.
Siphax Romanos deſerit, ductâ Sophonisbâ.
Sentitur pleriſque priùs, quàm cernitur ignis,
Excitis ſomno. *Incendium inopinum.*
- Infauſtæ vulnera noctis
Ira, pudorque dabant, & conjux tertius ignis.

Sophonisba Siphaci victo.

Stabat Carthago truncatis vndique membris
Vni nixa viro, tantóque fragore ruentem
Annibal abſenti retinebat nomine molem.

Carthagine obſeſſa à Scipione.

Cerno flagrantes oculos, vultumq; timendum
Non ipſo minus eſſe tuo.

Oculus duorum Ducum ferox.

Certatus nobis hodie dominum accipit Orbis.

Pugna decretoria ad Zamam inter Scipionem, & Annibalem.

P. STATIVS PAPINIVS.

EX LIBRO I. SYLVARVM.

- Moles gemmata Coloſſo
Stat Latium complexa forum.

Statua adeo edita, vt ex toto foro videatur.

Biſtonius portat ſonipes, magnoque ſuperbit
Pondere. *Nobilis equus ferens Domitianum.*
- Latus enſe quieto Securum.

Accinctus gladio.

Sonipes Acrius attollit vultus, curſumque minatur. *Statua equi pedem attollentis.*
- Tantis calcaribus ilia latè
Suffectura patent. *Grandis aluus equi.*
Certus amas terras, & quæ tibi templa dicamus Ipſe colis.

Templa viuo Domitiano ædificata.

Elegeia Alternum factura pedem.

Ob verſum longiorem, atque breuiorem.

- Parcentes, & inermi ſtrinximus arcu.

Comme n'oſans luy faire mal.

- quæ forma beatis
Arte manus conceſſa locis, non largiùs vſquam

Indulſit natura ſibi.

Locus arte, & natura amœnus.

- Variiſque metalla Viua modis.

Variæ ſtatuæ elegantiſſimæ.

- Per obliquum penitùs quæ laberis amnem
- Et audaci tranſcurris flumina plumbo.

Aquaductus per fluuium tranſiens.

Et limo ſplendente Tagus. *Fluuius aurifer.*

Et ferrum mulcere togâ.

Vir magnus militiæ, & domi.

- Vigileſque ſuæ pro Principe curæ,
Dulce opus. *Laborare pro Principe.*

- Feſſos penitùs ſubrepſit in artus
Inſidioſa quies. *Le ſommeil le ſurprit.*

- Inueniunt poſitos jam ſegniter artus
Pugnantemque animam.

Grauiter ægrotantem.

- Nemo modum tranſmiſſi computet æui,
Hic vitæ natalis erit.

Ex magno morbo recreatus.

- Stupet ipſe beatas
Circumplexus opes, & parciùs imperat ignis.
Multus vbique dies, radiis vbi culmina totis
Perforat, atque alio Sol improbus vritur æſtu.

Balneum pulcherrimum, & illuminatum.

- Argento felix propellitur vnda,
Argentoque cadit, labriſque nitentibus inſtat,
Delicias mirata ſuas, & abire recuſat..

Canalis argenteus.

- Niueo qui marmore cærulus amnis
Viuit, & in fundū ſummo patet omnis ab imo.

Fons lympidus marmore præcinctus.

Libertas reuerentiam remiſit.

Facilitas Principis.

-Ordo Pumilorum,

Quos natura breui ſtatu peracto
Nodoſum ſemel in globum ligauit.

Des nains: homuli, ſeu pumili.

EX LIBRO SECVNDO.

- Tenero probitas maturior æuo
Et caſtigatæ collecta modeſtia frontis.

Puer ante annos maturus.

Verba refringere. *Bégayer.*

- Menſuraque major
Cultibus, & viſæ puero decreſcere veſtes.

Puer multùm creſcens.

- Non mors lenta jacentis
Exemit puerile decus, maneſque ſubiuit
Integer. *Non diu ægrotauit.*

- Timidè primùm veſtigia jungit,
Acceſſu tacito, ſummoſque laceſſit amictus.

Il s'approche doucement, & vous tire par la robbe.

Quidquid habet finem timet: ibimus omnes
Ibimus. *Moriendum.*

- Nulloque tumultu
Stagna modeſta jacent -
Dominique imitantia mores.

Stagnum quietum, viri quietiſſimi.

- Vix ordine longo
Suffecere oculi; vix dum per ſingula ducor -
Suffecere gradus. *Villa ingens, & egregiè culta.*

- Hæc domus ortus
Aſpicit, & Phœbi tenerum jubar; illa cadentem
Detinet, exactamque negat dimittere lucem.

Domus Sole ſemper illuminata.

Si quid Apellæi gaudent animaſſe colores,
Aut Polycletæo juſſum eſt, quod viuere cælo.

Picturæ, & ſtatuæ illuſtres.

- Nunc cerne jugum diſcentia ſaxa,
Intranteſque domos, juſſumque recedere montem.

Exſcindere montis latus ad domum excitandam.

- Semperque optare parati
Spargimus in caſus.

Auari ſimul, & prodigi.

- Dubio quem non in turbine rerum
Deprêndat ſuprema dies, ſed abire paratum.

Paratus ad mortem.

Non tibi ſepoſitas infelix ſtrangulat arca,
Diuitias. *Liberalis.*

- Monſtrataque reddere verba Tam facilis.

Pſittacus.

Inſertaſque manus laxo dimittere morſu.

Fera cicur. Elle fait ſemblant de mordre.

- Totas duxere in lumina frontes.

Font de grands yeux.

- Manſere animi, virtuſque cadenti.
A mediâ jam morte redit.
Animamque hoſtemque requirit.

Fera in pugnâ fortiter moriens.

- Sponte, ſibique
Imperioſus erat, tecum triſtiſque, hilariſque
- Nec vnquam
Ille ſuus, vultumque tuo ſumebat ab ore.

Vn Ours appriuoisé, qui careſſoit ſon maiſtre.

- Moriens ſolitò ſublimius ora leuauit,
Heu! miſero fatale fauens.

Moriturus reſpexit dominum.

Et ſi quà patet, aut diem recepit
Sertis mollibus expleatur vmbra.

Vmbroſa via conſita arboribus.

EX LIBRO TERTIO.

- Hirtaque dumis
Saxa, nec vlla pati faciles veſtigia terras.
Loca horrida, & inacceſſa.
- patulâ defendimus arbore Soles.
Nous nous mettons à l'ombre.
- Mihi pauper, & indigus vni.
Il donne à tous horſmis à moy.
- Coquitur pars vuida terræ
Protectura hyemes, atque excluſura pruinas.
Des tuilles.
Indomituſque ſilex curuâ fornace liqueſcit.
De la chaux. Vel fuſilis ſilex olim in vſu.
Et ſaxa negantia ferrum. *vel* Saxa rigentia ferro. *Vn roc.*
Sæuit vbi è puppi longo clamore magiſter,
Diſſipat amplexus, atque oſcula fida reuellit,
Nec longum charâ licet in ceruice morari.
Vn embarquement.
- Fugit ecce vagas ratis acta per vndas
Paulatim minor, & longè ſeruantia vincit
Lumina, tot gracili ligno complexa timores.
Soluit è portu nauis vehens amicum.
- Atque hoc iterum ſtantes in littore, &c.
- Aliáſque rogabimus auras. *Pro reditu.*
Zeugma Latinæ Pacis iter.
Via à Romanis, ad Perſas amicos.
- Corde nefas tacitum, feſſique ſenectus
Longa patris.
- Animæque ſupremum Frigus amat.
Impiè optans patris mortem.
Domum præcelſa Intrauit fortuna gradu.
Fortunatiſſimus.
- Feſtinantia ſiſtens Fata. *Medicus.*
- Philomela penates

Circuit amplectens, animamque in pignora transfert. *Philomela, cui rapti pulli.*

EX LIBRO QVARTO.

- Greſſus populi vias grauantes,
Et campos iter omne detinentes.
Mauuais chemins.
Rodebatque rotas maligna tellus,
Et plebs in mediis Latina campis,
Horrebat mala nauigationis,
Nec currus agiles. *Viæ difficiles.*
Qui me vallibus auiis refuſum,
Et ripas habitare neſcientem
Recti legibus aluei ligaſti.
Fluuium effuſum in alueum reuocare.
- Exue curis
Pectus, & aſſiduo temet furare labori.
Animum laxa.
- Major poſt otia virtus. *Quies auget vires.*
- Nunc volucrum noui
Cantus, inexpertumque carmen,
Quod tacitâ ſtatuêre brumâ. *Ver redit.*
- Viuant quod marmora cælo.
Statuæ marmoreæ.
- Polycletæis viſum eſt ſpirare caminis.
Statuæ æreæ.
Dalmatæ montes, vbi Dite viſo
Pallidus foſſor redit, erutóque
Concolor auro. *Foſſores auri, pallidi.*
- Si ludere, Grype, perſeueras,
Ludis. *Nimij ſales ſunt moleſti.*

EX LIBRO QVINTO.

Sic auferre rogis vmbram conatur, & ingens
Certamen cum morte gerit, curaſque fatigat
Artificum, inque omni te quærit amare metallo. *Imagines plures demortui ſeruat.*

- Grauibuſque oculis vxorius inſtat
Imber. *Vir flens vxorem ſuam.*
Qui morum caruere bonis, falſóque potentes
Laudis egent veræ. *Qui adulatione ducuntur.*
- Vitámque impendere famæ.
Pro pudicitiâ mori.
- Tenor idem animo, moréſque modeſti,
Fortuna creſcente, manent.
Non ſuperbit ex diuitijs.
Quiſnam impacatâ conſanguinitate reuinxit
Fortunam inuidiámque Deus.
Inuidetur potentibus.
- Oculiſque nouiſſimus horror,
Obtuſæque aures, niſi cùm vox ſola mariti
Noſcitur; illum vnum mediâ de morte reuerſa
Mors videt.
Vxor moriens vnum maritum audiens ex voce.
- Anguſtis animus robuſtior annis
Succumbitque oneri, & mentem ſua non capit
ætas. *Iuuenis ſupra ætatem ſapiens.*
Nondum validæ tibi ſigna juuentæ
Irrepſere genis, & adhuc decor integer æui.
Nondum habet barbam.
- Vexantémque Ilia nudo
Calce ferocis equi, vultu, dextrâque minacem
- Stupuit, armatúmque putauit.
Agitans, & impellens equum ſine calcaribus.
- Seu voce ſolutâ
Spargere, & effrenes nimbis æquare profatus.
Vn torrent d'eloquence.
Excidit, & mediis miſer euigilauit in vndis.
Dormiens in aquam cecidit.
- Rapitur &c. in certamina -
Vix implenda viris, laudum feſtina.
Supra ætatem fortis.

Non vulgare loqui, & famam ſperare ſepulchri. *Qui bene ſcripſit.*

- Raperis genitor non indigus æui,
Non nimius. -Et digne videre me ſimilem.

Ny trop ieune, ny trop vieux.

EX LIBRO I. THEBAÏDOS.

- Trepidum ſi Martis operti
Agricolam, infandis condentem prælia ſulcis.

Cadmus.

- Miſerâque oculos in matre reliquit.

OEdipus ſibi oculos eruit, vbi vidit ſe matrem duxiſſe vxorem.

- Geminis vix fluctibus obſtitit Iſthmos.

Ionio, & Ægeo mari.

- Nec cura merum committere gemmis,
Atque aurum violare cibis: ſed nata poteſtas
Armauit fratres, pugna eſt de paupere regno.

- Furiis ingentibus emptum
Oedipodæ ſediſſe loco.

Fratres de Regno Oedipodis certant.

- Affatu comis, & patientior æqui;
Quid mirum? tu ſolus eras.

N'auoit point de contrepoids.

- Veniam donec pater ipſe ſedendi
Tranquillâ iubet eſſe manu.

Pater filios ſedere jubet.

- Iam ſomnus auaris Inſerpit curis.

Grande enuie de dormir.

- Ventis vt decertata reſidunt
Æquora, laxatiſque diu, tamen aura ſuperſtes
Immoritur velis. *Finis tempeſtatis.*

- Gorgon languentiáque ora
Pæne mouet, viuóque etiam palleſcit in auro.

Meduſa depicta moriens.

- Fruſtraque ſonantia laxant

Ora canes, vmbramque petunt, & nubila latrant. *Canes Ganymedis rapti.*
-- Suadetque leues caua fiſtula ſomnos,
Et pecori commune ſolum.
Paſtor fiſtula canens.
EX LIBRO SECVNDO.
- Primæque modeſtia culpæ
Confudit vultus. *Pudor.*
- Cui gratior, aut plus de Ioue. *Pallas.*
Iura ferens populo trans legem, & tempora regni Iam fratris de parte dabas.
Arrogabat ſibi, fratri debitum regni tempus.
- Fractóſque in vulnere dentes.
Canis lapidem mordens.
- Sæpe aſpera paſſum
Vulnera, ſed nullum vita in ſecreta receptum.
Sine vulnere lethifero.
Ille oculos etiamnum in morte natantes
Siſtit. *Oculi hominis morituri.*
EX LIBRO TERTIO.
- Scelerìſque patrati
Supplicium exercent curæ.
Le remors de conſcience.
Peſſimus in dubiis auſus timor.
Timor majora fingit.
-Extremiſque animæ ſingultibus errans
Alternus nunc ore venit, nunc vulnere ſanguis.
Vulneratus in pectore.
- Voſne illa potentia matris,
Vos vteri fortuna mei! *Mater filios alloquens.*
Hoſpes in Aonios iecit ſua ſemina ſulcos,
Vnde noui fœtus, & formidata colonis
Arua ſuis.
Milites Cadmi ex ſatis dentibus Draconis.
- Crudele rubebitis amnes. *Multa cæde.*

- Clypeique cruenta
Lux rubet, & Solem longè ferit æmulus orbis. *Sol clypeum illuminans.*

- Cuncti vocemque, animámque premebant. *Præ metu.*

- Clypeóque receptum
Lædit in amplexu.
Armatus complectens inermem.

Armauitque in nube manum.
Iupiter fulmine armatur.

- Fibris, pecudúmque in ſanguine Diuos
Explorat. *Per Extiſpicinam.*

- Quid craſtina voluerit ætas,
Scire nefas homini. *Incerti mortalium caſus.*

- Nulla modeſtia voti.
Immoderata vota, & nimia.

- Gladios in ſæua recuruant
Vulnera, & attrito cogunt iuueneſcere ſaxo.
Acuunt enſes.

- Virtus mihi numen & enſis Quem teneo.
Primus in Orbe Deos fecit timor.
Ita loquitur impius.

EX LIBRO QVARTO.

- Anguſtum cogebat limine verno
Longiùs ire diem. *Æquinoctium vernum.*

- Certamina fortes
Præueniunt, timidiſque etiam breuis addita virtus. *Fortes exemplo ſuo incitant ignauos.*

- Fugientia carbaſa viſu
Dulce ſequi, patrióſque dolet crebreſcere ventos. *Nauis quâ ſibi charus ferebatur.*

- Serpens primo ſiccauerit ora veneno.
Quem primùm momorderit.

- Notiſque decorum Vulneribus.
Plagæ illuſtres.

- Perfectáque viuit in auro Nox Danaï.

Imago aurea.

- Fuluo moriens ignefcit in auro.

Hydra imago aureâ.

Velatum geminæ dejectu Lyncis.

Des peaux en houſſe.

- Quercus, Laurique ferebant
Cruda puerpera-
Et fœtâ viridis puer excidit orno.

Prima hominum natiuitas.

- Tenebraſque ſagaces Tyreſiæ. *Vatis cæci.*

Poſt conſanguineas acies, ſulcoſque nocentes,
Eruit ingentes infelix terra tumultus.

Milites Cadmi.

- Manus omnis in armis,
Omnis & in capulo.

Tout le monde met la main à l'épée.

Nunquam in ripis audax fluuius.

Qui ne déborde jamais.

Quanquam expleta ſitis, bibitur tamen.

Ebriosi.

EX LIBRO QVINTO.

Agmina linquebant ripas, amnemque minorem. *Totus biberat exercitus.*

- Illæ clangore ſequaci
Vmbra fretis, aruiſque volant. *Grues.*

Lucus opacat humum, niger ipſe, ſed inſuper agros
Mons premit, & geminâ pereunt caligine Soles. *Lucus ad radicem montis.*

- Qualis cum cerua cruentis
Circumfuſa lupis, nullum cui pectore molli
Robur, & in volucri tenuis fiducia curſu,
Præcipitat ſuſpenſa fugam, jamjamque teneri
Credit, & illuſos audit concurrere morſus.

vel dentes. *Cerua ferè capta à lupis.*
- In nullis ſperat Deus integer extis.
Victimis aliquid deeſt.
Pone adigit coſtas, donec ſua pectora ferro
Tangeret; is demum ſceleris modus.
Complexum hoſtem tranſverberat.
- Impia terræ
Infodiunt ſcelera, aut feſtinis ignibus vrunt.
Cæſos, humant aut comburunt.
- Vultu galeas intrare ſoluto
Non pudet audaces. *Oſculari armatum.*
- Et tardâ quamuis ſe mole ferentem,
Vix curſu tener æquat Hylas.
Puer virum ſequens non paſſibus æquis.
- Verba ligatis Imperfecta ſonis.
Verba puſionis.
Riſus & murmura ſoli Intellecta mihi.
Matri ſoli nota verba pueruli.
Fortior ille malo, lacrymaſque inſana reſorbet
Ira patris. *Pater in filij ſui morte conſtans.*

Ex Libro sexto.

- Ingens lacrymis honor, & miſeranda voluptas,
Muneráque in cineres annis grauiora feruntur,
Armáque majores expectatura lacertos.
Magnifica pueri exequiæ.
- Lucoſque oſtendite Phœbo.
Succidite ſyluam.
- Situ vix expugnabile robur. *Diù durans.*
Audax abies. *Nauibus apta.*
- & odoro vulnere pinus. *Ob reſinam.*
- primo fraudatus lacte juuencus,
Cui trepidæ vires, & ſolus ab vbere ſanguis.
Vitulus tenellus.

- Spoliata parens vacuos interrogat agros.
Vacca orba vitulo mugit

Summæ caſſidis vmbras- *Le panache.*

Io poſt tergum jam prona, dolorque parentis.
Mutata in vaccam.

- Stupuere relicta
Nubila certantes, Eurique, Notique ſequuntur. *Equi incitatiſſimi.*

- Ille etiam ferus, indociliſque teneri,
Ille ibit, minus ipſe voles. *Vn ieune poulain.*

Nolentéſque teri Zonæ. *Inhabitabiles.*

- Stant vno margine clauſi
Speſque, audaxque metus.
Fluctuant inter ſpèm & timorem.

- Compreſſæ transfumat anhelitus iræ;
Stare adeò miſerum; pereunt veſtigia mille
Ante fugam, abſentémque ferit grauis vngula campum. *Equus generoſus, ſtare loco neſcit.*

Emiſſos videre, atque agnouere Pelaſgi,
Et jam rapti oculis. *Velocitas equorum.*

Is furor in laude. *Vincendi ardor magni fit.*

- Rigidumque latus, fortéſque lacertos
Conſulit. *Attollit lapidem.*

Lucis egente manu. *Cæcus.*

Obſtupuere animis, fecitque ſilentia terror.
Ex timore tacent.

- Tuto procul ora receſſu
Armorum in ſpeculis, aditúſque ad vulnera clauſit. *Il eſt ſur ſes gardes.*

Doctior hic differt animum, metuénſque futuri, Cunctatus vires diſpenſat.
Cautus gladiator, & ſagax.

- Ille nocendi
Prodigus, incautuſque ſui ruit omnis, & ambas

Conſumit ſine lege manus, atque irrita frendet
Inſurgens, ſeque ipſe premit.
Nimis feruidus gladiator.
Os cauet interdum nutu, capitiſque citati
Integer obſequio. *En détournant la teſte.*
- Grandibus altè
Iuſurgens humeris, hominem ſuper improbus exit. *Procerus homo.*
- Subdit amor ſtimulos, & vulnera ſanat.
Taurus ob vaccam pugnans.
- Cœptis non eualuere potiri,
Fruſtratæ breuitate manus.
Paruus inuadit maiorem.
Tunc altè librans inopinum ſponte remiſit,
Obliquumque dedit, procumbentémque ſecutus. *In luctâ.*
- Sic omnia caſu
Fecimus, & vires auxit fortuna nocendi.
Pugna nocturna.
EX LIBRO SEPTIMO.
Geminumque tenens diſcordia ferrum.
Quod inter plures diuidit.
Tempeſtas æterna plagæ, prætentáque cœlo
Agmina nimborum, primique Aquilonis hiatus. *Zona frigida.*
Vt ſi quando ruit, debellatáſque reliquit
Eurus aquas; pax ipſa tumet, pontumque jacentem Exanimis jam voluit hyems.
Finis tempeſtatis.
- Defigere Delon, & imis
Commendare fretis. *Quæ antea errabat.*
Ille metum condens, audire expoſcit, & odit
Narrantem. *Audiens Rex malum nuncium.*
- Difficiles excludere vulnera peltas.

Facilè perforandus.

Hîc pater, hîc genitrix, hîc junctæ ſtirpe ſorores

Hîc erat & frater, cerne; en vbicumque nefandus Excidium moliris auis.

Polynices Thebas obſidens.

-properatur in hoſtem More fugæ.

Perturbata eruptio.

-Aſt vbi ductor

Taurus iit, fecitque vadum, tunc mollior vnda,

Tunc faciles ſaltus, viſæque accedere ripæ.

Vbi Taurus præceſſit in fluminis tranſitu.

-Nec longa labor munimina durus

Addidit; ipſa loco; mirum! natura fauebat:

In vallum elatæ rupes, deuexáque foſſis

Æquora, &c. Cætera dant ipſi.

Munitio naturalis arte perfecta.

Iocaſta portis-

Egreditur magnâ cum majeſtate malorum;

Hinc atque hinc natæ, melior jam ſexus, aniles

Præcipitantem artus, & pluſquam poſſet euntem Suſtentant.

Nupſi equidem, peperique, nefas! ſed diligo tales. *Iocaſtæ aduentus, & verba.*

- Prædam videt, & ſua vulnera neſcit.

Il va teſte baiſſée.

Haſta, Obuia vix ſonuit clypeo, & jam terga reliquit.

Celerrimè tranſverberans telum.

Certus & ipſe necis; vires fiducia lethi

Suggerit. *Vn deſeſperé.*

-Madidus ſtat temo, rotæque

Sanguine difficiles, & tardior vngula foſſis

Vulneribus. *Currus actus per cadauera.*

EX LIBRO OCTAVO.

- Iratuſque omnibus vmbris *Pluto ferox.*

Ede nefas quod mirer ego, inuideantque ſorores. *Ita Pluto.* *Maximum ſcelus.*

Non tumulo, non igne miſer, lacrymiſque meorum
Perductus, toto pariter tibi funere veni.

Amphiaraüs hauſtus terrâ ſic loquitur Plutoni.

- Si decidat hoſtis
Ire ſuper ſatis eſt, vitamque relinquere victo.

Humili parcendum.

Mœſta viris requies, & nox auctura timores.

Qui fuerant victi.

- Etiam mediâ de morte timendus.

Poſt mortem toruis oculis.

- Tyriam reptantia ſaxa
Ad chelyn, & duras animantem Amphiona cautes.

Amphion conditor Thebarum lyrâ ſuâ.

Seſe oneri, negat eſſe parem, cogique meretur.
Sicut Achemenius ſolium, &c.
Excepit ſi fortè puer, cui viuere patrem
Tutiùs - Nec ſceptra capaci
Suſtentare manu, nec adhuc implere Tyaram.

Incapax adminiſtrandi regni.

Concurrunt per inane ſudes, & mutua perdunt
Vulnera. *Occurrentes haſtæ.*

Caſus agit virtutis opus, nunc turba recedit,
Nunc premit, ac vicibus tellurem amittit, & aufert. *Anceps, & dubia victoria.*

Occultos galeis (ſæua ignorantia belli)
Perculerant. *Socij à ſocius caſi.*

- Nulloque manum cognouit in ictu.

Vir fortis ſe debilem agnoſcit.

- Nec

-- Nec prodidit ipſe,
Et vellet latuiſſe manum. *Vulneris authorem.*
-- Totis animæ ſe cogit in ictum
Relliquiis. *Grauiter vulneratus.*

EX LIBRO NONO.

- Exuerat vaginâ turbidus enſem,
Aptabatque neci. *Il ſe vouloit tuer.*
-- Conuulſæ cuſpide longè
Diffugere jubæ, patuitque ingloria caſſis.
Il rompt le panache.
- Nec vnquam Longiùs indulſit dextræ.
Il n'a jamais tiré ſi loin.
- Poſt & confecta virorum Fata time.
Aliquid timendum poſt mortem.
Siue gradum premeret, ſeu fræna effunderet -
Serrer, ou lâcher la bride.
- Quantùm Tendere conatus animæ valüere ſub vndis. *Tandis qu'il eut d'haleine.*
- A fluuio neutri fatale reuerti.
Duo ſe ſubmergentes.
-- Nec dum conamine adempto
Truncus in excelſis ſpectat ſua brachia ramis.
Adducenti ramum manus amputantur.
Iam vultu, jam crine latet, jam dextera nuſquam. *Abſorptus vndis.*
Mille modis lethi miſeros mors vna fatigat.
Multis modis morimur.
- Pedes repetit pugnas, greſſuque, manuque Certior. *Excuſſus eques, pugnat pedes.*
- Equos infelixque jugi concordia merſit.
Currus ſubmerſus.
- Indulgete, Sorores!
Veſtrum opus ire retro, & ſenium defendere famæ. *Muſæ dant vitam immortalem.*
- Animæ tota in penetralia mergit.

Lethale vulnus.

Omne vadum belli ſeries tenet.

Plein de corps morts.

Stipatus cædibus In ſi eta quære vias -

Miratur creuiſſe vadum, ſeſeque minorem.

Fluuius plenus cadaueribus.

- Quid faciat bellis obſeſſus, & vndis?

Nec fuga jam miſero, nec magnæ copia mortis. *Miles deprehenſus in vado.*

-- Nec tegmina membris

Vlla, omniſque patet letho.

Miles deprehenſus ſine armis.

Aſperat ora minis, ſed frontis ſeruat honorem

Ira decens. *Vultus iratus, ſed honeſtus.*

-- Cruda huic, feſtinaque virtus.

Generoſus juuenis.

Congreſſus dum nemo tuos, pugnamque minorem

Dignatur bellis, iramque reliquerit infra.

Puerilis fortitudo.

Sentit & exhauſtas humero leuiore pharetras.

Caret telis.

-- Et vtramque obliquus in vlnam

Cornua contingit mucrone, & pectora neruo.

Status jaculantis.

EX LIBRO DECIMO.

- Immeritæ ferro decreſcere gentes.

Bellis exhauſta.

Naues- Quas Deus, & caſus, tempeſtateſque gubernant. *Naues expoſita periculis.*

Et quæ pro timidis interceſſere tenebræ.

Nox prælium dirimens.

- Siccos minuunt in limine dentes.

Mordent limen.

- Dubius, mixtuſque ſopori; Annuit-

Et medio affatu verba imperfecta relinquit.

Dormitans.

Nox fœcunda operum, pulchræque accommoda fraudi. *In re militari valet nox.*

- Bellum jacet, & ſæuire poteſtas.

Il ne faut qu'égorger.

Laudo equidem egregij juuenes, pulchrâque meorum ... Seditione fruor.

Ad ſuos qui querebantur ſe non duci ad prælium.

- ſpectat ſua facta, doletque

Defeciſſe famem. *Lupus ſatur, ouibus caſis.*

Neſcius heu! rapitur fatis, hilariſque ſub vmbras

Vita fugit, mortiſque feræ lucrata dolores.

Caſus dormiens.

- Tibi dat vires nimius timor.

Ex timore audaciam collegit.

Immemores lethi, & tantùm ſua tela videntes. *Deſperati.*

Flent pueri, & flendi nequeunt cognoſcere cauſas;

Attoniti, & tantum matris lamenta timentes.

Pueri flent, matribus flentibus.

- Gloria tantùm,

Ventoſumque decus, tituliquè in morte latentes, *vel* jacentes. *Mortui laudati.*

- Pugnantibus idem Supplicibuſque furit.

Nemini parcit.

- Toto Ioue fulmen adactum. *Fulmen potens.*

Exuiturque animus. Si tardiùs artus

Ceſſiſſent, potuit fulmen meruiſſe ſecundum.

Ægrè vno fulminis ictu interfectus.

EX LIBRO VNDECIMO.

- Hortator Mauortis. *Tubicen.*

- Sed tum miſeris dabat vtile ſignum.

Il ſonnoit la retraitte.

Suadebatque fugam, & tutos in caſtra receptus. *Idem.*

Iam gelida ora tacent, carmen tuba ſola peregit. *Interſectus, dum tubâ perſonat.*

Durus adhuc, patienſque mali.

Æger nondum deploratus.

- Dicturuſque omnia, belli

Libertate, Creon.

Quia bellum libertatem dabat.

- Obnixi frangunt mala murmura dentes.

Il marmotte entre ſes dents.

Vmbrarum cuſtos, mundique nouiſſimus hæres. *Pluto.*

Bis caſſæ periere viæ, bis cominus actos

Auertit bonus error equos-

- Obliquis ceciderunt viribus haſtæ.

Concurrentes equites.

It præceps ſonipes preſſæ contemptor habenæ.

Il prend le frein aux dents.

- Coeunt ſine more, ſine arte;

Tantùm animis, irâque-

Fratris vterq; furens cupit affectare cruorem,

Et neſcit manare ſuum.

Etheocles, & Polynices congreſſi.

- Sed ſponte ruit, fraudemque ſupremam

In mediâ jam morte parat, vitæque labantis

Relliquias tenues odio ſuppleuit.

Moriturus frater, interficit fratrem.

- Sæuoque è limine profert

Mortem imperfectam-

Effoſſæ ſquallent veſtigia lucis,

- Lacrymæque per arida ſerpunt Vulnera.

Oedipus cæcus.

-Miſer heu! bellorum terminus; illi pugnarunt fratres. *Creon hæres regni Thebani.*

Tunc natam, baculumque manu dimiſit, & iræ Innixus.

Oedipus abſiciens baculum, & filiam.

-Pridem indomito ſub pectore feruet
Libertas miſera, & ſæuæ ſpes irrita mortis.

Nihil curans mortem.

Iam piger, & longo jacet exarmatus ab æuo,
Erigitur, meminitque ſui, vireſque peractas
Ingemit. *Miles annis effœtus.*

EX LIBRO DVODECIMO.

-Planctu pendente, & vbique parato.

In publico luctu.

Sæpe etiam hoſtiles (luſit fortuna parumper)
Decepti fleuere viros.

Ils ont pris leurs ennemis pour les leurs.

-Molles planctu creuere lacerti.

Dum ſe diuerberant.

-Bello cogendus & armis
In mores, hominemque Creon.

Il le faut ranger au deuoir.

Vadit atrox viſu, nec corde, nec ore paueſcens,
Atque nimis confiſa malis, propiorque timori.

Iocaſta deſperata.

Votum immane procis, ſpeſque auguſtiſſima regni. *Puella Regni hæres.*

Sternitur in vultus, animamque per oſcula quærit Abſentem.

Mater filios mortuos lugens.

-Retinet, jam certa tumentis
Spes vteri. *Quia pragnans erat.*

Iam lethale furens, atque audax morte futurâ.

Deſperatus.

-Nec tu diuinam Æneïda tenta,

Sed longè ſequere, & veſtigia ſemper adora.
Ita Statius de Virgilio.
EX LIBRO I. ACHILLEIDOS.
- Magnuſque tibi proludet Achilles.
Nous ferons noſtre apprentiſſage.
Plenaque materni referens præſagia ſomni.
Implens ſomnia.
- Domus ardua montem
Perforat, & longo ſuſpendit Pelion arcu.
Domus Chironis in monte Pelio.
Pharetræ inſontes. *Vierges.*
Qui n'ont fait mal à perſonne.
- Largoque ſerenat. Igne domum.
Il fait vn bon feu.
Nec dum prima nouâ lanugine vertitur ætas.
- Et plurima vultu Mater ineſt.
Adoleſcens ſimilis matri.
Catulos aſportat, & incitat vngues.
Il fait paroiſtre les ongles des petits Lions.
- Auidis circumligat vlnis,
Iam grauis amplexu, jamque æquus vertice matri.
Achilles grandior pendens ex collo Tethidis.
Fila mouet, breuiterque expertas pollice chordas Dat puero.
Il luy donne le Lut tout monté.
- Impar tibi nate genus, præcluſaque lethi
Tantùm matre via eſt.
Ex matre Dea, patre homine.
- Admoto non ceſſat comere tactu.
Luy paſſa la main ſur la teſte. Le flatte.
- Arcanaque munera figit
Auribus. *Il luy dit vn mot à l'oreille.*
- Raptum ſuperis Mars efferat aurum.
Mars en dore ſes armes.

- Tenuantque humentia ſaxa
Attritu. & nigris acuunt mucronibus iras.
Aiguiſer vne épée.
- Tyrſo parcente ferit. *Sans luy faire mal.*
Surgentemque vterum, atque ægros in pondere menſes. *Prægnans mulier.*

Ex Libro secvndo.

- Remis Zephyros ſupplere cadentes.
Aller à la rame, faute de vent.
- Pectique jubes, hominémque vereri
Edidicit, nullaſque iuit niſi juſſus in iras.
Leo cicur.
- Aſpernatúſque Tonantem Vi generum.
Agenor Europæ pater.
- Membra augere per artes. *Se former le corps.*
- Ferri properatus amor.
Trop ieune à la guerre.
Sæpe etiam primo fluuij torpore, jubebat
Ire ſuper, glaciemque leui non frangere plantâ. *Paſſer pardeſſus la nouuelle glace.*
- Nec duri tanto ſub teſte labores.
A la preſence de ſon maiſtre.

C. VALERIVS FLACCVS.

Ex Libro I. Argonavticon.

Eripe me populis.
Tirez-moy de la lie du peuple.
- Iam grauis & longus populi metus.
Diu acerbè regnans.
- Hortatur juuenes propiorque jubenti.
Imperat humaniter.
- Quos in flore juuentæ
Tentamenta tenent, necdum data copia rerum. *Dans les exercices, & Academies.*

-Lentóque ſequaces
Molliri videt igne trabes.
Ad fabricandas naues.
- Plenum certis interrogat aëra pennis.
Colligit Augurium.
-Tonſas in marmore ſummo Prætentant.
Ils ſe preparent à ramer.
Mors bona dum metus eſt, nec adhuc dolor.
Mors ſubita, neque præuiſa.
Vel pice, vel molli concludere vulnera cerâ.
Empeſcher que le vaiſſeau ne faſſe eau.
-Cùm flens Siculos Oenotria tellus
Perderet. *Cùm Sicilia ab Italia reuulſa eſt.*

EX LIBRO SECVNDO.

Noctiuagum qui carpit iter, non aure quieſcit,
Non oculis, noctiſque metus niger auget vtrimque
Campus, & occurrens vmbris majoribus arbos. *Noctu iter faciens.*
Dum vires vtero, maternáque ſufficit ætas.
Dum poteſt gignere.
- Bellator equus-
In læuos piger angitur orbes.
Exercer vn cheual.

EX LIBRO TERTIO.

-Paſſuque mouens Orichalca ſonoro
Tout couuert de clinquant.
- Iniqui
Nube meri, geminam Pholoën, maioráque cernens
Aſtra, ruit. *Ebrius Theſſalus.*
-Fixámque videt decreſcere cornum.
Transfixus telo.
- Triſtiſſima rerum
Caſtiganda duci, vultúque premenda ſereno.

Il doit faire bonne mine.

- Oriturque frementum
Remorum ſonus, & lætæ concordia vocis.

Remigatur ad fiſtulam.

- Intortis inſurgens arduus vndis
Percuſſit ſubito deceptum fragmine pectus,
Atque in terga ruens, &c.

Hercules remigando frangit remum.

- Potioribus ille
Deteriora fouens, ſemperque inuerſa tueri
Durus. *Malignus, oblectatur malis.*
Vt ſemel eſt auulſa jugis, ac matre peremptâ,
Fida miniſteria, ac duras obit horrida pugnas.

Haſta.

EX LIBRO QVARTO.

Ingentes humeros, ſpatioſáque pectoris oſſa
Protulit, horrendos toris informibus artus.

Homo lacertoſus.

Tenditur ille ingens hominum pauor, aruáque latè Occupat. *Caſus Amicus.*
-Ab excelſo meditantem vertice ſaltus,
Audentémque mori.

Elle ſe vouloit precipiter d'vn rocher.

-Baculo defertur ad vndas,
Veſtigatque ratem, oculóſque attollit inanes.

Cacus.

-Ipſóque ferens faſtidia viſu. *Turpis aſpectu.*
Et tonat afflictâ ſemper domus ignea maſsâ.

Vne forge.

-Flumineo ſic agmine frangit amari
Vim ſalis.

Danubius Euxinum Pontum dulcem efficit.

- Boreæ cedens glacialibus auris
Pontus, & exorta facilis concreſcere brumâ.

Pontus Euxinus facilè congelatur.

EX LIBRO QVINTO.

- poſitumque pheretro
Ingemuere, dies ſimul & ſuus admonet omnes.
Sepeliendo mortuum de morte cogitant.
Natorum flet parua manus, trepidique precantur
Duret vt inualidis, & adhuc genitoris egenis.
Pueri orantes pro ſalute patris.
- Dulci toties fraudata ſopore
Lumina. *Tot vigiliæ.*
- prius ignoti quàm dura cubilia ferri
Erueret, enſeſque daret, odia ægra ſine armis
Errabant, iræque inopes. *Ante vſum ferri.*
- Stetit illa parumper
Virgineo cunctata metu. *Pudore impedita.*
- Miracula Colchis
Struxerat Ignipotens, nondum noſcentibus illa. *Vaticinia in imaginibus depicta.*
- Me nuda fides, ſanctique potentia juſti
Huc tulit. *Me fiant à voſtre juſtice.*
- Qualemque dabat te fama, videmus.
Tel qu'on nous l'auoit dit.
- Multâ ſpirat coma flexilis aurâ.
Ses cheueux épars.

EX LIBRO SEXTO.

- Queîs turba canum non ſegnius acres
Exilit ad lituos, pugnaſque capeſcit heriles.
Canes cum ſuis dominis in bello pugnantes.
- Vmbram Fert abies obnixa genu.
La lance en arreſt.
- Vaditque virum vi Vadit equum.
Perce l'homme, & le cheual.
Inſonuit quæ lapſa ſolo, dextrámque fefellit.
L'épée luy échapa des mains.

- Ille diu conjectis ſufficit haſtis.

Omnes in illum jaculantur.

- Diramque retorquet
In ſocios, non ſponte, luem.

Currus falcati retroacti.

Quâ Deus, & melior belli reſpexit imago.

Où il y a de l'aduantage.

- Et modò ſæuo
Enſe, modò infeſtâ rareſcunt cuſpide pugnæ.

Vtitur in prælio, gladio & haſtâ.

Semivir, impubemque gerens, ſterilemque ſenectam. *Eunuchus.*

- Cuique cauâ ſupereſt de caſſide vultus.

Ayant hauſſé ſa viſiere.

EX LIBRO SEPTIMO.

- Spolium viuo Rege reportet. *Il l'a deſarmé.*

Si veniat miſerata quies, tum ſæuior ipſe
Turbat, agitque ſopor. *Somnus inquies.*

- Haud tales decet inclementia vultus.

Formoſa irata.

Nec quibus incipiat demens videt, ordine nec quo,
Quoue tenus, primâ cupiens effundere voce
Omnia. *Perturbata mulier locutura.*

- Clypeoque illiditur ignis
Frigidus, & viſo palleſcit flamma veneno.

Incantatus clypeus.

- Iamque ora premit, trahiturque, trahitque,
Obnixuſque genu ſuperat.

Iaſon luctatus cum Tauris.

Bellatrix tunc gleba quati, pariterque creari,
Armarique phalanx, totiſque inſurgere campis. *Milites ex dentibus Draconis enati.*

- Tellus quà proxima collo,
Nec dum humeri videre diem.

Capite tantùm è terra eminent illi milites.

EX LIBRO OCTAVO.

O vtinam ergo meus pro te non omnia poſſet,
Atque aliquid dubitaret amor.

Ita Medea Iaſoni.

Opus hoc imperfectum eſt.

M. VALERIVS MARTIALIS.

EX AMPHITHEATRO.

Vnáque jam totâ ſtabat in vrbe domus.

Ampla domus Neronis occupans totam pane Romam.

Reddita Roma ſibi eſt. *Eâ domo euersâ.*
Inque omni nuſquam corpore corpus erat.

Corpus omnino lacerum.

Quis neget eſſe ſatum materno funere Bacchum;
Sic genitum numen credite, nata fera eſt.

Ex fera caſa prodijt pullus.

Quis tantas liquidis artes inuenit in vndis?
Aut docuit luſus hos Thetis, aut didicit.

Natando ludere in aquis.

EX LIBRO I. EPIGRAMMATON.

An ideo tantùm veneras vt exires?

Nihil moratus.

Me manus vna capit. *Liber exiguus.*

Petit nuptias Maronillæ:
Illâ fœdius nil eſt; quid in illa
Appetitur, & placet? Tuſſit.

Breui moritura vxor.

Aliena quiſquis recitat, & quærit famam,
Non emere librum, ſed ſilentium decet.

Plagiarius verſuum.

Quis curam neget eſſe te Deorum,

Propter quem fuit innocens ruina.

Dominus, cadente domo, non oppreſſus.

Litigat, & podagrâ Diodorus, Flacce! laborat;
Sed nil patrono porrigit, hæc cheragra eſt.

Morbus in manu, non in pede.

Qui pinxit Venerem tuam, &c.
Blanditus puto pictor eſt Mineruæ.

Deformem pinxit Venerem.

- Tam ſæua pius miracula non tulit hoſtis.
Vrere quam potuit, contempto Mutius igne,
Hanc ſpectare manum Porſena non potuit:
Si non erraſſet, fecerat illa minus.

Mutius Scauo'a coram Porſena.

Omnibus inuideas, liuide, nemo tibi.

Abjectiſſimus.

Quid recitaturus circumdas vellera collo?
Conueniunt noſtris auribus illa magis.

Qui malos verſus malè recitat.

Quos velox leporum timor fatigat,
Dimittunt, repetunt, amantque captos,
Et ſecurior eſt in ore præda;
Hæc clementia non paratur arte. *Diuina eſt.*

Canes ludentes cum leporibus.

Pingue ſolum laſſat, ſed labor iſte juuat.

Labor cum prouentu.

Ex Libro ſecundo.

Sæpe domi non es, cùm ſis quoque ſæpe negaris.
Te tamen vt videam duo millia non piget ire:
Vt te non videam quattuor ire piget.

Ad eum qui fingebat ſe domi non eſſe.

Nos accumbimus otioſa turba.

In malo conuiuio.

Quare ſi ſpeculo, mihique credis,
Debes non aliter tenere riſum

Quàm ventum. *Mulier edentula.*
Si tua non rectus tecta ſubire potes. *Ebrius.*
- Leo dedidicit pacem, feritate reuerſâ.
Magiſtrum vorauit.
Hoſtem cùm fugeret ſe Fannius ipſe peremit:
Hîc, rogo, non furor eſt, ne moriare mori?
Præueniens mortem.
Sit nox cum ſomno. *Dormiam noctu.*
Ex Libro tertio.
Quintus amat Thaïda luſcam:
Vnum oculum Thaïs, non habet, ille duos.
Meretricem, ſtolidus.
Res ſalſa eſt bene olere, & eſurire.
Qui non cœnat, & vngitur, Fabulle!
Is verè mihi mortuus videtur.
Quia mortui vngebantur.
Vipera ſed cæco ſcelerata latebat in ore,
Viuebatque animâ deteriore fera.
Vipera in ore imaginis Vrſa.
Sirenas hilarem nauigantium pœnam,
Blandaſque mortes, gaudiumque crudele.
Cantu euocatos nautas vorabant Sirenes.
Comparata rictibus tuis ora,
Niliacus habet Crocodilus anguſta.
Homo patuli oris.
Videnſque quantùm noctuæ vident noctu.
Debilis viſus.
Eſſe negas coctum leporem, poſciſque flagella:
Mauis, Rufe! coquum ſcindere, quàm leporem. *Inuitator auarus.*
Ex Libro quarto.
-Laxatur nectare Cæſar,
Ingentique tenet pocula parca manu.
Sobrius Cæſar.
Diligat illa ſenem quondam, ſed & illa marito

Tunc quoque cùm fuerit, non videatur anus. *Votum pro conjugibus.*

Baianos ſedet ad lacus rogator.

Demande l'aumoſne.

Argentum tamen inter omne miror
Quare non habeas, Charine! purum?

Diues latro.

Nec ſuperi vellent hoc licuiſſe ſibi.

Veſuuij montis damna.

Aut vbi mors non eſt, ſi jugulatis, aquæ?

Puer glacie jugulatus.

Poſtquam bis decies tribuit Dea cæca, ſinúmque
Ruperunt nummi. *Factus eſt ditiſſimus.*

Qui potes inſidias dona vocare tuas.

Das parua, vt magna recipias.

Nullo fata loco poſſis excludere, cùm mors
Venerit, in medio Tibure Sardinia eſt.

Nullus locus morituro ſalutaris.

Hoc rus (ſeu potius domus vocanda eſt)
Commendat dominus. *Villa Martialis.*

Phœbumque cio, Muſáſque laceſſo.

Compono carmina.

Ex Libro quinto.

Ingenio qui Regis frueris propiore-
Et tibi naſcentes Domini cognoſcere cauſas.

Principi à ſecretis.

-Quod ſum non potes eſſe;
Tu quod es è populo quilibet eſſe poteſt.

Ita nobilis, diuiti.

- Liberalis eſt pauper. *Dat, vt accipiat.*

-Stygios non vult totus adire lacus.

Viuet in ſuis l bris.

-Miſerum credo, cui placet nemo.

Omnes faſtidiens.

- Feritas immota riget -
-Non eſſet arena
Tutior, aut poſſent fallere plana magis.
Pueri per boum capita decurrentes.
Extra fortunam eſt quidquid donatur amicis.
Quas dederis, ſolas ſemper habebis opes.
Dare amico, ſeruare eſt.
Artis Phidiacæ Toreuma clarum,
Piſces aſpicis, adde aquam natabunt.
Piſces in vaſe calati.
Inſerta phialæ Mentoris manu ductæ
Lacerta viuit, & timetur argentum.
Serpens in vaſe calatus.
Vituluſque inermi fronte prurit ad pugnam.
Coniſcat.
Tantis opibus vox tacet vna tibi.
Empta mors Ciceronis.
Quid proſunt ſacræ pretioſa ſilentia linguæ?
Incipient omnes pro Cicerone loqui.
Fruſtra impenſa pecunia.
Quid mirum toto ſi ſpargitur Orbe; teneri
Vno non poterat tanta ruina loco.
Pompeij in tribus Orbis partibus caſi,
& ſepulti.
Vinum tu facies bonum bibendo.
Vinum probabis.
Ex Libro ſexto.
- populiſque futuris
Succurris, naſci quos ſine fraude vetas.
Prohibens fieri Eunuchos.
Tot naſcentia templa, tot renata;
Plus debet tibi Roma, quod pudica.
Latâ lege in adulteros.
- Quæ fuerat vitâ contempta manente,
Funeribus facta eſt nunc pretioſa ſuis.

Formica incluſa electro.

-Qui te, Priſce! reliquit,
Viuit quâ voluit viuere parte magis.

Amicus, amicum.

-pauca cupit, qui numerare poteſt.

Vota mediocria.

-patrias laudes ſentiat eſſe tuas.

Imiteris patrem.

Lux ipſa eſt vbi longior, diéſque
Nullo tardiùs à loco recedit.

Locus illuminatus.

Munera magna quidem miſit, ſed miſit in hamo. *Dedit, vt acciperet.*

Si febres, &c. Langor, &c.
A vitâ meliore ſeparentur,
Infantes ſumus, & ſenes videmur:
Non eſt viuere vita, ſed valere.

Qui ægrotat, non viuit.

Vinum Phryx, oculus bibit venenum.

Ebrioſus lippus fit luſcus.

Cùm ſit Serpens in paterâ Myronis arte:
Vaticana bibis; bibis venenum.

Ob ſerpentem in vaſe cælatum.

Ex Libro ſeptimo.

Iuli Bibliotheca Martialis.

Qui me doces omnia.

Alter & alterius fiet vterque timor.

Duo deformes.

Inceditque gradu laborioſo
Quantùm cura poteſt, & ars doloris.

Simulat claudum.

Perdiderant jam vota metum, ſecuraque flebat
Triſtitia. *On ne craignoit plus rien.*

Decreuere greges, & cadit agna frequens.

Ob crebra ſacrificia.

Suſtulerat totam temerarius inſtitor vrbem,
Inque ſuo nullum limine limen erat.

Domitianus dejecit Tabernas.

- Iubes tenues, Germanice! creſcere vicos,
Et modo quæ fuerat ſemita, facta via eſt;
Nunc Roma eſt, nuper magna taberna fuit.

Idem.

Quiſquis vbique habitat, Maxime! nuſquam habitat. *Homo ſine hoſpitio.*

Delectas, Philomuſe! non amaris. *Facetus εἴρων.*

Eutrapelus tonſor dum circuit ora Luperci,
Expungitque genas, altera barba ſubit.

Tardus tonſor.

Vni mitteris, omnibus legéris.

Epiſtola diuulgata.

Ex Libro octauo.

Qui fingit ſacros auro, vel marmore vultus,
Non facit ille Deos, qui rogat ille facit.

Rogare Deos, eſt Deos facere.

- Vt teneat flammas, pœnâque fruatur
Fortis, & attonito regnet in igne manus.
Ipſe ſui ſpectator adeſt.
Nobile dextræ Funus amat.

Scæuola amburens manum.

Par domus eſt Cælo, ſed minor eſt domino.

Palatium Domitiani.

Cenſurâ ſpeculi manum regente.

Comere ſe ad ſpeculum.

Ex Libro nono.

Quidquid condidit manus Cælum eſt.

Templum à Domitiano factum.

Nemo ſuos (hæc eſt aulæ natura potentis)
Sed Domini mores habet.

Regis ad exemplum ſubditi conformantur.

- Fœcundam mortibus Hydram.

Hydræ capita renaſcentia.

Ex Libro decimo.

- Inter vndas garruli ſenis ſiccas.

Tantali ſitis.

Ampliat ætatis ſpatium ſibi vir bonus: hoc eſt
Viuere bis, vitâ poſſe priore frui.

Regustare præteritas voluptates.

Pictam Phaſelon adjuuante fert aura.

Secundo vento.

-Paſcit & lupos vernas.

Piſces in ſuis ſtagnis.

O Vinitores, Villicique felices!
Domino parantur iſta, ſeruiunt vobis.

Domini vix fruuntur villis ſuis.

Septima jam Phileros tibi conditur vxor in agro:
Plus nulli Phileros, quàm tibi reddit ager.

Septem vxorum maritus hæres.

Res non parta labore, ſed relicta. *Hæreditas.*

Somnus qui faciat breues tenebras.

Profundiſſimus, nec interruptus.

Summum nec metuas diem, nec optes.

Vir ſapiens.

Dum numerat palmas, credidit eſſe ſenem.

Iuuenis multarum palmarum.

Ferulæque triſtes ſceptra pædagogorum, ceſſent. *Vacent ſcholæ.*

Æſtate pueri ſi valent, ſatis diſcunt.

Quieſcendum pueris æſtate.

- Cujus vnum eſt -
Sed magnum vitium, quod eſt poëta.

Contra Poëtas.

Felix auriferæ, Colone! terræ.
Rectorem vacuo ſinu remittes,

Optabiſque moras, & exeuntem
Vero Dalmata gaudio ſequeris.

Bonus Prætor Dalmatiæ.

Intus habet lacrymas. *Cohibet.*

Ex Libro vndecimo.

Ardua res hæc eſt opibus non tradere mores.

Ex diuitiis facilè quis inſoleſcit.

Talpa eſt mihi foſſor, & arator,
In quo nec cucumis jacere rectus, &c.

Hortulus meus.

A pedibus didicere manus peccare proteruæ;
Non miror furem, qui fugitiuus erat.

Fugitiuus factus latro.

Nemo habitat gratis, niſi diues, & orbus apud te:
Nemo domum pluris Soſibiane locat.

Beneficia ſperans, dum benefacit.

- Quidquid pueros non ſinit eſſe truces.

Des friandiſes.

Ex Libro duodecimo.

Tu facis ingenium, tu ſi quid poſſe videmur.

Meus es Mecœnas.

- Sub Principe duro,
Temporibuſque malis auſus es eſſe bonus.

Nerua ſub Domitiano.

Fortuna multis dat nimis, ſatis nulli.

Non ſatiantur hominum vota.

Ingenti fruor, improboque ſomno.

Somnus profundior.

- Ruptâ cum pes vagus exit alutâ.

Cùm calcei effracti.

Et pereuntis aquæ fluctus vbique ſonat.

Aqua perennis.

Cui malus eſt nemo, qui bonus eſſe poteſt?

Mali ſunt improbandi.

- Verna,
Qui ſolus inopi præſtat, & facit turmam.
Qui n'a qu'vn Laquais.
Ex Libro decimo-tertio, ſeu Xeniorum.
- Inutilis vua Lyæo
Sed non potanti me ſibi, nectar ero.
Des raiſins ſecs.
- Amphora vilis aceti:
Eſſet cum vinum vilior illa fuit.
Acetum ex corrupto vino.
Ex decimo-quarto Libro, ſeu Apophoretorum.
- Tuta eſt gremio parua lucerna meo.
Dux laterna viæ. *Vne Lanterne.*
Frangere cum metuis, frangis cryſtallina, peccant Securæ nimiùm ſollicitæque manus.
Trop de ſoin nuit.
Longa ſatis nunc ſum, dulci ſed põdere venter
Si tumeat, fiam tunc tibi Zona breuis.
Zona.
- Volitant dum pondera diſci;
Eſte procul pueri ſit ſemel ille nocens.
Hyacintho caſo.
- Eurydicen ſed perdidit ipſe,
Dum ſibi non credit, nec patienter amat.
Orpheus uxorem reducem amiſit, dum aſpicit.
- Ad numerum rapidos qui colligit vngues.
Vne Haquenée.
Currant verba licet, manus eſt velocior illis;
Nondum lingua, ſuum dextra peregit opus.
Scriba diligentiſſimus.
EX EPIGRAMMATIS MARTIALIS
collectis à Pithœo.
De Gladiatoribus duobus.
- pugnauere pares, ſuccubuere pares.
Miſit vtrique rudes, & palmas Cæſar vtrique;

Hoc pretium virtus ingenioſa tulit
Contigit hoc nullo, niſi te ſub Principe, Cæſar!
Cum duo pugnarent, victor vterque fuit.
Ambo ab Imperatore rude donati, & palmâ.

De ferâ Cæſari ſupplice.

Cæſaris ante pedes ſupplex, ſimiliſque roganti
Conſtitit, & prædam non tetigere canes.
Numen habet Cæſar, ſacra eſt vis, ſacra poteſtas:
Credite mentiri, non didicere feræ.
Beſtiæ Cæſaris majeſtatem agnoſcunt.

De gente Flauia.

Flauia gens, quantùm tibi tertius abſtulit hæres!
Pæne fuit tanti non habuiſſe duos.

D. IVNIVS IVVENALIS.

Ex Satira prima.

Scriptus & in tergo nec dum finitus Oreſtes.
Ingens Poëma de Oreſte.
- Magni lectica Mathonis Plena ipſo.
Pinguiſſimus, & craſſiſſimus.
Exul ab octauâ Marius bibit, & fruitur Dîis
Iratis, at tu felix prouincia ploras.
Felicior in exilio, cùm ipſe prouinciam expilaſſet, ideoque damnatus eſſet.
- Spectare lacunar
Doctus, & ad calicem vigilanti ſtertere naſo.
Maritus diſſimulans libidinem ſuæ vxoris.
Aude aliquid breuibus Gyaris, & carcere dignum
Si vis eſſe aliquid; probitas laudatur, & alget
Soli impij & audaces, magni; ſtudioſi laudantur quidem, ſed egent.

Cujus ad effigiem non tantùm meiere fas eſt.
Statua viliſſimo homini poſita.
Ex Satira ſecunda.
Fronti nulla fides. *Facilè aſpectu deludimur.*
Qui vultu morbum inceſſuque fatetur.
Turpi morbo vexatus.
- Sed illos
Defendit numerus, junctæque vmbone phalanges;
Magna inter molles concordia.
Multi hoc faciunt. Facilè coëunt mali.
Diues erit magno cui dormit tertia lecto,
Tu nube, atque tace.
Qui habent vxores meretrices.
Dat veniam coruis, vexat cenſura columbas.
Minuti rei mulctantur, magni euolant ex judicum manibus.
Nemo repente fuit turpiſſimus.
Gradibus itur ad ſcelera.
- Cannis conſumpta juuentus,
Tot bellorum animæ. *Viri fortes.*
Ex Satira tertia.
- Tota domus rhedâ componitur vnâ.
Pauper familia,
quàm totam currus ferre poteſt.
- Viridi ſi margine clauderet vndas,
Herba, nec ingenuum violarent marmora tophum. *Fontes nondum veſtiti marmore.*
- Notæque per oppida buccæ.
Præcones, des Crieurs.
Charus erit Verri, qui Verrem tempore quo vult Accuſare poteſt.
Conſcij ſcelerum amantur.
Viſcera magnarum domuum, dominiq; futuri.
Paraſiti poſſunt omnia apud proceres.

- Quemuis hominem attulit ad nos.

Ardelionem. Vn fac totum.

Scire volunt ſecreta domus, atque inde timeri.

Quia accuſare poſſunt.

- Cum facilem ſtillauit in aurem
Exiguum de naturæ, patriæque veneno.

Callidus corruptor diuitis.

Quantùm quiſque ſuâ nummorum ſeruat in arcâ, Tantùm habet, & fidei.

Pecunia regnum.

- Contemnere fulmina pauper
Creditur, atque Deos, Diîs ignoſcentibus ipſis.

Pauperes impij creduntur, & à Diis tolerati.

Haûd facilè emergunt, quorum virtutibus obſtat Res anguſta domî.

Pauperes nunquam euehuntur.

- Vltra vires habitus nitor. *Trop braues.*

- Viuimus ambitiosâ
Paupertate omnes.

Simulanda inopibus diuitiæ.

- Vrbem colimus tenui tibicine fultam
Magnâ parte ſui. *Ruunt omnes domus.*

- Tabulata tibi jam tertia fumant,
Tu neſcis. *Domus excelſa, plena inquilinis.*

Nil habuit Codrus, quis enim neget? & tamen illud
Perdidit infelix totum nihil.

Pauper omnia perdens.

- Et meritò jam
Suſpectus, tanquam ipſe ſuas incenderit ædes.

Diuiti, combuſtâ domo, omnes donant, vnde ſuam reficiat domum.

Quanti nunc tenebras vnum conducis in annum?

Obſcurum cubiculum.

Eſt

Eſt aliquid quocumque loco, quocumque receſſu,
Vnius ſeſe dominum feciſſe lacertæ.

Il fait bon eſtre le maiſtre.

Plurimus hic æger moritur vigilando.

Magnus Romæ tumultus.

- Magnis opibus dormitur in vrbe.

Domus à ſtrepitu remota grandi pecuniâ conducitur.

Eripiunt ſomnum Druſo, vituliſque marinis.

Profundè dormientibus.

-Rimoſa, & curta feneſtris
Vaſa cadunt. Poſſis ignarus haberi,
Et ſubiti caſus improuidus, ad cœnam ſi
Inteſtatus eas; adeò tot fata, quot illâ
Nocte patent vigiles, te prætereunte, feneſtræ.

Emittuntur è feneſtris matulæ in capita tranſeuntium.

-Quibus
Somnum rixa facit. *Nocturnis ambulonibus.*

-Rixa;
Si rixa eſt, vbi tu pulſas, ego vapulo tantùm.

Pauper malè exceptus.

- & pugnis conciſus adorat
Vt liceat paucis cum dentibus inde reuerti.

Verberatus ſe ſubmittere cogitur.

Ex Satira quarta.

- Cùm fœdior omni
Crimine perſona eſt. *Vn homme fort décrié.*

- Potuit fortaſſe minoris
Piſcator, quàm piſcis emi. *Piſcis magni pretij.*

- Narrate puellæ
Pierides; proſit mihi vos dixiſſe puellas.

Sic Muſas ſuas irridet Poëta.

Sed deerat piſci patinæ menſura.

Grandior erat.

-Nec ciuis erat, qui libera poſſet
Verba animi proferre, & vitam impendere vero. *Liberè, & verè loqui.*
Montani quoque venter adeſt abdomine tardus. *Ventrioſus, & phyſcon.*
Qui nunquam viſæ flagrabat amore puellæ.
Cæcus luxurioſus.
- Semel aſpecti littus dicebat Echini.
Vne huitre. *Peritus Helluo.*

Ex Satira quinta.

Ventre nihil noui frugalius.
Natura paruo contenta eſt.
- Sordes farris mordere canini.
Manger du pain des chiens.
-Manus oſſea Mauri,
Et cui per mediam nolis occurrere noctem.
Maurus ſeruulus.
-Diues ſibi, pauper amicis.
Diues qui nihil donat.
- plurima ſunt quæ
Non audent homines pertuſâ dicere læna.
Inopibus aliqua non licent.
O nummi! nummi! vobis hunc præſtat honorem, Vos eſtis fratres.
Me fratrem vocat, qu'a diues ſum.

Ex Satira ſexta.

Cûm frigida paruas
Præberet ſpelunca domos, ignemque, laremque,
Et pecus, & dominos communi clauderet vmbrâ: *Primis temporibus.*
Multa pudicitiæ veteris veſtigia forſan,
Aut aliqua extiterant, vel ſub Ioue; ſed Ioue nondum Barbato.

Nondum Ioue potente peccare.
- Cùm furem nemo timeret
Caulibus, & pomis, & aperto viueret horto.
Aureâ ætate.
Ferre potes dominam ſaluis tot reſtibus?
Sans te pendre.
-Maritali jam porrigit ora capiſtro.
Il ſe laiſſe gourmander par ſa femme.
-Veniunt à dote ſagittæ, Libertas emitur.
Ob dotem fit imperioſa mulier, & libera.
- Adamas notiſſimus, & Berenices
In digito factus pretioſior.
Pulchra mulier, & cum gemmis.
- Si cum magnis virtutibus affert
Grande ſupercilium, numeratque in dote triumphos.
Nobili loco nata mulier, & ſuperba.
- Facies tua computat annos.
Te vetulam arguit.
Vberibus ſemper lacrymis, ſemperque paratis
In ſtatione ſuâ, atque expectantibus ipſam
Quo jubeat manare modo.
Mulieres cùm volunt lugent.
-Iram atque animos à crimine ſumunt.
Deprehenſa in crimine omnia audent.
- Sæuior armis
Luxuria incubuit, victúmq; vlciſcitur Orbem.
Romanos perdit Luxuria.
-Cùm jam vertigine tectum
Ambulat, & geminis exſurgit menſa lucernis.
Ebrius.
-Velut exhauſtâ rediuiuus pulluletarcâ
Nummus, & è pleno ſemper tollatur aceruo.
Quaſi pecunia nunquam decreſcat.
-Mollia ſunt quas

Oſcula delectant, & deſperatio barbæ.

Amant Eunuchos

-Magno gaudet ſudare tumultu.

Magnâ pompâ balneum ſubit.

Vna laboranti poterit ſuccurrere Luræ.

Garrula mulier.

-Taurea punit
Continuò flexi crimen, facinúſque capilli.

Ancilla ob malè comptam dominam cæditur flagris.

Tot premit ordinibus, tot adhuc compagibus altum
Ædificat caput; Andromachen à fronte videbis Poſt minor eſt.

Mulier, quæ procera videri cupit.

-Genus humanum damnat caligo futuri.

Ignorant futurum homines.

- Homines in ventre necandos
Conducit. Vexari vterum pueris ſalientibus.

Procurare abortum.

Morte viri cupiant animam ſeruare catellæ.

Plus amant catulum quàm maritum.

Ex Satira ſeptima.

- Facit verſus, atque vni cedit Homero
Propter mille annos. *Bonus Poëta, ſed recens.*

-Nec enim cantare ſinit, &c.
Paupertas; ſatur eſt cùm dicit Horatius ohé.

Iejunus & inops non eſt Poëta bonus.

Gloria quantalibet quid erit, ſi gloria tantùm?

Quid prodeſt honor, niſi habeas vnde viuas?

- Conuenit illis
Et ſtrepitu, & facie maioris viuere cenſus.

Faire paroiſtre qu'ils ſont riches.

Magiſter

- Arguitur quod læuâ in parte mamillæ

Nil ſalit Arcadico juueni.

Accuſatur magiſter, cuius diſcipulus eſt ſtolidus.

- Res nulla minoris
Conſtabit patri, quàm filius.

Pater negligens inſtitutionis filij.

- Authores nouerit omnes
Tanquam vngues digitoſque ſuos.

Sit doctiſſimus.

Ex Satira octaua.

-Miſerum eſt alienæ incumbere famæ.

Ducere tantùm gloriam ex ſuis maioribus.

Tota licet veteres exornent vndique ceræ
Atria; nobilitas ſola eſt, atque vnica virtus.

Virtus propria virum nobilem facit, non auita.

Phidiacum viuebat ebur.

Eburnea ſtatua elaboratiſſima.

Cernendum in primis ne magna injuria fiat
Fortibus, & miſeris.

Deſperatis inopibus; qui n'ont rien à perdre.

- Breue ſit quod turpiter audes;
Quædam cum primâ reſecentur crimina barbâ.

Emendetur juuenis.

Quanti ſua funera vendunt.

Gladiatores, vel milites ſtipendiarij.

Maiorum primus quiſquis fuit ille tuorum,
Aut paſtor fuit, aut illud quod dicere nolo.

Latro, adulter, ſicarius, &c.

Ex Satira nona.

-Quem tempore longo
Vexat quarta dies, olimque domeſtica febris.

Diuturna quartana.

- Lingua mali pars peſſima ſerui.

Seruus loquax.

- Obrepit non intellecta ſenectus.

Sans y penſer on deuient vieux.

Ex Satira decima.

-Nulla aconita bibuntur
Fictilibus, tunc illa time cum pocula ſumes
Gemmata, & lato Setinum ardebit in auro.

Venenum in auro bibitur.

- Et qui nolunt occidere quemquam,
Poſſe volunt.

Nocent, vt oſtendant quid poſſint.

-Qui nimios optabat honores,
Et nimias poſcebat opes, numeroſa parabat
Excelſæ turris tabulata, vnde altior eſſet
Caſus, & impulſæ præceps immane ruinæ.

De Sejani fortunâ, & caſu.

Ad generum Cereris ſine cæde, & ſanguine pauci
Deſcendunt, &c. & ſiccâ morte Tyranni.

Sæpe caduntur crudeles Principes.

-data ſunt ipſis quoque fata ſepulchris.

Etiam ſepulchra ipſa cadunt.

- I demens, & ſæuas curre per Alpes,
Vt populis placeas, & declamatio fias.

Finis Tragicus.

Vnus Pellæo juueni non ſufficit Orbis, &c.
Cùm tamen à figulis munitam intrauerit vrbem, Sarcophago contentus erit.

Alexander Magnus ambitioſus Babylone obijt.

-Mors ſola fatetur
Quantula ſint hominum corpuſcula.

Quales ſimus, apparemus in morte.

- Quidquid Græcia mendax
Audet in Hiſtoria. *Mendaces Græci Hiſtorici.*

- Conſtratum claſſibus iiſdem, &c.
Suppoſitumque rotis ſolidum mare.

Athos mons nauigatus, Helleſpontus junctus ponte.

-Epotáque flumina Medo
Prandente *Numeroſus exercitus:*
Sed qualis rediit? nempe vnâ naue, cruentis
Fluctibus, & tardâ per denſa cadauera prorâ.
Xerſis ex Græcia turpis, & calamitoſus reditus.
-Tetrum ante omnia vultum
Diſſimilémque ſui. *Facies fœda.*
-Iam læue caput, madidique infantia naſi.
Mucoſus.
Frangendus miſero gingiuâ panis inermi.
Caret dentibus.
-Clamore opus eſt vt ſentiat auris. *Surdus.*
Febre calet ſola. *Semper laborat febre.*
Perdidit ille oculos, & luſcis inuidet. *Cæcus.*
-Ad conſpectum cœnæ diducere rictum
Suetus hiat tantùm, ſeu pullus hirundinis.
Il luy faut mettre les morceaux en la bouche.
Senis deſcriptio.
-In luctibus Et nigrâ veſte ſeneſcunt.
Senes infelices.
Prouida Pompeio dederat Campania febres
Optandas; ſed multæ vrbes, & publica vota
Vicerunt.
Pompeius ægrotare cœperat ſub initium belli ciuilis.
-Iacuit Catilina cadauere toto.
Non reſecto capite.
Non licet eſſe viros. *Fiunt Eunuchi.*
Permittes ipſis expendere Numinibus quid
Expediat nobis, &c.
Charior eſt illis homo, quàm ſibi.
Dij norunt, quibus egemus, & nos amant.
Ex Satira vndecima.
-Quibus in ſolo viuendi cauſa palato eſt.
Guloſi.

Et citò caſurus, jam pellucente ruinâ.

Qu'on preuoit, qui va faire banqueroute.

-Quis enim te, deficiente crumenâ,
Et creſcente gulâ, manet exitus.-

Il s'en-va à l'Hoſpital.

-Ære paterno
Rebuſque immerſis in ventrem, fœnoris, atque
Argenti grauis, & pecorum, agrorumque capacem. *Helluo, qui omnia decoxit.*

-Digito mendicat Pollio nudo.

Ex Equite factus mendicus.

Sanguinis in facie non hæret gutta.

Pallet ſupra modum.

Hœdulus è toto grege mollior, inſcius herbæ, &c.

Qui plus lactis habet, quàm ſanguinis.

Hœdus tener.

-Dubiam facientia carmina palmam.

Homeri, atque Virgilij.

Totam hodie Romam Circus capit.

Romani tantùm vacant ſpectaculis.

Ex Satira duodecima.

-Denſæ cœlum abſcondere tenebræ
Nube vnâ. *Magna obtenebratio.*

Vrnæ cratera capacem. *Vn grand verre.*

-Vltima quando
Præſidia afferimus, nauem factura minorem.

Succiſo malo, omnibus deploratis.

I, nunc & ventis animam committe dolato,
Confiſus ligno, digitis à morte remotus
Quatuor, aut ſeptem, ſi ſit latiſſima tæda.

Periculum nauigantium.

Spes vitæ cum Sole redit.

Nauigantibus inter tenebras.

- Et dorſo ferre cohortes

Partem aliquam belli. - & euntem ad prælia turrim. *Turritus elephas, milites ferens.*

Ex Satira decima-tertia.

- prima eſt hæc vltio, quod ſe
Iudice, nemo nocens abſoluitur -

Conſcientiæ morſus.

- Peioraque ſæcula Ferri Temporibus.

Ætas pluſquam ferrea, & deteſtanda.

- Quorum ſceleris non inuenit ipſa
Nomen, & à nullo poſuit natura metallo.

Vn mal-heureux ſiecle, pire que celuy de fer.

- Nec turba Deorum
Talis vt eſt hodie. Paucis
Numinibus miſerũ vrgebant Atlanta minori
Pondere. *Pauci erant Dij.*

- Intrepidi quicumque altaria tangunt.

Perjuri, & Athei.

Committunt eadem diuerſo crimina fato;
Ille crucem pretium ſceleris tulit, hic Diadema.

Variæ ſortis improbi, felices, & infelices.

- Accepto claudenda eſt janua damno.

On ferme l'eſtable apres auoir perdu le cheual.

- Majore domus gemitu, majore tumultu
Planguntur nummi, quàm funera; nemo dolorem Fingit in hoc caſu -
Ploratur lacrymis amiſſa pecunia veris.

Lugetur pecunia, pluſquam mors parentum.

- Vbi tota cohors pede non eſt altior vno.

Pygmæorum natio.

- Diri conſcia facti
Mens habet attonitos, & ſurdo verbere cædit
Occultum quatiente animo tortore flagellũ.
Pœna autem vehemens -
Nocte, dieque ſuum portare in pectore teſtem.

Conſcientiæ ſtimuli, & morſus.

- Patitur pœnas peccandi ſola voluntas:
Nam ſcelus intra ſe tacitum qui cogitat, vllũ
Facti crimen habet.

Voluntas peccandi ſcelus eſt.

- Et ad omnia fulmina pallent.

Impij, & ſcelerati.

- Major imago
Humanâ turbat tacitum. *Il voit des eſprits.*

- Ad mores natura recurrit
Damnatos, fixa & mutari neſcia.

Ils retournent à leur peché.

Ex Satira decima-quarta.

- Citiùs nos
Corrumpunt vitiorum exempla domeſtica, magnis
Cum ſubeunt animos authoribus.

Cum filius videt patrem primarium virum peccantem.

- Iuuenes quibus arte benignâ
Et meliore luto finxit præcordia Titan.

Qui ſont de meilleur naturel.

Maxima debetur puero reuerentia, ſi quid
Turpe paras, nec tu pueri contempſeris annos.

Coram puero nihil turpe committendum.

Seruorum ventres modio caſtigat iniquo,
Ipſe quoque eſuriens. *Auarus ſibi, & alijs.*
Sed quo diuitias hæc per tormenta coactas?

- Manifeſta phreneſis,
Vt locuples moriaris, egenti viuere fato.

Auari hominis inſania.

Senſit Alexander, teſtá cum ſenſit in illâ
Magnum habitatorem.

Diogenem Cynicum in dolio.

Ex Satira decima-quinta.

Porrum, ac cæpe nefas violare, & frangere morſu.
O ſanctas gentes, quibus hæc naſcuntur in hortis Numina!

Ægyptij porrum, allia, & cæpe colunt vt Deos.

- Tardumque putauit
Expectare focos, contenta cadauere crudo.

Hominem viuum vorauerunt.

- Molliſſima corda
Humano generi dare ſe natura fatetur,
Quæ lacrymas dedit, hæc noſtri pars optima cenſus.

Homini à naturâ inſita eſt manſuetudo.

- Indulſit conditor illis-
- Brutis animantibus
Tantùm animas, nobis animum quoque-

Immortales ſumus.

Diſperſos trahere in populum.
- Laribus conjungere noſtris
Tectum aliud, tutos vicino limine ſomnos
Vt collata daret fiducia.
- Defendier iiſdem
Turribus, atque vnâ portarum claue teneri.

Societas humana, per quam condita Vrbes.

Ex Satira decima-ſexta.

- Diſſimulet, nec
Audeat excuſſos Prætori oſtendere dentes,
Et nigram in facie tumidis liuoribus offam,
Atque oculos medico nil promittente relictos.

Malè exceptus miſer à potentiori non audet conqueri.

SVLPICIA.

Ex Satira de ſtatu Reipublicæ tempore Domitiani, cum hic Philoſophos exegiſſet Vrbe.

- Nec qui pede fractus eodem
Fortiter iraſci didicit. *Scazon.*
Noſque jubet tacitos, & jam rationis egenos
Non aliter primo, quàm cum ſurreximus æuo.
Comme au commencement du monde.
Omnia bellorum terrâ quæſita, maríque
Præmia, conſilio, & molli ratione regebat.
Romanum Imperium olim optimè adminiſtratum.
Et ſtudia, & ſapiens hominum nomenque, genuſque
Omnia abire foras, atque Vrbe excedere juſſit.
Expulit Philoſophos Româ.
Romulidarum igitur longa, & grauis exitium pax. *Pax diuturna Romanis nocuit.*

C. PLINIVS.

Laſciua eſt nobis pagina, vita proba.
Scriptis ſumus, quàm vitâ nequiores.

C. SEPTIMIVS AFER.

Ex Carmine in Ianum.

Tuens Diue biceps, biformis. *Ianus Biceps.*
Rerum ſator, & Principium Deorum.
Maximus Deorum.
Cui reſerata mugiunt aurea clauſtra Mundi.
Claudis, & aperis annum.

Tibi vetus ara caluit.

Semper vt Deus honoratus es.

TERENTIANVS MAVRVS.

De Litteris.

Exempla ſolent ſenſibus admouere lucem.

Res videtur meliùs in exemplo.

Vocalis cum I latere ex vtroque coarctat.

Cum littera I. ponitur inter duas vocales, vt Troia.

H. Littera, ſiue eſt nota quæ ſpiret anhelum.

H. nota aſpirationis.

De Syllabis.

Moroſa intentio tum legentis debet eſſe.

Legendum attentè.

Artium parens, & altrix Græca diligentia eſt.

Græci artes inuenere, & excoluere.

Sed rudes ne prægrauentur, parciùs diſcriminant. *Magiſtri ſe accommodant rudibus, nec omnia diuidunt.*

De pedibus.

Nam neq; mors auidè nigros pandebat hiatus;
Nec vitam forti retinebant ſtamine parcæ.

Fluctuabam inter mortem, & vitam.

De Metris.

Vir doctiſſimus vndecunque Varro.

Omnibus diſciplinis excultus.

L. ANNÆVS FLORVS.

Ego nolo Cæſar eſſe,
Ambulare per Britannos,
Scythicas pati pruinas.
Nolo emere Imperium tot laboribus.

Reſpondit huic Hadrianus.

Ego nolo Florus eſſe,
Ambulare per tabernas,
Latitare per popinas,
Pulices pati rotundos.

Nolo tam turpiter viuere.

Venerunt aliquando roſæ; proh! veris amœni
Ingenium! vna dies oſtendit ſpicula florum:
Altera pyramidas nodo majore tumentes:
Tertia jam calathos: totum lux quarta peregit
Floris opus: pereunt hodie, niſi manè legantur.

Roſa naſcens, & moriens.

C. SVLPITIVS APOLLINARIS.

De Æneïde.

Infelix alio cecidit propè Pergamon igne;
Et pæne eſt alio Troia cremata rogo.

Cum addicta eſſet flammis Æneïs Virgilij.

A. *vel meliùs* LVCIVS SEPTIMIVS SEVERVS.

De agro.

Inquit amicus ager domino; ſere, plurima reddam:
Si bene mî facias, memini tibi ſoluere grates.

Ager ſeritur, & colitur cum fœnore.

Q. SEPTIMIVS FLORENS TERTVLLIANVS.

Ex Libro primo in Marcionem.

Fœdera naturæ tranſcendere -
Complexu infando ſexum maculare virilem.

Libido præpoſtera.

Fallere vult homines; quod non eſt, eſſe videri.
Hypocrita.

Ex Libro ſecundo.

Et roſeis ſertis haſtæ mucrone coperto.
Thyrſus.

Sanguine ſignantur poſtes & limina multo,
Immane auxilium.
In Ægypto ædes Hebræorum notatæ ſanguine eos incolumes præſtiterunt.

Paruulus, immanis; ſenior, puer, & iuuenis, vir. *Deus homo factus.*

Ex Libro tertio.

- Qui duro vulnere votum
Auſus, mercedem belli Deo dicere grandem,
Hic quia quæ non vult Dominus promiſerat amens. *Iephté votum de immolandá filiâ.*

Æmulus Ezechias populi correctōr inertis.
Qui Hebræos emendauit

Qui precibus bellum, non ferri cuſpide ſoluit.
Ezechias appetitus à Sennacheribo.

Nobilis Helias, qui nondum debita mortis
Guſtauit, quoniam rurſum venturus in Orbem eſt. *Helias raptus in Cælum, rediturus.*

Quem populus ſectum ligno, ſine labe repertũ,
Immeritum, demens crudeli morte peremit.
Iſaïas ſerra lignea ſectus.

Sed poſtquam quæ noluerant audire probauit.
Hieremias nimis veridicus vates.

Ablutor Chriſti, prior ille renatus ab illo.
S. Ioannes Baptiſtes.

Et comites, & Apoſtolici, qui vera locuti
Auribus audiuere, oculis videre ſalutem.
Apoſtoli teſtes αὐτόπται.

Conflati virtute viri. *Diſcipuli Apoſtolorum.*

Ex Libro quarto.

Authores ſceleris (facinus ne creſceret vltrà)
Extinxit, ſobolem patrum peccata ſequentem.

Suſtulit totam gentem.

Cauſa etiam Fidei rationis imagine major.

Fides eſt ſupra rationem.

- Populi ſub lege morantis. *Iudæorum.*
- Primuſque Sacerdos, *Chriſtus.*
Obtulit incenſum, precibus, non arbore natum. *Preces ſunt thura Chriſtianorum.*

Ex Libro quinto.

Si ſua, cur tam ſera petit ? ſi non ſua, quare,
Vt prædo, rapit?

Cum Deus aliquid tardiùs exigit.

- Vos falſo hominem ſine corpore corpus.

Datis Chriſto corpus phantaſticum.

In tenebris tremefacta dies cum Sole refugit,
Bis fuit vna dies. *Tenebræ Chriſto patiente.*

Ex Carmine de Iudicio Domini.

Qui ſermone tenus potuit protendere Cælum,
Et ſolidam verbo potuit ſuſpendere Terram.

Verbo vno creauit Cælum, & Terram.

Hinc nefas incautum, mors hinc quaſi ſemen in æuum
Spargitur, inque magis facinus percrebuit atrox. *Peccatum Originis.*

- Terra remugit
Parturiens populos. -
Omnis humus latis effundit hiatibus oſſa,
Viuenteſque patens populos eructat arena.

Mortui in fine Mundi ſuſcitandi.

Lux vbi clara, nitens, ſpiratque ſalubrior aura
Æternuſque dies, atque immutabile tempus.

Paradiſus.

Poſſe Deum nam velle ſat eſt, factumque loquendo

Implet. *Dei potentia.*

Ex Carmine de Sodoma.

Frænandis varium pluuiis mandauerat Arcum,
Purpureo, & viridi ſignantem nubila limbo
Iridis huic nomen, propria eſt, quæ fibula nimbis. *Arcus cæleſtis.*
- læſum Sodomis amittere ſexum.
- Connubia mixta
Incœſtu parili, generis natura rebellis
In ſeſe, læſumque viri cum corpore nomen.

Libido infanda, & prapoſtera.

- ſed fæmina conjux
Omnibus, & nunquam cuiquam niſi fæmina mater. *Idem.*
- Nubilis ætas
Virginitas in flore tumet, jam dedita meſſi,
Digna cupido viris. *Filia dua nubiles.*
Cum bicolor Cæli facies de nocte, dieque eſt.

Crepuſculum matutinum.

- Malè tum quoque legis
Fœmina non patiens, diuina ad munera Cæli,
Audaces oculos nequicquam ſola retorſit,
Nec habitura loqui, quod viderit:
In fragilem mutata ſalem -
- Stetit ipſa ſepulchrum
Ipſaque imago ſibi formam, ſine corpore ſeruans Durat adhuc -
Protinus ex ſeſe ſuggeſtu vulnera complet.

Vxor Lothi in ſtatuam Salis mutata.

- Iugera lætas
Autumni conantur opes; facilè optima ſeſe
Promittunt oculis Pyra, Perſica, & omnia Mala,
Donec carpantur; nam protinus indice tactum
Soluitur in cinerem, fit vana fauillaque pomũ.

Poma Sodomorum, pulchra aſpectu; intus cinerea.

- Bitumen
Exuſti fuligo maris, quod viuidus ardor
Subter ſtagna coquens, de ſulphuris, & ſalis æſtu
Temperat, inque picem dat terræ hærere marinam.
Inuehitur proprio cum tempore pingue crematæ
Virus aquæ, ſpumiſque cutis ſuper æquora nigra Texitur.

Bitumen lacus Aſphaltitis, ſeu Maris Mortui.

Cuncta illic immiſſa natant, natura receſſit
Mergendis data corporibus.

Nihil in la u Aſphaltite mergitur.

-Sodomûm, & Gomorûm ſignatæ in ſæcula pœnæ.

Propoſita pœna hominibus vrbes illa infames.

Ex Carmine de Ionâ & Nin'ue.

Nam quis ſubuerſæ menti metus? omnia vulgo
Pœnarum documenta vacant, vbi poſſidet error. *Ignorantia metum omnem expellit.*
-Dominus nullam jaculabitur iram,
Ni priùs admoneat, durataque pectora pulſet,
Præſagos agitans auguſtâ mente receſſus-

Deus puniturus peccatores ſemper eos admonet.

-Nec denique mirum
Si Dominum in terris fugiens, inuenit in vndis. *Ionas Deum fugiens, eum reperit.*
Egregias rapiunt tunc merces, atque onus omnes
Præcipitant, certantque pericula vincere damnis.

In tempeſtate proijciunt merces ſuas in mare.

-Tantóque in turbine portum
Solus habes. *Dormis in tempeſtate.*
-Nec ſors mentitur Ionam.
Sors cadit ſuper Ionam.
Quin date præcipitem cauſam, nauémque leuantes,
Vnum onus hoc magnum pelago jactate volentem. *Proijcite me in mare.*
Viuentemque dapem longam percepit in aluum;
Cumque viro Cœli rabiem, pelagique vorauit.
Sedata tempeſtas vbi piſcis vorauit Ionam.
Nauigat & vates alio ſuſceptus Ionas
Nauigio, fluctúſque ſecat ſub fluctibus imis,
Viſcera velificans animâ inſpirata ferinâ
Concluſus, neque tinctus aquis, maris intimus hoſpes. *Ionas delatus in ventre piſcis.*

Q. SERENVS SAMONICVS.

Ex Carmine de præceptis Medicinæ.
-Cupiunt properos abſcondere canos.
Tingere capillum.
Sylla- fœdo ſe vidit ab agmine vinci,
Et quidquid cerebri defendit ſylua capillo.
Sylla fut mangé des poux.
-Graui ſcabie correptos aſperat artus.
Il a la galle.
-Acerba libido. *Demangeaiſon de ſe gratter.*
-Tumor inſolitus typho ſe tollit inani.
Tumores in corpore.
-Cauſis etenim confectus agendis
Obticuit, cùm vox domino viuente periret,
Et nondum extincti moreretur lingua diſerti.
Hortenſius orator vocem perdidit.

-Tumidas injuſtè aſſurgere mammas.
-Caſtigatas ſtudium eſt præſtare papillas.
Mammæ nimis tumeſcentes.
-penitis hærens injuria lumbis. *La pierre.*
Obſeſſaſque vias vitæ concludit.
Empeſche la reſpiration.
-Nimio præceps vrina fluento;
-Veſtes obſcœno inficit imbre.
Il ne peut garder ſon vrine.
Quodque illis dederat vallum natura tuendis,
Inde inimica ſeges proprios deſæuit in orbes.
Pili palpebrarum incommodantes.
Ennius ipſe pater dum pocula ſiccat iniqua.
Nimis potat.
-Dilato tempore febris
Quæ ſpatium tibi dat, magis vt ceſſando calescat. *Quartana febris.*
-Alternis febris rediuiua diebus. *Tertiana.*

S. CÆCILIVS CYPRIANVS.

Ex Carmine in Geneſin.
Illicet irriguo perfundit lumina ſomno,
Molliùs vt vulsâ formetur fœmina coſtâ,
Atque artus mixtu gemino ſubſtantia formet.
Eua ex coſtâ Adami formata.
Gignitur hæc inter, pomis lethalibus arbos
Conjunctum generans vitæ, mortiſque saporem. *Arbor ſcientiæ boni & mali.*
Præcipitur duro diſcrimine ponere partum,
Seruitiumque ſui ſtudio perferre mariti.
Pœna Euæ, & omnibus fœminis inflicta.
Ex Carmine in Senatorem, de Chriſtiano factum Idololatram.
NamqueSacerdotes tunicis muliebribus iîdem

Interiùs ritum, cultu interiore fatentur;
Idque licere putant, quod non licet: vnde per orbem
Molliter incedunt, mollitâ voce loquentes.
Et proprium mutant vulgato crimine ſexum.
Iſidis Sacerdotes turpiſſimi.
Cur linquenda tenes, aut cur retinenda relinquis? Nilque colis dum cuncta colis?
Inconſtans in Religione.
Denique ſi ſedeas, requies eſt magna laboris;
Si multùm ſedeas, labor eſt.
-Semper nocet vtile longum.
Longior voluptas eſt incommoda.
Non erit in culpâ, quem pœnitet ante fuiſſe.
Pœnitentia culpam delet.
Ex Hymno de Paſcha Domini.
Arboris hæc ſpecies; vno de ſtipite ſurgit,
Et mox in geminos extendit brachia ramos:
Crux Chriſti.
-Mortemque mori qui poſſe docerent.
Apoſtoli.
Permutant animas, & mentes perdere auaras
Incipiunt, dulcique hominem cognoſcere ſenſu. *Sacris aquis eluti, & facti Chriſtiani.*
-Et ſe quæ poſſe negabant,
Pertulerant. *Chriſtiani paſſi pro Chriſto.*
-Puraſque à morte recudunt
Illuſtres animas, Cœlique ad limen ituras.
Pœnitentiâ ſibi cœlum aperiunt.

M. AVRELIVS OLYMPIVS NEMESIANVS.

Ex CYNEGETICIS.
-Ignemque jugalem,

Dotalemque ſimul nouit de pellicis aſtu
Semele fulmine cremata.
-Pater omnipotens maternos reddere menſes
Dignatus. *Bacchus factus* Διμήτωρ.
Cùm primum ſacros vultus, bona numina Terræ
Contigerit vidiſſe mihi. *Imperatores.*
Corporibuſque leues grauibus prænoſcere curſus.
E catulis grauiſſimi ex eâdem matre, leuiſſimi, & aptiſſimi ad venationem.
- Capitique decoro Altus honos.
Plurima ſe validos ceruix reſupinat in armos.
Nec pes officium ſtandi tenet, vngula terram
Crebra fecit, virtuſque artus animoſa fatigat.
Signa optimi equi.
Paret in obſequium lentæ moderamine virgæ;
Verbera ſunt præcepta fugæ, ſunt verbera fræni. *Vn cheual dreſſé.*
-Ire viarum Longa volunt.
Faire de grandes traittes.
-Latum fugâ conſumere campum-
Vn coureur.
Cùm pubeſcentes calamos durauerit æſtas,
Lacteñteſque vrens herbas ſiccauerit omnem
Meſſibus humorem, culmiſque armarit ariſtas. *Æſtate, maturâ jam meſſe.*
EX EGLOGIS.
-Verſuque bonus tibi fauit Apollo.
Bonus Poëta.
-primi ſuadet clementia Solis.
La fraiſcheur du matin.
Blanda tibi vultus grauitas, ſed mite ſerenâ.
Fronte ſupercilium, ſed pectus mitius ore.
Benignus & vultu, & animo.

-Simas tenero collidit pollice nares.
Il le fait camus.
Concauat ille manus, palmaſque in pocula vertit. *Il boit en ſa main.*
-Siccare liquorem
Lactis, & in niueas aſtrictum cogere glebas.
Tirer le lait & en faire du fourmage.
Donum forma breue eſt, nec ſe tibi commodat annus. *Ne dure pas toute l'année.*

T. CALPVRNIVS SICVLVS.

Ex Bvcolicis Eglogis.

Torrida quid ſolo defendimus ora galero?
Que ne nous mettons-nous à l'abry.
-Satis hoc mercedis habeto,
Si laudem victor, ſi fert opprobria victus.
Debattons par plaiſir.
Non minus arte meâ mutabilis induit arbos
Ignotas frondes, & non genitalia poma:
Ars mea nunc malo pyra temperat, & modo cogit,
Inſita præcoquibus ſubrepere Perſica prunis.
Enter des arbres.
-Blandè cui ſæpe canenti
Alluſere feræ, cui ſubſtitit aduena quercus.
Optimus cantor.
Tandémque legumina plenis
Vix reſonant ſiliquis, nec præfocata malignum
Meſſis habet lolium. *Magna fertilitas.*
Iam Sol contractas pedibus magis admouet vmbras. *Meridies.*
-Baculum premit incuruata ſenectus.
Senex cum baculo.

-Nidoſque reuerſa lutabit hirundo. *Vere.*
-Sequiturque vocantem
Credulus, & menſæ non improba porrigit ora.
Ceruus cicur.
-Adductum latus, excelſiſſima ceruix,
Terga ſedent, micat acre caput, ſine pondere ceruix;
Vngula quæ viridi ſic exultauit in aruo,
Tangeret vt fragiles, ſed non curuaret ariſtas.
Pulcher equus, & velox.
Audiat, aut dicat. *Qu'il ne m'interrompe point.*
-Illita porticus auro. *Toute dorée.*

LIBER

LIBER QVARTVS.

ACVTE DICTA POETARVM LATINORVM A CONSTANTINO MAGNO AD MAGNVM IVSTINIANVM.

ABLAVIVS IN CONSTANTINVM.

SATVRNI aurea ſæcla quis requirat?
Sunt hæc gemmea, ſed Neroniana.

Conſtantinus delectabatur gemmis, & Criſpum filium, & Fauſtam vxorem necarat.

Q. REMNIVS FANNIVS.

Ex Carmine de Ponderibus.

Angulus vt par ſit, quem claudit linea triplex.

Triangulus iſoſceles, ſeu æquilaterus.

Q

- Terræ, quas aduena Nilus inundat.

Ægyptus.

CÆLIVS LACTANTIVS FIRMIANVS.

Ex Carmine de Reſurrectione.

Paulatim ſubeunt ſtellantia lumina florum.

Flores apparere incipiunt.

Caudice deſecto lacrymat ſua gaudia palmes;
Vnde merum tribuat, dat modo vitis aquam.

Vitis vere lugens.

Ad cantus reuocatur auis, quæ carmine clauſo,
Pigrior hiberno frigore muta fuit.

Volucres tacent hyeme, vere canunt.

Æternæ noctis prælia craſſa cadunt.

Errores tolluntur.

Redde diem, qui nos te moriente fugit.

Tenebras Chriſto moriente.

Atque vetus vitium purgat in amne nouo.

Peccatum originis Baptiſmo tollitur.

Carmen de Phœnice non eſt Lactantij.

PVBLILIVS vel PVBLIVS OPTATIANVS PORPHYRIVS.

Ex Panegyrico ad Conſtantinum.

Vix locus hoc ſaltèm præbuit vnde venis.

Exilij locus hoc tantùm ſuffecit.

Inclyte famâ, Re melior.

Supra famam magnus.

Gloria cum ſæclo proceſſit candida miti.

Augetur tua gloria cum annis.

- Fœcundaque pectora noto
RiteDeo ſic mente vigent. *Colens verum Deum.*

-Gentes tibi junge volentes.

Quæ tibi ſe ſubdunt ſponte.

Heu! nimis ad cœlum properas.

Citiùs terras relicturus.

IVVENCVS PRESBYTER.

Ex Libro primo.

De Euangelicâ Hiſtoriâ.

Nec fuit his ſoboles jam tunc vergentibus annis:

Gratius vt donum jam deſperantibus eſſet.

Carebant prole Zacharias & Elizabeth.

-Numenque audiſſe ſupremum

Nutibus edocuit, miſeræ & diſpendia vocis.

Egreſſus eſt mutus, viſo Angelo.

-puerum quod cernere nobis

Iam licet, implentem gracili præſepia voce.

Puer jacet in præſepio.

Gens eſt Eoi, Phœbo orto, proxima Regni,

Aſtrorum ſolers, ortuſque obituſque notare.

Magi in Oriente Aſtrologi.

-Vix admiratio digna,

De pueri verbis, ſenibus fuit.

Chriſtus duodennis inter Doctores.

Ne vires Domini fidens audacia tentet.

Non eſt tentandus Deus.

-Marinis

Inſidias gregibus maculoſo innectere textu,

Vt vidit. *Piſcantes.*

Et Lunæ curſum comitata inſania mentis.

Lunatici.

Pacificos Deus in numerum ſibi prolis adoptat. *Pacifici filij Dei.*

Nec minus optati, quàm facti pœna luenda

eſt. *Cogitatio mala mulctabitur.*
Nil abſente Deo loquimur.
Semper Deus præſens.
- Nec durum erratis intendere pectus.
Nolle condonare proximo.
- Vbi condita res eſt,
Illic corda etiam ſimili ditione tenentur.
Vbi theſaurus, ibi cor.
Sæpe etiam noſtra eſt vox adnumerata Prophetis. *Prophetauimus.*
Sana miniſterium præbebat fœmina menſis.
Sanata Socrus Petri, eis miniſtrat.
Ex Libro ſecundo.
Iamque dies prono decedens lumine Pontum
Contigerat, furuamque ſuper nox æmula pallam
Sydereis pictam flammis per inane trahebat.
Nox erat.
Diſſectoque aperitur terra profundo.
In tempeſtate.
Nam nomen Legio eſt nobis, multoſque ſub vno
Nomine conſociat ſtatus vis ſola nocendi.
Legio Dæmonum in Energumeno.
Surrexit, lectumq; humeris jam fortibus aptat,
Paralyticus ſanatus, fert lectum ſuum.
- Comitemque ſuis adſciuit amicis.
Aggregat Apoſtolis.
Cernis lætitiæ jam defeciſſe liquorem.
Vinum.
- Sed noſtri dona liquoris,
Ardorem excludent æterna in ſæcla bibendi.
Qui biberit ex hac aqua, non ſitiet.
Elias quodam, quem turbine juſſa coruſco
Flammipedum rapuit ſimulatio quadrijugo-

rum. *Raptus igneo curru.*

Ille dies veteri poſcebat lege quietem:
Sabbata nam priſcis repetebant otia juſſis.

Dies erat Sabbati.

Siccata ex humero cui pondus inutile palma
Pendebat. *Habens aridam manum.*

Ex Libro tertio.

Arſerat illicito Herodes accenſus amore
In thalamos fratris.

Vxorem fratris ſui rapuerat.

- Reginæ filia Virgo
Alternos laterum ſinuans ſinuamine motus,
Compoſitas citharâ jungit modulante choreas. *Herodiadis filia ſaltatrix.*

- Aſſumuntque ſimul cum ſordibus eſcas.

Illotis manibus comedunt.

Nec numero quiſquam matres, pueroſque notauit. *Præter mulieres, & pueros.*

- Pleroſque hominum vis ferrea ſexu
Exuit. *Eunuchi facti ab hominibus.*

Diſcipuli celerem mirantur in arbore mortẽ.

Citò ficum aruiſſe.

Ex Libro quarto.

Ales vti molli ſolita eſt ſub corpore pullos
Obice pennarum circumcomplexa fouere.

Gallina fouens pullos.

Deflendæ tum ſunt vteri cum pondere matres.

Væ prægnantibus.

Hoſpitiumq; domus patuit mihi ſæpe vocato.

Suſcepit hoſpitio.

- Exciſam rapuit vi vulneris aurem.

Amputauit auriculam.

Informem rapuit ficus de vertice mortem.

Iudas ſe ſuſpendit.

E mortis ſeſe tenebris ad lumina vitæ

Cum terno Solis pariter remeare recurſu.
Suſcitandus poſt diem tertium.

MARIVS VICTORINVS AFER RHETOR.

De Fratribus Machabæis cæſis ab Antiocho Epiphane.

- Plus eſt, quod plura dolebis.
Cæſis filiis coram matre.
Miraturque, diu poſſit quod fæmina tantum.
Mulieris conſtantiam.
- Iam pectore nudo
Vbera protendens, natorum alimenta ſuorum.
Oſtendens filiis ſuis vbera.
Nec quod Rex juſſit, ſed quod Deus imperat audi. *Obſequere potius Deo, quàm Regi.*
- juuenis tacito mittebat murmure vocem
Oranti ſimilis. *Tacitè orabat.*
Conſentit cum mente color.
Vultus furentis inflammatus.
- Fingere tentas
Lætitiam, luctuſque tuos in gaudia vertis.
Fingis te non dolere.
Penituſque in pectore toto
Mens maneat jam plena Deo.
Confide Deo, & in eum reſpice.
Quò minor eſt ætas, major metus.
Timeo junioribus.
Quamuis laſſa parens per tot ſua vulnera. -
Aſpectu tot ſuppliciorum.
Tu potes in totum victricem reddere matrem.
Implere coronam matris tuæ, junctus tuis fratribus.

RVFVS FESTVS AVIENVS.

Ex deſcriptione Orbis terrarum.

Terrarumque trium modus eſt mare.

Mediterraneum

Tangit Aſiam, Africam, Europam.

- Vna furenti
Natura eſt Pelago, Pelagi ſed nomina mille.

Vnum mare ſub variis nominibus.

Hic denſata ſali ſtant marmora, pigráque Ponti
Se natura tenet; nunquam ruit effluus humor,
Mortuus hic Graio prohibetur gurges in vſu.

Mare glaciale non nauigatur.

- Hîc æſtu radiorum Phœbus anhelo
Arua coquit, ſterilis regio eſt, & inhoſpita latè
Arcet humus, caſſæque ſolo tenuantur arenæ.

Zona torrida.

Oceanus -
Innumeroſque ſinus cauat illabentibus vndis.

Sinubus terram aperit.

Vltima proceras ſubducit in aſtra columnas,
Hîc modus eſt Orbis. *Fretum Gaditanum.*
- Mediis infunditur oris
Irrepitque ſalum, ſcopuli ſtant ardui vtrimque
Sic deſecta freto procera cacumina celſis
Emicuere jugis, ſic intrant ſaxa profundum,
Sic ſubeunt nubes; ſic cælum vertice fulcit
Maura Abyla, & dorſo conſurgit Iberica Calpe. *Herculis Columnę Calpe, & Abyla.*
Donec arenoſas attollant æquora Syrtes,
Infidumque rati teneant mare: languida quippe

Æquore jam feſſo ſeſe trahit vnda per ambas.

Duæ Syrtes Major, & Minor.

- Iugis vbique

Mugitus pelago eſt, gemitu loca cuncta reſultant. *Mare fremit.*

- Marmora Nereî

Saxoſis Sporadum ſæpe obluctantia ripis.

Mare Ægæum.

Illic inſtabili fama eſt ſale ſaxa moueri,

Inferrique ſibi ſaxis vrgentibus oras.

Cyaneæ petræ mobiles.

- Nilus honorem

Telluri reparat, Nilus freta maxima pellit.

Nilus limum ferens, & repellens mare.

Prodidit obliquo Solem decurrere Cælo.

Obliquitas Zodiaci.

Prodigus herbarum ceſpes jacet.

Fertilis Ægyptus.

- Portus cauat ora frequentes.

Multos habet portus.

Auro fulta graui, niueo radiantia dente.

Templa auro, & ebore exornata.

Gens hic docta ſali tumido freta gurgite currit,

Inque procelloſos lembum conuertere fluctus

Ludum habet, & raucâ vitam producit in vndâ. *Peluſiotæ boni nautæ.*

Mutatæque manus planxerunt pectora ramis.

Sorores Phaëtontis mutatæ in Populos.

Æſarus hic amnis ſalſâ conuertitur vndâ.

Cadet in mare.

- Hicque periclis

Sæpe carinarum famoſa Ceraunia ſurgunt.

Montes Acroceraunij.

Iſthmi terga dehinc geminus circumlatrat

æſtus. *Iſthmus Corinthiacus.*
Hic quondam Python tranſactus arundine membra,
Sanguinis & caſſus prolixa volumina ſoluit.
Hic caſus ſerpens.
Hîc iter inſidum pelagi, miſerandaque fata
Inuoluere ſalo, fluctuque hauſere voraci
Sæpe rates. *Scylla & Caribdis in freto Siculo.*
Corcyra compta ſolum, locupleti Corcyra ſulco. *Amœna, & fertilis.*
Et opima Salamis. *Pinguis.*
Threſſáque conſurgit propter Samus.
Samothracia.
Cyclades accedunt Aſiam, Delumque coronant. *Cyclades Delo circumpoſita.*
-Et crebris loca calcibus vrgent. *Mænades.*
Nocte ſub inluſtri rota Solis fomite flagrat
Continuo, clarúmque diem nox æmula ducit.
In Inſulâ Thule dies perpetuus.
Protinus hæc ipſas abſorbeut fance carinas
Inuoluuntque ſimul mox monſtra vorantia nantes. *Cete abſorbent naues, cum nautis.*
Perſicus hinc æſtus fauces hiat. *Sinus Perſicus.*
Sed dum flectit iter nouus emicat, utque tumenti
Gens vicina ſubeſt, peregrinà vocabula mutat.
Varia Tauri montis nomina.
Et ſinus inde ſibi pelagus trahit.
Caſpium mare accipit aquas ab Oceano Boreali.
Durum à ſtirpe genus, placidæ gens neſcia vitæ;
Ignorant flauæ Cereris commercia, Bacchi
Semper inexpertes animam traxere ferinam.
His cibus, & potus ſimul eſt, nam ſanguine equino

Et lac concretum per barbara guttura ſorbent.

Maſſageta populi barbari.

-Herbæ viduus jacet vndique ceſpes
Fronde carens, nuſquam terras interſecat am-
-nis. *Scythia deſerta.*

-Sitit atrum dira cruorem
Gens hominum, & ſæuo paſcuntur pectora
bello. *Lycaones bellicoſi.*

Plurimus hinc intrat terras ſinus.

Crebri ſinus Lycia, &c.

-Hic voluit Pinarus æquor. *Multas aquas.*

-primi docuere carinis
Ferre cauis Orbis commercia, ſidera primi
Seruauere poli.

Phœnices primi mercatores, & nauta.

-Libanus frondoſa cacumina turget,
Et tamen his celſi certant faſtigia Templi.

Templum altius Libano monte.

-Felici terra recumbit Tota ſolo.

Arabia felix.

-Mutâ ſed degunt agmina famâ,
Et numerus cunctis inglorius.

Gentes multa ignobiles.

Hi vitam duris agitant in cautibus omnes,
Intectique artus erepunt ardua ſemper
Culmina ſaxorum; non ollis pabula in vſum
Terra parit; glebas arrodunt more ferarum
Iejunas herbæ, nec amicas frugibus vllis.

Eremba populi ſylueſtres.

-Solidarum denique more
Riparum ſtagni, facies inſerta quieſcit,
Inuectumque ſibi cohibens altrinſecus amnem
Stat diſcluſa palus: ſic Elidis incola Pontum
Disjicit Alphæus, pelago ſic inſerit vndas
Illæſum optatæ flumen ducens Arethuſæ.

Tigris permeans integer paludem Thoſpitem.

Non alium tantus rapit impetus.

Tigri nullus fluuius rapidior.

-Nihil indiga ſubtrahit ora
Diues humo tellus, diues jacet arbore ceſpes.

Meſopotamia fertilis, & vmbroſa.

-Domus Indo dente niteſcit. *Ornata ebore.*
Aurum tecta operit, ſola latè contegit aurum. *Palatium aureum.*

Attica qua pulchro tellus pingueſcit Iliſſo.

Attica irrigata fluuio Iliſſo.

Qui propter dumos, nemoroſaque rura vagantur
In pecus intenti, crebro grege paſcua tondent.

Paſtores Medi.

-Curui nequicquam vomeris vſus
Sollicitanda cibi, non ollis cura, laborque
Æquora terrarum grauibus componere raſtris;
Exercent ſæui ſe ſemper Martis in arma;
Sica comes lateri eſt, manus aut haſtilia vibrat:
Demittunt humeris pharetras, & lethifer arcus
Semper ineſt lęuæ. Neque per compendia diras
Producunt animas, non puppibus æquora ſulcant,
Non proni gregibus pecoris fera vita juuatur;
Sed quatit alipedum ſola ſemper curſus equorum, &c. *Parthorum vita militaris.*

Illudunt auro veſtes, & cuncta teguntur
Auro membra viris, auro veſtigia condunt;
Tantus Perſarum diſſoluit pectora luxus.

Perſarum luxus, & diuitiæ.

-perrumpit rura Coaſpes
Indica prouoluens procul æquora.

Cum impetu cadens in mare.

Munera nec carpunt cerealia, nec noua prælo
Muſta premunt. *Carent frumento, & vino.*
-Sol magni gratia Mundi
Aſtrorum genitor, lucis ſator, & vigor æthræ.
Semper inexpertes famæ per inhoſpita degunt
Arua procul. *Viles populi, & miſeri.*

EX LIBRO PRIMO.

Ora Maritima ad Probum.

Et veritatem pæne in obtutus dedit.

Vera dixit claré.

-Namque fulcit hæc fides
Petita longè, & eruta ex authoribus.

In Geographicis, credendum.

-Multa vis hîc gentis eſt,
Superbus animus, efficax ſolertia,
Negotiandi cura jugis omnibus,
Notuſque cymbis turbidum latè fretum.

Sunt hîc omnes mercatores.

Sic nulla latè flabra propellunt ratem,
Sic ſegnis humor æquoris pigri ſtupet.

Mare pigrum.

Rigidæque rupes, atque montium minæ
Cœlo inſeruntur. *Ligurum ora.*
-Nam ſali metuens erat
Priſcum ob periclum, poſt quies, & otium
Securitate roborante audaciam
Perſuaſit altis deuehi cubilibus,
Atque in maritimos jam locos deſcendere.

Ligures tandem facti nautæ.

Famam, atque nomen ſola liquit ceſpiti.

Vrbs magni nominis exſciſa.

-Nunc egena, nunc breuis,
Nunc deſtituta, nunc ruinarum ager eſt.

Tarteſſus ſeu Gadir, olim nobilis, nunc vilis.

Vt planiore texerent fundo rates

Quò cymba tergum fuſior breuius mari s
Prælaberetur. *Le ſond de leur vaiſſeau eſt plat.*
Nulluſque puppim ſpiritus cœli juuet.
Il n'y a point de vent.
Hîc gurges oras ambiens, hîc intimi
Salis inrigator, hîc parens noſtri maris.
Oceanus.
Deſerta tellus, orba cultorum ſola
Squallent, jacentque. *Deſerta regio.*
-Nunc ager vacuus latet,
Luſtra, & ferarum ſuſtinet cubilia.
Locus deſolatus eſt.
Nulliſque flabris æquor eſt obnoxium:
Sic omne latè prælocatis rupibus
Latus ambiere cautium cacumina;
Interque ſaxa immobilis gurges latet,
Quieſcit æquor, pelagus incluſum ſtupet.
Egregius à natura portus.
Præterque vaſti gurgitis crepulas aquas.
Vento leuiter agitatas.
-Dura ſunt vocabula
Aurémque primam cuncta vulnerantia.
Nomina barbara locorum.
Opus hoc imperfectum eſt.

EX FABVLIS ÆSOPICIS.

Quem priùs æquævæ deſeruere comæ.
Cuius capilli defluxerunt.
Seque magis tutam mobilitate docet.
Motibus aura meis ludificata perit.
Arundo cedens vento non frangitur.
Perdita nam prohibet ſemita ferre gradum.
Il perd ſa route.
Liquerat abſciſsâ ruſticus aure ſuem.
Rurſus in excerpti deprenſus crimine campi
Perdidit indultæ perfidus auris onus.

Porcus deprehenſus primùm perdidit aurem vnam; iterum, & alteram.

Diſce tamen pigris non flecti numina votis.
Præſenteſque adhibe, dum facis ipſe, Deos.

Sic orandum, vt tamen laboretur.

Ex Carmine ad Flauianum Myrmecium, Virum Clariſſimum.

Illa precor mittas ſpiſſo quibus arcta cohæret
Granorum fœtura ſitu, caſtriſque ſedentes
Vt quædam turmæ, ſocio latus agmine quadrant.
Multiplicemque trahunt per mutua verbera pallam,
Vnde ligant teneros ex agmine flammea caſſes:
Tum ne preſſa graui ſub pondere, grana liqueſcant,
Diuiſere domos, & pondera partibus æquant.

Deſcriptio Mali Punici.

Miteſcit meliore ſolo, Cœlique tepentis
Nutrimenta trahens, ſucco ſe nectaris implet.

Arbos tranſplantata fit melior.

CLAVDIVS CLAVDIANVS.

Ex Libro primo.

De raptu Proſerpinæ.

-Damni numerum Proſerpina penſat.

Filia vnica, ſed eximia.

-Damniſque ſuis incendia nutrit:
Scit niuibus ſeruare fidem, pariterque fauillis
Dureſcit glacies tanti ſecura vaporis,
Arcano defenſa gelu, fumoque fideli
Lambit contiguas innoxia flamma pruinas.

Æthna mons igniuomus, niue tamen coopertus.

-Torrentes ramorum frigore Soles
Temperat, & modico brumam ſibi vendicat æſtu.
Vmbroſa arbor.

-Admiſit in altum
Cernentes oculos, & latè peruius humor
Ducit inoffenſos liquido ſub gurgite viſus,
Imaque perſpicui prodit ſecreta profundi.
Fons limpidiſſimus.

Redduntur fluuijque mari, telluſque colonis.
Fluuius ſiccatur.

-Illic pretioſior ætas
Aurea progenies habitat, ſemperque tenemus,
Quod ſuperi meruere ſemel.
Aurea ætas perpetua in campis Elyſiis.

EX LIBRO SECVNDO.

-Conſidere juſſi Nec confuſus honor.
Suo quiſque loco, & ordine ſedit.

-Omnique perit Proſerpina ſomno.
Somniat Ceres ſe ſuam filiam perdidiſſe.

-Cùm totæ fremerent in pocula ripæ.
Cùm omnes aquæ in vinum mutatæ.

Obriguit viſu, gaudet non vera fuiſſe,
Complexu caruiſſe dolet.
Euigilans Ceres è ſomno, in quo viderat filiam ſuam raptam.

Sicaniam quærit, cùm necdum aſcenderit Idam. *Impatientia Cereris feſtinantis.*

O grata ſuperbia matris! *Filia eximia.*

Ex LIBRO I. IN RVFFINVM.

Abſtulit hunc tandem Ruffini pœna tumultum, Abſoluitque Deos.
Querelas contra Deorum prouidentiam.

Blando fraudem prætexere riſu. *Simulatio.*

Tempeſtas pretioſa Tagi.
Aureæ arenæ fluuij auriferi.

-Fuluamque reuinctos
In glaciem latices-
-Inuiſo votum damnauit in auro.
Midæ votum, vt quidquid tangeret, fieret aurum.
Dominoque parabat
Exitium fœcundus ager, metuenda colonis
Fertilitas. *Ruffinus bonis diuitum inhians.*
Plenaque priuato ſuccumbunt oppida regno.
Ruffinus vrbes totas diripit.
Nec celeri mittit letho, crudelibus ante
Suppliciis fruitur; cruciatus, vincla, tenebras,
Dilato mucrone parat. Proh ſæuior enſe
Parcendi rabies, conceſſáque vita dolori!
Mors adeône parum eſt?
Excruciat, antequam necet.

EX LIBRO SECVNDO.

-Pœnamque luit formidine pœnæ.
Impius timens.
-Tanti conſilium vulgi potuiſſe taceri,
Aut facinus tam grande tegi.
Et fuit arcanum populo.
Conſilium de perdendo Ruffino, licet multis communicatum, occultum fuit.
Quos operit formatque chalybs conjuncta per artem:
Flexilis inductis hamatur lamina membris
Horribilis viſu; credas ſimulachra moueri
Ferrea, cognatoque acies horrere metallo.
-Mouent ſecuri vulneris armos.
Equites cataphracti. Armez de toutes pieces.
-Metuenda voluptas
Cernenti, pulcherque timor. *Acies ordinata.*
Dextera quin etiam ludo conceſſa vagatur
Æra petens, pœnas animi perſoluit auari,

Terribili lucro, viuoſque imitata retentus
Cogitur adductis digitos inflectere neruis.

Manus Ruffini mortui ſic aptata, vt peteret, & datam retineret eleemoſynam.

- Iacet en qui poſſidet Orbem
Exiguæ telluris inops, & puluere raro
Per partes tegitur, nunquam totieſque ſepultus. *Ruffini cadauer in fruſtra diſſectum.*

Ex Libro primo in Eutropium.

- Titulumque effœminat anni.

Eunuchus factus Conſul.

- Quo diras jugulo placabimus aras?
Conſule luſtrandi faſces, ipſoque litandum
Prodigio. *Romæ prodigia victimis placabantur: Conſul Eutropius prodigium.*

- Reciſos
Edoctus mollire mares, damnóque nefandum
Aucturus pretium, fœcundum corporis ignem
Sedibus exhaurit geminis, vnóque ſub ictu
Eripit officium patris, nomenque mariti.

Eunuchos efficiens.

Seque reformidat, ſpeculo damnante ſenectus.

Senex conſulens ſpeculum.

Contemptu jam liber erat.

Seruus, aliàs pretioſus.

Aſperius nihil eſt humili cum ſurgit in altum;
Cuncta fecit, dum cuncta timet, deſæuit in omnes,
Vt ſe poſſe putent.

Potens factus ex inope, metuendus.

- Cum pondere judex
Vergit, & in geminas nutat Prouincia lances.

Vendit Magiſtratus.

- Claro ſeſe deformat amictu.
- Domino præbet miracula Lictor

Conſule nobilior.

Eutropius factus Conſul ex ſeruo.

Ex Libro ſecundo.

At veluti caueant, ne quo conſiſtere poſſit
Virtus pura loco.

Conſulatus olim virtuti, nunc vitio datus.

- Iuuentus, &c.
- Reuoluta caput, creditque latere,
Quæ non ipſa videt.

Pueri tecti caput putant ſe non videri.

- Onerique vel ipſa Serica. *Homo mollis.*
- Valuit pro vulnere terror,
Impleuitq; vicem jaculi, vitamq; nocentem
Integer, & ſolâ formidine ſaucius efflat.

Imbellis moritur ex timore.

De Bello Gildonico.

Progreſſum, profugum, captum vox nunciat
vna. *Dux diligentiſſimus.*
Interiùs fugere genæ. Oculique jacentes.

Macie confectus.

Ad rerum momenta cliens, ſeſeque daturus
Victori. *Videt quam in partem inclinabit victoria.*

- plus nominis horror,
Quàm tuus enſis aget; minuit præſentia
famam:
Qui ſtetit æquatur campo, collataque neſcit
Majeſtatem acies.

Rex bellum per legatos tantùm gerat.

- premitur nec ſignifer vllo
Pondere, feſtinant adeò vexilla moueri.

Bellum ſuſceptum cum ſummâ alacritate.

Sed numero languet pietas.

Qui multos habet liberos, eos minus amat.

De Bello Getico.

- Fœtaſque nouales
Martis, & in ſegetem creſcentis ſemina belli.
Milites Cadmi è terrâ nati.
- Ignoſcere pulchrum
Iam miſero, pœnæque genus vidiſſe precantem. *Vir fortis ſolet eſſe miſericors.*
Parcendoque ſecat.
Medicus membrum putridum.
Iamque oneri creduntur opes. *Inter latrones.*
- Dulci mentitur Nerea fluctu. *Lacus.*
Seu Cælum, ſeu Roma tonet.
Romana potentia.
- Vno tot prælia vincite bello.
Vincere aliquem, qui multos vicit.
In tertium Honorij *Conſulatum.*
Conſulit ardentes radios, & luce magiſtrâ
Natorum probat ingenium.
Aquila probat pullos ad Solem.
Alpinæ rubere niues, & frigidus amnis
Mutatis fumauit aquis, turbâque cadentũm
Staret, nî rapidus juuiſſet flumina ſanguis.
Magna eſt edita ſtrages.
-Nudique ſeges Mauortia ferri
Ingeminat ſplendore diem. *Armorum fulgor.*
In quartum Honorij Conſulatum.
- Vile virentes
Heſperidum riſit, quos ditat fabula, ramos.
Horti Heſperidum vbi aurea mala.
- Non ambitione potitur
Digna legi virtus. Meruit regnare rogatus.
Lectus ob virtutem.
Pœnæ parcus erat, paci non intulit iram:
Poſt acies, odiis idem qui terminus armis;
Profuit hoc vincente capi.
Victor facilè ignoſcens.

- Vitam tibi contulit idem,
Imperiumque dies.
Donaturque tibi, qui te produxerat annus.
Filius Imperatoris eodem anno factus Conſul, quo natus eſt.
In vtroque relucet Frater, vtroque ſoror.
Frater, & ſoror vultu ſimiles.
- Non extorquebis amari;
Qui terret, plus ipſe timet; ſors iſta Tyrannis
Conuenit. *Satiùs eſt amari, quàm timeri.*
- tunc obſeruantior æqui
Fit populus, nec ferre negat, cum viderit ipſum
Authorem parere ſibi: componitur Orbis
Regis ad exemplum.
Meliùs imperatur exemplo, quàm verbo.
Tum promptiùs ibunt
Te ſocio, tum conſpicuus gratuſque geretur
Sub te teſte labor.
Aſpectus Ducis prodeſt multùm militi.
- Sit Nilus vbique - Veſter.
Potiaris totâ Africâ.
- Exundant ſanguine gemmæ,
Ipſe labor, puluiſque juuat, confuſáque motu
Cæſaries. *Princeps in pugnâ ſordidus pulchrior.*
- Potuit digitis mollire rigorem
Ambitioſa colus.
Phrygium opus ex auro, & gemmis.
In ſextum Honorij Conſulatum.
Fingere nil maius potuit ſopor. -
Aliquid eximium.
Naturam cumulante manu.
Ars ſuperat naturam.
- Nec te vitaſſe dolemus.
- Noſtrum viue trophæum.

Hoſtis fugâ elapſus.

- Nulla eſt victoria major,
Quàm quæ confeſſos animo quoque ſubjugat hoſtes. *Hoſtes ſe ſponte dedentes.*
Cumque ſuis jam bella gerit.

Contra ſuos transfugas.

- Viuo ſe perforat arcu,
Admiſitque viam ſectæ per viſcera rupis.

Via ducta per montem.

- Meritis offertur inemptus -
Purâ mente fauor. *Honor merentis.*
- Certâque vagandi.
Textas lege fugas, inconfuſoſque recurſus,
Et pulchras errorum artes. *Pyrricha.*

De Conſulatu Manlij Theodori.

Ipſa quidem virtus pretium ſibi.
Nil indiga laudis, Diuitiis animoſa ſuis.

Satis eſt ſibi virtus.

- Quo viuat machina motu?

Quis machinam moueat?

Tutiùs objecit nudam Lacedæmona bellis.

Sparta ſine muro tuta.

Altior exſurgit pluuiis, auditque ruentes
Sub pedibus nimbos, & rauca tonitrua calcat.

Olympus mons ſupra nubes aſſurgit.

Qui pœnâ fruitur ferus eſt, legumque videtur
Vindictam præſtare ſibi.
Tu placidus delicta domas.

Tu ſapienter reos punis.

- Varios effingit Mulciber orbes
Per tabulas impune vagus. *Feux d'artifice.*

Ex Libro primo de laudibus Stiliconis.

- Et pax à fronte profecta
Cum Rheni creſcebat aquis.

Pax per totam Galliam initur, ſecundum Rhenum.

Armiger, & viridi floreret milite ſulcus.
Milites Cadmi è terra exorti.
Ne timeare times. *Facilis Princeps.*
Ex Libro ſecundo.
- Deponas ocyus iram, - Quàm moueas.
Facilè placatur.
- Non lætam ſpeciem prætendere fraudi.
- Mentique parem componere vultum.
Candidus, non fallax.
- Lectos ex omnibus oris
Euehis, & meritum, nunquam cunabula quæ-
ris, Et qualis, non vnde ſatus.
Prouehens dignos.
- Vitium rebus commune ſecundis
Virtutumque ingrata comes. *Superbia.*
- Teneros de ſtamine riſus,
Vagituſque audire putes.
Opus Phrygium elaboratiſſimum.
- Cunctis diteſcunt horrea ventis.
Ex omnibus partibus Romam venit frumentum.
Ex Libro tertio.
Eſt aliquod meriti ſpatium, quod nulla fu-
rentis Inuidiæ menſura capit.
Inuidia major.
Quod cuncti gens vna ſumus.
Orbis paret Romanis.
- Nec inutile quærit
Ferri præſidium, ſolo munitus amore.
Amor tutus ſatelles.
- Mutatus palluit Hermus
In pretium, votique famem paſturus auari.
vel paſſurus.
Votum Midæ vt omnia aurum fierent.
- propriam metuebat nauita mercem -

Et fera ſollicitis trahitur captiua juuencis,
Explebat quibus ante famem.
Feræ adductæ ad ludos.
De Conſulatu Probini & Olybrij fratrum.
Hac de ſtirpe virum certum eſt de Conſule naſci, Per faſces numerantur aui.
Majores omnes veſtri Conſules.
Cœpiſtis quò finis erat, primordia veſtra
Vix pauci meruere ſenes. *Viri maximi.*
- Iam profluat amnis Mutatis in vina vadis.
Redeat ætas aurea.
- Tarduſque ſuis erroribus amnis.
Lentus, & flexuoſus.
De laudibus Serenæ.
Abſoluens puppiſque moras, crimenque pudoris.
Claudia ſe virginem probans, tractâ naui.
Sola nouum Latiis vectigal Iberia rebus
Contulit Auguſtos.
Hæc generat qui cuncta regunt.
Multi Imperatores ex Hiſpania.
Vlta pudicitiam libertatemque cruore.
Lucretia.
- poſito certamine nautæ
Contenti meliore manu, ſeſeque pauere
Confeſſi, finem ſtudiis fecere procellæ.
In periculis, meliores eliguntur.
- Suffragia quippe peregit
Iudex vera timor, victus ratione ſalutis
Ambitus, & pulſus jacuit formidine liuor.
Idem.
De Nuptiis Honorij & Mariæ.
Ornatur fortuna viro.
Vir omni fortuna major.
Ipſe timor te noſter amat.

Te timemus, & amamus.

Ex Gigantomachia.

In Iouis exitium telum non eſſe recuſo.

Ita Terra irata Dijs.

Et ſocias truncauit aquas, ſummâque leuatus
Rupe, gigantæos humeros irrorat Enipeûs.

Gigantes rapiunt montes cum fluminibus.

Subſidit patulis tellus ſine culmine campis
In natos diuiſa ſuos.

Gigantes vtuntur montibus.

- Oſtendens rutilâ cum Gorgone pectus,
Aſpectu contenta ſuo.

Pallas omnia mutans in ſaxa.

- Vix pauca locutus
Quod timuit, jam totus erat.

Gigas timens in ſaxum mutari.

Ex Carmine de Phœnice.

Nec &c. - Humani patitur contagia mundi
Par ſuperis volucer. *Non ſimilis aliis auibus.*
- Gaudetque mori feſtinus in ortum.

Moritur vt renaſcatur.

- Natura laborat
Æternam ne perdat auem, flammaſque fideles
Admouet. *Natura inuigilat huic volucri.*
- Geminæ confinia vitæ
Exiguo medius diſcrimine ſeparat ignis.

Se comburit Phœnix, vt reuiuiſcat.

O felix, hæreſque tui. *Pater ſimul & filius.*
Vidiſti quodcumque fuit, te ſæcula teſte
Cuncta reuoluuntur. *Nunquam moreris.*

De Hiſtrice. *Du Porc-eſpy.*

- Stat corpore toto
Sylua minax, jaculiſq; rigens in prælia creſcit
Picturata ſeges.
Militat omne feræ corpus

- parcuſq;

-parcuſque ſui timor, iraque nunquam
Prodiga telorum, cautè contenta minari,
Nec niſi ſeruandæ jactus impendere vitæ.
Se pharetrâ, ſeſe jaculo, ſeſe vtitur arcu.
Hiſtrix pilos ſuos vibrat, pro telis.

De Apono fonte.

Admiſitque oculos, quò vetat ire calor.
Fons lympidus & calidus.
-præſens numen, inempta ſalus.

Aqua medica.

Non venas reſerant, nec vulnere vulnera curant. *Il ne faut point vſer de ſeignée.*

De Nilo.

Ægyptus ſine nube ferax. *In quâ non pluit.*

De Magnete.

-Et viuis totum complexibus ambit.
Pronuba fit natura Deis, ferrumque maritat
Aura tenax. *Magnes ferrum trahens.*

De Quadrigis marmoreis.

Mons patiens ferri varios mutatur in artus.
Marmor ferro mutatur in ſtatuas.

Ex laudibus Herculis.

Naſcique vetabat *Iuno.*
Vt metus ipſe Deum monſtret.
Quia timeri videbatur.
Difficilis potuiſſe mori. *Ægrè mortuus.*

MARCELLVS.

Ex Carmine de Medicina.

-Salutiferas diſponit pagina curas.
Scribo de Medicina.
-Neu quæ ſunt parta ſaluti,
Vertat in exitium. *Prendre vn qui pro quo.*
Gramine ſeu malis ægro præſtare ſalutem.

Vti pharmacis.

Verùm adoperta coques, ne fumida jura vaporem
Corruptum reddant, quæ mox faſtidiat æger.

Quomodo coquendæ herbæ, ne earum jus ſit ægris inſuaue.

-Quod lucis in ortu
Indus, Arabs, Seres, Perſis, &c.
Vicino ſub Sole legunt. *Pharmaca Orientalia.*
Et peragas placidam per multa decennia vitam. *Vt diu viuas.*
Si non recuſes validam, placitamq; ſenectam.

Crudam, & viridem.

Sed procul à curis, & ſano corpore viuas.

Sanus animo, & corpore.

S. DAMASVS PAPA.

Ex Elogijs ſanctorum aliquot virorum.

Poſt tenebras verum meruit cognoſcere lumen. *Paulus excæcatus conuertitur.*
Viribus immenſum paruis domuiſſe timorem.

S. Agnes virgo duodennis.

Quem Crux ad alta prouehit. *S. Andreas.*
Dum probra vincis per crucem.

Crux deſiit eſſe ignominioſa.

Pectore quàm fuerit valido,
Torta mamilla docet patulo.

S. Agatha, cui ſecta mamilla.

-Mox numine viſo
Virginei tumuere ſinus, innuptaque mater
Arcano obſtupuit compleri viſcera partu,
Auctorem paritura ſuum.

Beata Virgo Chriſtum concipit.

-Mundique repertor

Pars fuit humani generis, latuitque ſub imo
Pectore, qui totum latè complectitur Orbem.
Deus factus homo.
Quin & ſupplicij nomen, nexuſque ſubiſti
Vt nos ſubriperes letho, mortemque fugares
Morte tuâ.
Chriſtus morte ſuâ, mortem noſtram extinxit.

DECIVS AVSONIVS.

Ex Epigrammatis.

Scribere me Auguſtus jubet, & mea carmina
poſcit,
Pæne rogans; blando vis latet imperio.
Hoc non eſt rogare, ſed iubere
Non habeo ingenium, Cæſar ſed juſſit, ha-
bebo:
Cur me poſſe negem, poſſe quod ille putat.
Præferendum judicium Cæſaris, meo.
- Centumque lituras
Mutandas ſemper deteriore notâ.
Mala emendatio.
-Lethi vim probat eſſe manum.
Nec contenta ictos lethaliter ire per artus,
Conjungit mortes vna ſagitta duas.
Tranſverberatus ſagittâ.
Aëris & linguæ ſum filia-
Extremos pereunte modos, à fine reducens,
Ludificata ſequor, verba aliena meis.
Echo.
Miremur perijſſe homines, monumenta fa-
tiſcunt:
Mors etiam ſaxis, nominibuſque venit.
De tumulo cadente.
Parue puer, lumen quod habes concede parēri;

Si tu pulcher amor, ſic erit illa Venus.
Mater & filius pulchri, ſed luſci.

Hæc Rufi tabula eſt; nil verius: ipſe vbi Rufus?
In cathedra quid agit? hoc quod & in tabula. *Hominis pigri imago.*

Diogenes cui pera penus, cui dolia ſedes.
Diogenes Cynicus.

Si cuperes alium, poſſes Narciſſe potiri:
Nunc tibi amoris adeſt copia, fructus abeſt.
Narciſſus ſe diligens.

Intremulam baculo non ſubeunte manum.
Vetula cruda, & viridis.

Ira ſubeſt lacrymis, miſeratio non caret irâ,
Alterutrum videas, vt ſit in alterutro.
Pleurer de rage.

Tu ſenſa noſtri pectoris
Vix dicta jam ſerus tenes;
Sic ſuita corde in intimo
Exercet ales dextera.
Scriba diligentiſſimus, & prœueniens dictantem.

Hectoris hic tumulus cum quo ſua Troia ſepulta eſt. *Hector tutela Troiæ.*

EX EPISTOLIS.

Eheu! nolueram tam citò poſſe ſiui.
Iuſta quidem ſeries patri ſuccedere, verùm
Eſſe ſimul dominos gratior ordo piis.
Bonus filius optat patrem diu viuere.

Domus-

Hæc mihi non procul vrbe ſita eſt, nec prorſus ad vrbem.
Ny trop prés, ny trop loin de la ville.

-Se quiſque abſoluere geſtit,
Et transfert proprias aliena in crimina culpas.
Iette la faute ſur autruy.

Sic demerſa procul durante per intima viſu
Cernimus, arcanique patet penetrale fluenti.

Aquæ lympidiſſima.

-Sub ingenuis agitatæ fontibus herbæ.
Vibrantes patiuntur aquas. *Du creſſon.*
Deliciæque hominum locupletes.

Gemmæ, & vniones.

Tuque inter geminas ſpecies, neutrumque, & vtrumque,
Qui necdum Sulmo, nec jam Salar-
-Ambiguúſque amborum.

Vne truitte ſaulmonnée.

Læta ignorato fruitur virguncula ludo,
Germanæque putat formam ſpectare puellæ;
Oſcula feruenti dat non referenda metallo.

Imagini pulcherrimæ alludens puella.

Heu! malè defenſus penetrali flumine piſcis.

Fluuius lympidus.

-Quadro cui in faſtigia cono
Surgit, & ipſa ſuas conſumit pyramis vmbras.

Se termine en pyramide.

Vſurpas faciles per culta, per aſpera viſus,
Atque ſuis fruitur diues ſpeculatio terris.

Vn beau païſage.

-Prout quemque ſuus magis impetus vrget,
Eſſe tui cupiunt, tantus properantibus vndis-
Ambitus. *Minores fluuij cadentes in majorem.*
-Fandique potentes Præſidium ſublime.

D'excellens Aduocats.

-Feſtinat ſoluere tandem
Errorem fortuna ſuum, libataque ſupplens
Præmia, jam veri veſtigia reddit honoris
Nobilibus repetenda nepotibus.

Aui miſeri, nepotes felices.

-Venit in patriam, nidumque ſenectæ.

Redit in patriam, vt ibi moriatur.

-Sparſis incerta Druentia ripis.

Sæpe exundans fluuius.

Iudex ipſe ſui totum ſe extricat ad vnguem.

Il ſe juge exactement ſoy-meſme.

Ambigeres, raperetne roſis Aurora ruborem,
An daret. *Roſa purpurea.*

-Aperit primi faſtigia celſa obeliſci,
Mucronem abſoluens purpurei capitis.

Vn bouton de roſe.

Vna dies aperit, conficit vna dies:
Mirabar celerem fugitiuâ ætate rapinam,
Et dum naſcuntur conſenuiſſe roſas.
-Breuis gloria florum
Quos pubeſcentes juncta ſenecta premit.
-Naſcentem aſpexit Eous;
Hanc moriens ſerò veſpere ridet anum.

Roſa, aut alij flores citò marceſcunt.

-Cathenatoſque labores
Mutandos ſemper grauioribus.

Mala perpetua, & creſcentia.

-Dominari Vt poſſint ſeruire volunt.

Aulici.

Ruptum terga Veredum. *Vn cheual de loüage.*

-Quam Rex Thracius-
Fecerat elinguem, per licia texta querelas
Edidit, & tacitis mandauit crimina telis.

Philomela pingens in tela miſerias ſuas.

-Libelli
Segmina Pergamei tereti circumdata ligno
Perpetuo inſcribens verſu, qui deinde ſolutus
Non reſpondentes ſparſo dedit ordine formas,
Donec conſimilis ligni replicetur in orbe.

Deſcribitur Scytale Lacedamoniorum.

Non animus vireſq; labant, ſed iniqua ferendo

Conditio eſt oneri, cùm pondus vtrumque relicto   Ingruit.

Quand il faut porter la charge de deux.

Obnixus, Pauline, taces-

Dumque pudet tacuiſſe diu placet officiorum

Non ſeruare vices, & amant longa otia culpam.

Quid prohibet Salue, atque Vale breuitate paratâ

Scribere. *Ad Paulinum ſibi non reſcribentem.*

Eſt etenim comis breuitas.

Nemo ſilens placuit, pauci breuitate loquendi.

Reſcribe mihi pauca.

Qui felle carmen, atque melle temperans,

Amara concinnatio.

Pungens eleganti carmine.

-Inſutos terrenis vermibus hamos.

Vn hameçon.

Bonorum mala carminum taberna.

Malus Poëta, qui bonos verſus rapuerat.

De claris Vrbibus.

-Populique voluptas   Circus.

Locus ſpectaculorum.

-Subter vada ſalſa meantes

Conficiat dulces placidâ ſub ſede liquores

Incorruptarum miſcentes oſcula aquarum.

Fontes in mari.

-clementia Cœli

Mitis vbi, & riguæ larga indulgentia terræ.

Vn beau & bon païs.

Ex Sententijs ſeptem Sapientum.

Quantò plus liceat, plus libeat minùs.

Potentes ſe contineant.

Mortem optare malum, timere pejus.

Nec optanda mors, nec timenda.

Illa juuenta eſt grauior, Quæ ſimilis ſenectæ.

Iuuenis laborans morbo.

Cùm verè objurgas, ſic inimice, juuas.

Inimicus nobis aliquando prodeſt.

Ex Cæſaribus.

– Crimina paſſus

Non faciendo nocens, ſed patiendo fuit.

Claudius Cæſar, quem ſerui regebant.

Vmbra tamen breuis Imperij.

Vitellij principatus.

Felix breuitate regendi.

Titus jam corrumpendus.

Belli laude prior, cætera patris habens.

Traianus à Nerua adoptatus.

Hoc ſolo patriæ, quod genuit, nocuit.

Antoninus Philoſophus Commodi pater.

Ex Parentalibus.

Viueret vt potiùs, quàm diceret arte ſophorũ.

Verùs Philoſophus, & moribus, non verbis.

– Vitas hominum ratione medendi

Porrigere, & mortis amplificare moras.

Medicus bonus.

Indole maturus, funere acerbus obis.

Adoleſcens antè ætatem prudens.

De Profeſſoribus Burdegalenſibus.

– Tecum Ancipitem palmam Quintilianus habet. *Optimus Rhetor.*

Audita vel viſa ſemel, ſeu fixa tenetis;

Auribus, & libris eſſet vt vna fides.

Viri excellentis memoria.

Officium colo, injurioſè ſedulus.

Non ſatis te laudo, cum debeo.

Vagus per omnes dignitatum formulas,

Merituſque plura, quàm geris.

Multis auctus magiſtratibus, iiſque digniſſimus.

Omnia præcox Fortuna tibi Dedit & rapuit
Oſtentatus Raptuſque ſimul

Doctus citò mortuus.

Vxore, & gnatis, genitore, ac matre relictâ:
Eheu! quàm multis perdite nominibus.

Qui plures è ſuis reliquit ſuperſtites.

Eloquium non tu quære, ſed obſequium.

Tuis ſum impar laudibus.

Ex Epitaphiis Heroum ad Troiam.

Conſiliis belloque bonus, quæ copula rara eſt.

Archilochus filius Neſtoris.

Paruulus Argiuis, ſed jam de Patre timendus.

Aſtyanax filius Hectoris.

Sarpedon - Sanguineis fletus lacrymis:
Et patitur luctum, qui prohibere poteſt.

Quem pater Iupiter, luxit.

Non bene concordes tumulos miſcetis Achiui:
Hoc violare magis, quàm ſepelire fuit.

Polyxenam ad tumulum Achillis cadendo.

Infelix Dido nulli bene juncta marito;
Hoc fugiente peris, hoc pereunte fugis.

Sicheo, & Æneâ maritis.

Ex Epiſtolis vltimis.

Vidi ego natales fratrum diſtare tot annis.

Pauci fuimus fratres.

- Anates populantes cærula roſtro.

Qui barbottent dans l'eau.

Aurea mala Theon, ſed plumbea carmina
mittit;
Vnum nomen vtriſque, ſed eſt diſcrimen
vtriſque
Poma vt mala voces, carmina verò mala.

Qui miſerat poma bona, & malos verſus.

Non hic naufragio quæritur æquoris,
Vt creſcat pretium grande periculis.

Periculoſè comparata, pretioſa ſunt.

Ex Diſtichis de Moribus quæ malè hactenus affićta ſunt Catoni.

Ex Libro primo.

Proximus ille Deo qui ſcit ratione tacere.

Silentium prudens.

Conueniet nulli qui ſecum diſſidet ipſe.

Qui pugnantia loquitur.

Temporibus mores ſapiens ſine crimine mutat. *Mutantur ſubinde mores.*

Qui mortem metuit, quod viuit perdit id ipſum. *Anxiè viuere, non eſt viuere.*

- Petere eſt ſtultum quod poſſit jure negari.

Petere aliquid inhoneſtum.

Ex Libro ſecundo.

Nemo diu gaudet, qui judice vincit iniquo.

Non proſunt iniqua judicia.

Stultitiam ſimulare loco prudentia ſumma eſt

Seruire tempori.

- Nullum crimen vini eſt, ſed culpa bibentis.

Malè vtentis vino.

Pauca voluptati debentur, plura ſaluti.

Abſtinendum multis, vt bene valeas.

Ex Libro tertio.

- Sine doctrina vita eſt quaſi mortis imago.

Ignarus nihil differt à mortuo.

Arbitrij non eſt noſtri quid quiſque loquatur

Aliorum linguæ non ſunt in noſtrâ poteſtate.

- Lacrymis ſtruit inſidias, dum fœmina plorat. *Timenda mulier lugens.*

Ex Libro quarto.

Diuitias - Nam qui ſuſpiciunt, mendicant ſemper auari. *Auari ſemper inopes.*

Quod donare potes, gratis concede roganti.

Vide ne emi videantur, quæ donas.

Haud quiſquam melior medicus, quàm fidus amicus. *Confide amico, vt medico.*

Quod tibi diuitiæ proſunt, ſi pauper abundat. *Auarus eget.*

Non timet - is mortem, qui ſcit contemnere vitam. *Vir magnanimus.*

Scire aliquid laus eſt, pudor eſt nil diſcere velle. *Turpe, nolle doceri.*

- Timidis, & ſuſpectis aptiſſima mors eſt. *Mori debet, qui timet mortem.*

Ephemeris non eſt Auſonij ſed Paulini.

S. AMBROSIVS.

Ex Picturis.

Ecce feri norunt Sanctis deferre Leones;
Atque famem cohibere metu, Vatemq; vereri.
Daniel inter Leones.

Ficta quidem Iacob natis, ſed vera loquutus,
Beſtia germano quæ ſit mens inuida fratri.
Fera beſtia deuorauit Ioſeph.

Nil ſtatus inferior præclaris moribus obſtat.
Ioſepho ſeruo, & incarcerato.

Pendet Abiſalon adſtrictus in arbore guttur;
Ne Cælum patricida ferus macularet, humumque. *Abſalon pendens ex quercu.*

Excipit innocuo viuentem bellua morſu
Cetus, & ad terras Ionam grauis attulit aluo.
Ionas in ventre piſcis.

ENDELECHIVS, *ſeu* SEVERVS SANCTVS.

Ex Egloga de morbis Boum.

Nam vulnus reſerat, qui mala publicat,

Claudit qui tacitum premit.

Aperire damnum ſuum, refricare eſt.

Nam diuiſa minus ſarcina fit grauis,
Et quidquid tegitur ſæuiùs incoquit,
Prodeſt ſermo doloribus.

Aperire juuat cauſam mœroris amico ſuo.

Nec languere ſinit, nec patitur moras;
Sic mors ante luem venit.

Peſtis ſubitò extinguens.

Æſtas quem domitum viderat altera.

Bos à duobus annis ferens jugum.

- vidi animas duas
Vno in corpore perditas.

Vacca prægnans mortua.

- Morbido Peſtem traxit ab vbere.

Vitulus ſugens matrem moritur.

Admouit moriens vbera mortuo:
Poſt mortem pietas viget.

Vacca mortuo vitulo offert mammam.

Nunc totum tegitur funeribus ſolum.

Omnia plena cadaueribus.

MEROBAVDES.

Ex Carmine de Chriſto.

Proles vera Dei, cunctiſque antiquior annis.

Æternus.

Nunc genitus qui ſemper eras, luciſque repertor Ante tuæ, matriſque parens.

Chriſtus homo.

- Lumine primo
Vidiſti, quidquid mundo naſcente crearas.

Idem.

- Hominemque ſubire Vt poſſis monſtrare Deum. *Deum aſpectabilem facere.*

Elapſaſque animas in corpora functa reducis.
Suſcitas mortuos.
- Mortiſque latebras Immortalis adis.
Chriſtus Deus moritur.

LICENTIVS.

Ex Carmine ad S. Auguſtinum.
Spumat aper, fluit vnda, fremit Leo, ſibilat anguis. *Proteus in varias formas mutatus.*
Vnde quieſcentem Auroram, curruſq; ſolutos,
Sopitamque diem, media ſub nocte viderem.
Vbi dies ſunt longiſſimi.
Non forus, aut proræ, non lintea deinde procellas
Ferre valent, ratioq; jacet ſtupefacta regendi.
Nauclerus omnia deſperat.
Arcet amor, copulamque tenet communis honeſti. *Te diligo vt patrem.*
- Regnumque Pelopum. *Peleponneſas.*
Quos domus vna tulit, qui ſanguine tingimur vno,
Seclorum Chriſtique fides connexuit.
Ambo Chriſtiani, & conſanguinei.
Gaudia qui ſpernens oculorum ſemper amico
Abſente fruitur.
Amicus amat abſentem amicum.
- Et libros, quibus in te lenta recumbit
Muſica, tradideris.
Mitte libros, quos de Muſica ſcripſiſti.

A. AVRELIVS PRVDENTIVS CLEMENS.

Ex Pſychomachia.
Eliſos in morte oculos, animamque malignam

Fracta intercepti commercia gutturis arctat;
Difficilemque obitum ſuſpiria longa fatigant.

Strangulare aliquem.

Verbum quippe caro factum, non deſtitit eſſe
Quod fuerat Verbũ, carnis dum glutinat vſum
Majeſtate quidem non degenerante per vſum
Carnis, ſed miſeros ſecum ad meliora trahente.
Ille manet qui ſemper erat, quod non erat, eſſe
Incipiens, nos quæ fuimus jam non ſumus, aucti
Naſcendo in melius; mihi contulit, & ſibi manſit;
Nec Deus ex noſtris minuit ſua, ſed ſua noſtris
Dum tribuit, noſmet dona ad cæleſtia vexit.

Incarnatio Verbi, ſeu Deus factus homo.

Huc, illuc frendens obuertit terga, negatâ
Libertate fugæ, preſſiſque tumeſcit habenis.

Equus repreſſus.

- Aperta Simplicitas, & ad omne patens ſine tegmine vulnus. *Qui ne ſe deffie de rien.*

Spernere, dejectamque ſuper calcare ruinam.

Le fouler aux pieds.

-Nunc peruigilem ructabat marcida cœnam.

Dormire non poterat, ob nimios cibos.

Compellit tolerare fugam formido pericli,
Perdurat teneras iter ad cruciabile plantas.

Metus fugere, & pati compellit.

- Nec fronte ſeueros
Conniuente oculos prædarũ ad gaudia flectit.

Non patitur ſe abripi præſentibus rebus.

Stant tuti rationis ope, ſtant turbine ab omni
Immunes forteſque animi.

Ratio firmat hominem conſtantem.

- Nulla auium cras cogitat, ac ſe
Paſcendam præſtante Deo non anxia credit.
- Vitæ dator, & dator eſcæ.
Deus volucres non ſollicitas paſcit.
- liquidas inter freta ripas
Fluctibus inciſis, & ſubſiſtente procella
Creſcere, ſuſpenſoſque globos potuiſſe teneri.
Via in mari.
- Et acumen vulneris hamis
Reſpuerent, rigidis nec fila tenacia nodis
Impactum ſinerent penetrare in viſcera telum.
Vn homme bien armé, & qui ne peut eſtre bleſſé.
- Summo tenus extima tactu
Læſa cutis. *Ne fit qu'eſflenrer la peau.*
Pax belli exacti pretium eſt, pretiumque pericli.
On fait la guerre pour auoir la paix.
- Quadrent vt quatuor vndique frontes,
Ne commiſſuris diſtantibus angulus impar
Argutam mutilet per diſſona ſymmetra normam. *Vn quarré parfait.*
- Multoque forata dolatu
Gemma relucenti limen complectitur arcu,
Veſtibulumq; lapis penetrabile concipit vnus.
L'entrée n'eſt que d'vne pierre precieuſe.
- Animaſque colorum - Viuentes.
Des couleurs fort viues.
Sed lignum viuum eſt, viridi quod ſtirpe reciſum,
Quamuis nullus alat terreni ceſpitis humor,
Fronde tamen viret incolumi.
Vn rameau coupé demeure verd.
- Atque incluſa fremit diſcordibus armis
Non ſimplex natura hominis.

Diſtanteſque animat duplex ſubſtantia vires.

Pars ſuperior, & inferior in homine.

Ex Libro Καθημερινῶν.

- Exin jurgia turbidos
Armarunt animos, & male pertinax
Vincendi ſtudium. *Inde rixa, & ambitio.*
Rebuſque jam color redit. *Diſſipata tenebræ.*
Perq; coagula denſa liquor in ſolidum coit,
Et fragili lac tenerum premitur calatho.

On en fait vn petit fromage.

Illum fuſile numen exſecrantem
Et curuare caput ſub expolitâ
Æris materia nefas putantem.

Non vult idola colere.

Manſueſcit rabies, fameque blandâ
Prædam naribus ambit incruentis.

Daniel inter Leones.

Ambuſtum quoniam vis facit ignea
Imbrem de madido flere cacumine.

Le Cierge coule.

Dum plebs ſub bifido permeat æquore.
- vnda reuoluitur
In ſemet reuolans gurgite confluo.

Mare Rubrum apertum.

Fragore ab omni, quem remotum, & ſegregem. *Sans bruit.*
Et flexuoſa corrigens diſpendia
Dedit ſequendam calle recto lineam.

Il abrege le chemin; Il prend le plus court.

Suſpendit ictum terror exorabilis
- & minacem judicem
Seruare malle, quàm ferire, & plectere.

Indicens ruinam Niniuitis.

Alui capacis viuus hauritur ſpecu;
Tranſmiſſa raptim præda caſſos dentium

Eludit ictus, incruentam tranſuolans
Impune linguam. *Ionas voratus à ceto.*
Setaſque plangens turba ſumit textiles.
Prend la haire.
- prompta -
Ad irruentes, ad reuertentes tenax.
Ianua Inferorum.
Ad breuem ſe mortis vſum dux ſalutis dedidit.
Chriſtus mortuus eſt.
- fueritque ciniſculus arens,
- Minimi menſura pugilli.
Cinis hominis demortui.
Ex Libro Περὶ στεφάνων.
Nobilis per vulnus amplum porta juſtis panditur. *Martyribus.*
Aureos auferte torques, ſauciorum præmia.
Quibus milites exornantur.
Ne tenacibus libellis erudita ſæcula.
Geſta martyrum combuſta.
Succeſſor exhæres gemit
Sanctis egens parentibus.
Cujus parentes bona in pios vſus effuderunt.
Illic vtriſque obtutibus,
Orbes cauatos præferens,
Baculo regebat præuio
Errore nutantem gradum. *Cæcus.*
Et claudus infracto genu,
Sed crure trunco ſemipes,
Breuiorque plantâ ex altera,
Greſſum trahebat imparem. *Claudus.*
Aſt hic auarus contrahit
Manus recuruas, & volam
Plicans aduncis vnguibus
Laxare neruos non valet. *Auarus.*
Vitam tenebo, & differam

Pœnis morarum jugibus.
Producam martyrium tuum.
Vapor ſeneſcens langueat,
Qui fuſus afflatu leui
Tormenta ſenſim temperet
Semiuſtulati corporis. *Bruler à petit-feu.*
Stabunt & æra innoxia
Quæ nunc habentur Idola.
Paganiſmo deſtructo.
Ipſa elementa, jubente Deo,
Exequias tibi, Virgo, ferunt.
Niuibus è cœlo cadentibus.
Agone in ipſo proficit,
Ars & dolorum vincitur.
Martyr inter tormenta fit conſtantior.
Fragmenta teſtarum jubet
Hirta, impolitis angulis
Acuminata, informia
Tergo jacenti ſternerent.
Totum cubile ſpiculis
Arment dolores anxij.
Sternitur terra fragmentis teſtarum.
Denſæ ſpecum caliginis
Splendore lucis aduenæ.
Carcer diuinitus illuminatur.
Nexus denique qui manus retrorſus
In tergum reuocauerant reuinctas.
Les mains derriere le dos.
Nec ſubſtrata profunditas
Saxoque, & laqueo, & viro,
Audet ſponte dehiſcere.
Martyr lapide ſuſpenſo natat.
Doctor amarus enim diſcenti ſemper ephebo,
Nec dulcis illi diſciplina infantiæ eſt.
Pueri agrè docentur.

Difficileſque moras animæ, & retinacula vitæ.

Qui a de la peine à mourir.

Amor coronæ pæne præuenit trucem
Lictoris artem, &c. Et præconibus
Stupore mutis, ipſe tortorem trahit.

Martyrum ad ſupplicia euntium alacritas.

Grates tibi, ô Præfecte! magnas debeo,
Quod multa pandens ora, iam Chriſtum loquor.
Arctabat ampli nominis præconium
Meatus vnus impar ad laudes Dei.
- Chriſtum
Tot ecce laudant ora, quot ſunt vulnera.

Vulnera Martyrum Deum laudant.

-Pietas fortior
Amore Chriſti contumax doloribus,
Firmatque ſenſum mollis indulgentiæ.

In matre Chriſtianâ.

Et garrulorum ſigna verborum dares.

Puer loquens.

Intraque dentes curioſum pollicem
Circumfer. *Vide an lingua reſecta ſit.*
Mas eſſe ceſſat ille, nec fit fœmina. *Eunuchus.*
Sunt & muta tamen tacitas claudentia tumbas
Marmora. *Ils n'ont point d'Epitaphe.*
Diſſociata putrem laxent tabulata carinam,
Conceptumque bibant vndique naufragium.

Le vaiſſeau fait eau par tout.

Ex Libro Ἀποθεώσεως, *ſeu de Diuinitate.*

Per ſyllogiſmos flexiles.
Væ captioſis ſycophantarum ſtrophis.

Sophiſmata.

Lapis ecce fixa impingat in quem vanitas,
Signum cauenti, non cauenti ſcandalum;
Hunc ſternit, illum dirigit.

Chriſtus lapis ſcandali, & fidei.

-Frutex vitioſus iniquis
Luxuriem virgis inhoneſto effundere ſucco
Cœperat, & nodos per acumina crebra ligabat. *Rubus Moſis.*

-Vt pars patris eſſet
Filius, extendens nec ſe ſubſtantia tractim
Produxit, minuitque aliquid de numine pleno.

Filius Dei.

Pœnarum gemitus longis grunnitibus edit:
Clamarat ſed ab ore hominis.

Dæmones in porcos.

-Lotus procul abſit & vnctus. *Chriſtianus.*

Ita proclamabant Ethnici Sacerdotes.

Primus & infantem non natum nunciat infans
Iam notum vagire ſibi.

Io. Baptiſta in vtero Elizabethæ.

Suſtinuit greſſum Domini famulus liquor, ac ſe
Mobilitate carens ſolidos ſubſtrinxit in vſus.

Chriſtus ambulans ſuper aquas.

Nec mora funereus reuolutis rupibus horror
Euomit exequias, gradiente cadauere, viuas.
O mors auritis iam mitis legibus! O mors!
Surda priùs, jam docta ſequi, quocumque jubetur! Cui tantùm de te licuit?

Lazarus ſuſcitatur jubente Chriſto.

Incomprenſa manet virtus, cui linea deſit
Vltima, quam ſpatium non menſurabile tendit. *Omnipotentia.*

Aut raucos frangit modulos. *La baſſe.*

-Aut murmur tenerum ſublidit voce minutâ. *Le ſuperius, ou vn faucet.*

Ex Libro Ἁμαρτιγενείας, ſeu de Origine Peccatorum.

-Laqueos per lubrica colla reflexos
In nodum reuocat. *Vn collet.*
Beſtia ſorde carens, cui tunc ſapientia longi
Corporis enodem ſeruabat recta figuram.
Olim Serpens rectus ambulabat.
-Quæ plaſmata fuco
Inficiunt, vt pigmentis cutis illita perdat,
Quod fuerat, falſo non agnoſcenda colore.
Du fard.
-Legeſque jubent venale parari
Supplicium. *Munus gladiatorium.*
Inde feras volucri temeraria corpora ſaltu
Tranſiliunt, mortiſque inter diſcrimina ludunt. *Decertantes cum feris, aut ludentes.*
Ægyptum virgâ ſerpente coërcet.
Moſis virga in ſerpentem verſa.
-Æquoreum pelago cedente profundum
Puluereâ calcaſſe viâ-
Aruit & medio ſitiens ſub gurgite limus.
Via Iſraëlitarum per Mare Rubrum.
Mater morte ſuâ. *Vipera.*
Tandem obitu altricis prodit grex ipſe dolorum. -Lambunt natale cadauer
Reptantes catuli, proles dum naſcitur orba,
Haud experta diem, miſeræ niſi poſthuma matri.
Vipera moritur dum catulos ſuos parit.
Labi hominis, ſeruare Dei eſt.
Deus tantùm ſeruare poteſt.
-Solidata metallo
Diriguit fragili, ſaxumque liquabile facta,
Et flexam in tergum faciem, paulùmque relaq.
Mente retro, antiquæ monimenta rigentia

noxæ, &c *Vxor Lothi in ſtatuam ſalis verſa.*

Ex Libro primo in Symmachum.

Nunc foribus ſurdis ſera quas, vel peſſulus arctis
Firmarat cuneis, per tectum diues amator
Imbricibus ruptis, vndantis deſuper auri
Effundens pluuiam.

Iupiter Danaën aureo imbre corrupit.

- Miſerum cupiens Catamitum,
Pellice jam puero magis indignante Sorore.

Ganymedes raptus, furente Iunone.

-Hoc pretium noctis perſoluit honore,
Liber, vt ætherium meretrix illuminet axem.

Ariadne in Cœlum à Baccho tranſlata.

Facta eſt Terrigenæ domus vnica Majeſtatis;
Et tot Templa Deûm Romæ, quot in Orbe ſepulchra
Heroum numerare licet; quos fabula manes
Nobilitat, noſter populus veneratus adorat.

Turba Deorum Romæ, per Apotheoſes.

-Iam grauidæ fulcrum geniale paratur,
Iam ſponſus, ſaliente vtero, nubentis amicos
Conuocat, haud ſterilem certus fore jam ſibi pactam:
Vitricus anteuenit tardum præferuidus ortum
Præuigni nondum geniti, mox editur inter
Feſcennina nouo proles aliena marito.

Nuptiæ Auguſti cum Liuiâ prægnante.

Ex Libro ſecundo.

-Cerâque liquenti
Duceret in faciem. *Image de cire.*
Tardatauus dominum dilatâ morte ſecundum. *Vit trop long-temps.*
Templum mentis amo, non marmoris.

Templum cordis.

-Traduxit alumnos
Majeſtas infida locos, & creditur iſtis
Numinibus, quæ transfugio meruere ſacrari.
Dij Romam delati.
-Infauſtas tegerent cùm funera Cannas.
Prælio Cannenſi.
Tercentum, Fabio vix ſtirpe ſuperſtite in vno.
Ad Cremeram Fabij cæſi.
Sola Deum nouit concordia.
-Nec Roma tibi ſine pace probatur.
Euangelium ſupponit pacem.
-Aure tenus Geticos experta tumultus.
Audijt, non ſenſit bellum Geticum.
-Morteſque & vulnera vendita paſſim;
Nullus in Vrbe cadit, cuius ſit pœna voluptas.
Sublata ſunt gladiatoria certamina.

EX HYMNIS.

De Natali pueri Ieſu.

Victuſque ſaxorum rigor
Obduxit herbam cotibus. *In ſaxis nata herba.*

DE EPIPHANIA.

Non illa ſeruit noctibus,
Curſum dierum temperat. *Stella Magorum.*
Transfigit ergo carnifex
Effuſa nuper corpora,
Animáſque rimatur nouas.
Herodes cædi jubet Innocentes.
Locum minutis artubus
Vix interemptor inuenit,
Quo plaga diſcedat patens,
Iugulóque major pugio eſt.
In cæde puerorum Innocentium.
Spargit cerebrum lacteum,
Oculóſque per vulnus vomit. *Elidit puerum.*

RVTILIVS CLAVDIVS NVMATIANVS.

Ex Libro primo Itinerarij.

Nil vnquam longum eſt,quod ſine fine placet. *Quæ bona, numquam longiora.*

-poſſem numerare beatos,
Naſci felici qui meruere loco.
Semina virtutum demiſſa, & tradita Cœlo,
Non potuere aliis dignius eſſe locis.

Romani naſcuntur felices.

In quantum fletus currere verba ſinit.

Lacrymæ loqui prohibent.

Non procul à Cœlo per tua templa ſumus.

Ferè ſumus in Cœlo, quia in templo.

Voluitur ipſe tibi qui continet omnia Phœbus,
Eque tuis ortus, in tua condit equos.

Roma totius Orbis Domina.

Feciſti patriam diuerſis gentibus vnam:
Profuit injuſtis te dominante capi.
Dumque offers victis proprij conſortia juris,
Vrbem feciſti quod priùs Orbis erat.
Quos timuit ſuperat, quod ſuperauit amat.
Quod regnas minùs eſt quàm quod regnare mereris. *Romanis Orbis vniuerſus paret.*

Quod nulla meum ſtrinxerunt crimina ferrum.

Nullos reos in carcerem miſi.

Si fas eſt meritis credere, Conſul eris

Mereris Conſulatum.

Corpore diuiſo, mens tamen vna fuit.

Amicorum.

-Notæ redduntur ad æthera voces,
Vel quia perueniunt, vel quia fingit amor.

Puto

Puto me audire acclamationes Theatri.

Filius affectu, ſtirpe propinquus erat.

Cognatus chariſſimus.

Soluimus Auroræ dubio quo tempore primùm
Agnoſci patitur redditus arua color.

Au point du jour.

Authores pecudem fons Heliconis habet.

Fons Helicon factus ab equo Pagaſo.

Ionias bimari littore findit aquas.

Iſthmus Corinthiacus.

Materies vitiis aurum lethale creandis.

Diuitiæ cauſa vitiorum.

Virgineoſque ſinus aureus imber emit.

Auro Iupiter corrupit Danaën.

Reddimus obſcœnæ conuicia debita genti,
Quæ genitale caput propudioſa metit.
Radix ſtultitiæ, cui frigida Sabbata cordi;
Sed cor frigidius relligione ſuâ eſt.
Septima quæque dies turpi damnata veterno,
Tanquam laſſati mollis imago Dei.
Atque vtinam nunquam Iudæa ſubacta fuiſſet, &c.
Victoreſque ſuos natio victa premit.

Hæc contra Iudæos, vel Chriſtianos.

Non indignemur mortalia corpora ſolui,
Cernimus exemplis oppida poſſe mori.

Vrbes pereunt, vt homines.

Prouecta eſt animæ portio magna meæ.

Amicus meus factus eſt Præfectus.

-Iam ſe Capraria tollit,
Squallet lucifugis inſula plena viris.
Ipſi ſe Monachos Graio cognomine dicunt,
Quod ſoli, nullo viuere teſte, volunt.
Munera fortunæ metuunt, dum damna verentur;

Quiſquam ſponte miſer, ne miſer eſſe queat?
Quænam peruerſi rabies tam ſtulta cerebri?
Dum mala formides, nec bona poſſe pati.
Siue ſuas repetunt ex facto ergaſtula pœnas,
Triſtia ſeu nigro viſcera felle tument.
Sic nimiæ bilis morbum aſſignauit Homerus
Bellerophontæis ſollicitudinibus:
Nam juueni offenſo ſæui poſt tela doloris
Dicitur humanum diſplicuiſſe genus.

Hæc impiè Rutilius in Monachos.

Vix tuti domibus ſæuos tolerauimus imbres.

Ingentem pluuiam experti.

Vitæ flore puer, ſed grauitate ſenex.

Puer ſapiens.

Quà mare terrenis decliue canalibus intrat,
Multifidoſque lacus paruula foſſa rigat.
Aſt vbi flagrantes admouit Sirius ignes, &c.
Cum cataractarum clauſtris excluditur ęquor,
Vt fixos latices horrida duret humus.
Concipiunt acrem natiua coagula Phœbum,
Et grauis æſtiuo cruſta calore coit.
Haud aliter quàm cum glacie riget horridus
Iſter, &c. *Sal concreſcit in littore maris.*
Perditus hic, viuo funere, ciuis erat.
Noſter enim nuper juuenis, majoribus amplis,
Nec cenſu inferior, conjugióque minor.
Impulſus furiis homines, diuoſque reliquit,
Et turpem latebram credulus exul habet.
Infelix putat illuuie cœleſtia paſci,
Seque premit læſis ſæuior ipſe Deis:
Num rogo deterior Circæis ſecta venenis?
Tunc mutabantur corpora, nunc animi.

Iterum furit in Monachos.

–Magni ſic redditus indole nati
Felix tam ſimili poſteritate pater.

Bonus pater ſortitus filium bonum.

Inſtituit veterem cenſoria lima pudorem,
Dumque malos carpit, præcipit eſſe bonos.

Increpare malos, decet bonos.

Harpyjæ, quarum diſcerpitur vnguibus Orbis.

Les Maltotiers, Publicani.

-Quis enim ſub tempeſtate malignâ
Inſanituris audeat ire fretis.

Committere ſe mari, cùm furit tempeſtas.

Ex Libro ſecundo.

Si factum certâ Mundum ratione fatemur,
Conſiliumque Dei machina tanta fuit.

Si mundus factus eſt à Deo.

Sollicitoſque habuit Roma futura Deos.

Dij Romæ prouidêre.

Et captiua priùs, quàm caperetur, erat.

Roma ſub Stilicone.

Hic Mundi matrem perculit, ille ſuam.

Nerone pejor Stilico, proditor Romæ.

Diues marmoribus tellus, quæ luce coloris
Prouocat intactas luxurioſa niues.

Marmor candidiſſimum.

PROBA FALCONIA.

Ex Procemio Centonis Virgiliani, de vtroque Teſtamento.

Regnandi miſeros tenuit quos dira cupido.

Tyranni.

Cognataſque acies pollutas cæde parentum.

Bella ciuilia.

Non mihi ſaxa loqui vanus perſuadeat error;
vel horror. *Loqui ſimulachra, & falſos Deos.*

Reliqua carmina conflata ſunt ex verbis Virgilianis, vnde decerpere exquiſita prætermittimus, ne actum agere videamur.

COELIVS SEDVLIVS PRESBYTER.

EX OPERE PASCHALI, hoc eſt *De Chriſti* IESV *miraculis.*

Ex LIBRO PRIMO.

Qui pereuntem hominem vetiti dulcedine pomi
Inſtauras meliore cibo.
Corpore Chriſti reficis.

Multa per innumeros jam ſecula contigit annos,
Naturâ perdente modum, quem jure creandi
Terra tulit genitum, ſed mors miratur ademptum. *Enoch tranſlatus.*
-Tremebundáque mater
Algentes onerata ſinus. *Sara grauida.*
-Nec junctà calori
Materies alimenta dabat, nec torrida viuens
Senſit damna frutex, ſed amici fomitis æſtu
Frondea blanditæ lambebant robora flammæ.
Rubus Moſis incombuſtus.
-Nudataque tellus
Cognatis ſpoliatur aquis; ac turba pedeſtris
Intrat in abſentis pelagi mare, perque profundum
Sicca peregrinas ſtupuerunt marmora plantas;
Mutauit natura viam. *Via per Mare Rubrum.*
-Nimbiſque superni
Nectaris, aëria populum dulcedine paſtum
In pluuiis habuiſſe dapes, & in imbribus eſcas.
Manna de cœlo datur eſca.
-Quâ ſpes ablata bibendi,
Viuendique fuit. *Ils mouroient de ſoif.*

- Sterilique latex de rupe cucurrit,
Et jejuna nouum vomuerunt marmora pontum. *Aqua de petra elicita.*

Sol ſtetit ad Gabaon, mediique cacumine cæli
Fixit anhelantem dilato veſpere lucem,
Inſolitus frænare diem, nec Luna cucurrit
Ordine pigra ſuo -
Donec gladius conſumeret hoſtem,
Conjurante Polo. *Sol ſtare juſſus à Ioſue.*

- Aleſque rapinis
Deditus, atque auido ſaturans caua guttura roſtro
Tradidit illæſam jejunis morſibus eſcam.
Helias nutritus à Coruo.

Aurea flammigeris euectus in aſtra quadrigis,
Quâ leuis æthereos non exprimit orbita ſulcos
Sidereum penetrauit iter, curruque coruſco
Dexteriora petens, ſpatio majore triumphum
Egit, & humani metam non contigit æui.
Helias raptus curru igneo.

Ionas puppe cadens ceto ſorbente voratus,
In pelago non ſenſit aquas, vitale ſepulchrum
Ne moreretur habens, tutuſque in ventre ferino Depoſitum,non vita fuit.
Ionas hauſtus à Ceto.

- Vaſtumque per æquor
Venit ad ignotas, inimico remige, terras.
Delatus ad Chaldæos, aut Armenos.

Cujus Achemeniam rabies accenderat iram,
Plus fornace ſuâ.
Iuſſu Regis irati miſſi in fornacem pueri Hebræi.

Agreſtes conſors pecudum fuit ille per herbas,
Aulica depaſto mutans conuiuia fœno.
Nabuchodonoſor mutatus in bouem.

- Daniel decernitur inſons

Iejunis cibus eſſe feris, ſed bellua juſto
Mitis facta viro, ſanctos ne læderet artus
Cœpit amare famem; rabies mollita furorem
Depoſuit, ſæuiſque in faucibus ira quieuit,
Et didicere truces prædam ſeruare Leones.

Daniel illæſus inter Leones.

- prædonis in ore
Nauifrago fundauit opem.

Iona auxiliatus eſt Cetus.

- Et quæ fecere verentur. *Idolorum cultores.*
Nonnulli venerantur olus, molleſq; per hortos
Numina ſicca rigant, veriq; hac arte videntur
Tranſplantatorum cultores eſſe Deorum.

Ægyptij colunt olera.

Viſceribus fuſis vacuus quoque ventre remanſit. *Arius fudit inteſtina ſua.*

- Humanam dignatus ſumere formam
Sic aliena gerens, vt nec tua linquere poſſes.

Chriſtus homo, & Deus.

Ex Libro ſecundo.

- Creſcere poſtquam
Cœpit origo, perit, clademque à ſemine ſumpſit. *Peccatum Originis.*

- Vterumque puellæ
Sidereum mox implet onus, rerumque creator
Naſcendi ſub lege fuit: ſtupet innuba tenſos
Virgo ſinus, gaudetque ſuum paritura tonantem. *B. Virgo Chriſtum concepit.*

Tum maximus infans
Intemerata ſui conſeruans viſcera templi,
Illæſum vacuauit iter.

Chriſtus ex Virgine naſcitur.

- Si jure queat Rex ille vocari
Qui pietate caret, propriam qui non regit iram. *Herodes indignus Regis nomine.*

- Infelix mater, nec jam modò mater,
Orba ſuper gelidum fruſtra premit vbera natum. *Matres Innocentium cæſorum.*
- Senioribus eſſe
Corde videbatur ſenior, legiſque magiſtros
Inter, & emeritus reſidebat jure magiſter.
Chriſtus duodennis inter Doctores.
Quem matris dum ventre latens, nondumque creatus
Senſerat, obſtruſo jam tũc ſermone, Prophetes.
Ioannes Bapt. nondum natus ſenſerat Chriſtum.
-Cujus ſuper æthera ſedes,
Terra pedum locus eſt. *Qui verus eſt Deus.*
- Regnum Morte vacans, & fine carens, quia nulla per æuum
Tempora ſuccedent, quia neſcit tempus habere Continuus ſine fine dies.
Regnum Dei æternum.
Altera pars etenim Cæli ſumus, altera Terræ.
Ex corpore, & ſpiritu conflati.
Ex Libro tertio.
- Amittere gaudent
Pallorem latices. Menſaſque per omnes
Dulcia non nato rubuerunt pocula muſto.
Aqua in vinum verſa.
Immenſuſque calor frigus lethale coquebat.
Socrus Petri ardens febre.
- Placidum carpebat pectore ſomnum
Majeſtate vigil. *Chriſtus in naui dormiens.*
Sed pecus immundâ gaudens lue, ſemper amicum
Sordibus, atque olido conſuetum viuere cœno,
Pro meritis periere ſuis -
Talem quippe domum dignus fuit hoſpes habere. *Dæmones petunt mitti in porcos.*

- Viuum portantes jamque cadauer
Bis quinâ ceruice viri, lectoque cubantem
Vix hominem, cui vita manens ſine corporis vſu
Mortis imago fuit, reſolutaque membra jacebant Officiis deſerta ſuis, &c.

Paralyticus offertur Chriſto.

- veſtigia linquens
Tandem aliena, ſuis lætatur vadere plantis.

Redit demum pedibus ſuis.

- Modò filia, dicens,
Occidit, & miſero patri mihi nomen ademit.

Filia mea mortua eſt.

Exhauſtaque domo, nec proficiente medelâ,
Perdiderat proprium pariter cùm ſanguine cenſum.

Hæmoroïſſa fruſtra medicos adhibuerat.

Poſteriuſque latens, ſubitam furata ſalutem
Extremâ de veſte rapit.

Tangit fimbriam veſtis Chriſti.

- Atque ſemel genitam bis viuere præſtat.

Suſcitat mortuam virginem.

Diſcute nocturnas extinctis vultibus vmbras,
Et clarum largire diem - *Redde nobis viſum.*

- Lumina - Tactuque ſereno
Inſtaurata ſuis radiarunt ora lucernis.

Illuminati ſunt cæci.

- Demiſſo corpore mancum
Seminecem membris, non totum viuere; cujus
Arida torpentem damnârat dextera partem.

Habens aridam manum.

- Triplicique furore
Saucia membra tenens, mutum quatiebat, & orbum. *Lunaticus, cæcus & mutus.*

- Mulier morbo contracta vetuſto -

- Incurua caducis
Vultibus, & ſolam deſpectans cernua terram.

Mulier incuruata.

- Calcatas Dominus ſuperambulat vndas,
Et vaſti premit arua freti, glaucique fluenti
Circumfuſa ſacras lambebant marmora plantas.

Ambulat Chriſtus in mari.

Miratur ſtupefacta cohors, ſub calle pedeſtri
Nauigeras patuiſſe vias.

Mare ſtrauiſſe ſolidum iter.

Cui portus fuit illa manus.

Leuatur à Chriſto Petrus.

- Pelagique viator
Libera per vitreos mouit veſtigia campos.

Petrus ambulat in mari.

- Mulier Cananæa rogabat
Se canibus confeſſa parem. *Cananæa.*

- Quam ſoſpite natâ
De cane, fecit ouem.

Sanata filiâ, mater facta eſt Iudæa.

- Sterilique in ceſpite nullum
Contigerat plebs tanta cibum.

Populus jejunus in deſerto.

- Et auctas
Diſce fuiſſe dapes, epulas nutriuit edendo
Vulgus, & attritæ creuerunt morſibus eſcæ.

7. *Panibus nutrit* 4000. *hominum, & ſuperant* 12. *cophini.*

Ex Libro quarto.

Nec malè defoſſum famulatur furibus aurum.

Quod latro non rapit.

Conditor obſeſſâ pepulit de fauce latronem,
Et voci patefecit iter.

Dæmone pulſo, mutum ſanat.

-Magna eſt medicina fateri

Quod nocet abſcondi, quoniam ſua vulnera nutrit, Qui tegit.
Peccatum aperitur vtiliter.
Qui vocem non ore dabat, non aure trahebat;
Audiriq; loquens, meruitq; audire loquentes
Mutus, & ſurdus ſanatus.
- In cujus lumina Chriſtus
Expuit, & ſpeciem ſimulatæ mortis ademit.
Cæcum ſanat Chriſtus expuens.
- Cujus ſors inuida matrem
Iamdudum viduam, geminâ viduauerat vrnâ.
Filius viduæ mortuus.
Hic homo perſpicuo diſtentus ventre tumebat
Plenus aquæ, grauidamque cutem ſuſpenderat aluus,
Incluſam paritura necem: jam membra fluebant
Accreſcente ſinu, miſeroſque infuſa per artus
Turgida perflatum macies tenuauerat ægrum,
Inque vteri ſpatium totus conuenerat hydrops.
Hydropicus.
- Humentem ſiccatâ corporis vndâ
Iuſſit abire luem -
Carnalemque lacum peſtis lymphata reliquit.
Sublata eſt Hydropiſis.
Cæcum - Qui malè prægnantis delapſus ventre parentis,
In lucem, ſine luce ruit -
Cæcus à natiuitate.
- Gemellæ Vultibus effulgent acies, tandemque merentur
Ignotum ſpectare diem.
Hic cæcus illuminatur.
Poſtque ſepulchralem tandem recreatus honorem,

Ipſe ſibi moriens, & poſthumus extat, & hæres. *Lazarus ſuſcitatur.*

. - plebs omnis adorans
Inſolito molles ſubſtrauit tramite veſtes.

Populus ei venienti ſternit veſtimenta ſua.

Ex Libro quinto.

- Domini cum gloria vellet
Ponere mortalem, viuamq; reſumere carnem,
Non aliam. *Mori & reſurgere glorioſè.*

- Miſeroque fuiſſet
Sors melior neſcire datam, quàm perdere vitam. *Vtinam natus non eſſet Iudas.*

Aut truculenta pio lupus oſcula porrigit Agno. *Iudas Chriſtum oſculatur.*

Ille Sacerdotum fuerat tum denique Princeps,
Et Princeps ſcelerum.

Cayphas author mortis Chriſti.

- Velut ignis oberrans
Arentes ſtipulas, vires cum ſumma cremandi
Materies infirma rapit, victoque furore
Labitur inualidæ deformis gloria flammæ.

Vn feu de paille.

- Gemituque ſequente
Culpa fugit, cedunt lacrymis delicta profuſis
Et dulcem veniam fletus generaſtis amari.

Petrus lugens veniam obtinet.

Exitus hic mortis tamen, & ſublime cadauer
Oſtendit populis quanto de culmine lapſus
Pridem diſcipulus, qui nunc reus; alta relinquens
Sidera, tartareũ deſcendit ad vſque profundũ,
Tunc vir Apoſtolicus, nunc vilis Apoſtata factus. *Iudas ſe ſuſpendens ex arbore.*

Par eſt pœna trium, ſed diſpar cauſa duorum.

Chriſtus pendens inter duos latrones.

Abſtulit ille ſuis Cœlorum regna rapinis.

Bonus Latro.

- Subitò venere tenebræ,
Et totum tenuere polum, mœſtique nigrantem
Exequiis texere diem.

Tenebræ Christo patiente.

Auctoremque ſequens per Tartara Mundus abiret. *Terra motus Chriſto patiente.*

- Membris obeuntibus in ſe
Non obeunte Deo. *Moritur Chriſtus.*

Non tu Mors-
Peruenis ad Chriſtum, ſed Chriſtus peruenit ad te,
Cui licuit ſine morte mori. *Mors Chriſti.*

Nobilis accepit Domino locus ille jacente,
Nobilior ſurgente tamen. *Tumulus Chriſti.*

Ad tumulum: vacuumque vident jam corpore factum,
Sed plenum virtute locum.

Sepulchrum Chriſti.

- Seſeque videri
In membris quibus ante fuit.

Verè ſuſcitatum eſſe.

EX HYMNO DE CHRISTO.

Paruoque lacte paſtus eſt,
Per quem nec ales eſurit.

Chriſtus Deus mammam ſuxit.

Vitam recepit Lazarus,
Cunctiſque liber vinculis
Factus ſuperſtes eſt ſibi. *Lazarus ſuſcitatus.*

Pacem ferebat oſculo
Quam non habebat pectore.

Iudas Chriſtum oſculo tradens.

Qui nos redemit venditus. *Chriſtus.*

DRACONTIVS.

EX HEXAHEMERO. *Lib.* I.

Lux, mors vna tenebris,
Lux genitis, factiſque color, lux gratia Solis,
Principium factis lucem dat lucis origo.
Laus lucis in tio Mundi creata.
-Vnda beata nimis-
- juſſu ſuſpenſa Tonantis.
Aquæ ſuper Cælos.
Suſtentant ſolidam fluidis radicibus vndæ,
Quam molles portant, ſeu fundamenta liquores. *Aquæ in viſceribus terræ.*
Planicie pars tenſa jacet; pars littora curuat,
Pars datur in tumulos, pars aſpera rupibus horret,
Pars riget inculta, reſidet pars valle profundâ,
Et colles tumidi cumulis juga celſa ſupinant.
Terræ creatæ deſcriptio.
Plenus odoriferis nunquam marcentibus herbis. *Paradiſus ſemper virens.*
- Lunam jubet ire ſecundam,
Nigra tenebrarũ corrumpere tempora noctis,
Et trepidam proferre diem comitante quiete.
Lumen nocturnum Lunæ.
In corpus ſolidantur aquæ, neruique ligantur;
Muſculus humor erat, fluctus dureſcit in oſſa,
Atque oculi gemmantur aquis, humore gelato,
Et quot ſunt fluctus, tot forſan în æquore piſces. *Piſces creantur ex aquis.*
Cornibus erumpunt armata fronte juuenci,
Et per prata vagus ſequitur ſua bucera Taurus;
Ceruus in arua fugax palmatis cornibus errat;

Et velox prorumpit equus, pecus vtile bellis,
&c. *Creantur quadrupedes.*
Et ſubitò ſparſura graues per ſibila mortes.
Serpens.
- Animal rationis amicum
Formatur virtute Dei. *Creatur homo.*
- Membratur in artus
Corporea ſpecies hominis, cæleſtis imago,
Spiritus infuſus ſubitò per membra cucurrit.
Animatur homo.
Iam cutis eſt qui puluis erat -
Orbe micant gemino gemmantia lumina viſu.
Adam efficitur.
Velle pares, & nolle pares, ſtans vna voluntas,
Pars animi concors paribus decurrere votis;
Ambo ſibi requies cordis, ſint ambo fideles,
Et quicumque datur caſus, ſit cauſa duorum.
Concordia conjugum.
Fur opifex vult eſſe ſuus.
Rapit coſtam Adamo.
- de parte breui formatur adulta
Virgo - Matura tumentibus annis,
Conjugij, ſoboliſque capax. *Formatur Eua.*
Somnus erat partus, conceptus ſemine nullo.
Sopor immiſſus Adamo.
Arboris vnius tantùm neſcite ſaporem.
Abſtinete ab vnâ arbore.
Ingerit ore cibos crudeli funere plenos.
Arbor ſcientiæ boni, & mali.
Signa videt medicus mortis, reduciſq; ſalutis,
Et negat, aut ſpondet victurum, judice viſu.
Medici ex ſolo aſpectu judicant de ægris.
Pœna mori crudelis erat, ſed viuere peius,
Otia delicias perdunt.
Supplicium Adami, & Euæ.

Et vitæ mors meta datur cum fine malorum.

Morti addicuntur primi parentes.

Mentiturque diem lux frigida, mortis imago.

Lumen Lunæ.

Sol oculus Cæli. *Laus Solis.*

Scit quo nitidus cryſtallus ventre creatur,
Candida materies glacies imitatur aquarum.

Cryſtalli deſcriptio.

Dux odor vſque ſagax.

Vultur ad cadauer accurrit.

Qui Lunæ creſcente globo, jubet æquora creſ-
cant. *Æſtus marini ſequuntur Lunam.*

EX LIBRO SECVNDO.

Perſarum Regem Babylonica regna tenentem
Poſt decus imperij nouimus eſſe bouem.

Nabuchodonoſor factus bos.

Et qui bos fuerat, de boue factus homo eſt.

Recepit formam priſtinam.

Sed diuerſa creans, & diſcordantia, juſſit
Et bona mixta malis, & mala mixta bonis.

In terris mala bonis permixta ſunt.

Materies ferri ſimplex, & noxia conſtat:
Impius inde nocet, ruſticus inde placet.

Res mala non ſunt, ſed abuſus.

Fama Ducum mors eſt bellis quæſita cruentis.

Honorantur qui cadunt homines.

Quod pereunt hoſtes Regis fortuna vocatur.

Fortunatus dicitur, qui multos interimit.

PROSPER AQVITANICVS.

EX EPIGRAMMATIS.

Nec fugit infecti ſceleris mens praua reatum,
Cui nimis hoc ſolum quod voluit, nocuit.

La volonté eſt reputée pour le faict.

Deus. Dat ſpatium vt pereant crimina, non
homines. *Deus expectat peccatores.*

Cum Rex ſaluandis ipsâ quoque conſulit ira,
Vt curat medicus vulnera vulneribus.
Deus caſtigat peccantes, vt eos emendet.

Nam fari rectè miſerum eſt, & viuere prauè.
Cùm vita verbis non reſpondet.

Inque illis habitat diues penetralibus hoſpes.
Deus in ſuis operibus.

Nam quid erit quod dira procul faſtidia
pellat;
Cum ſe, ipſo refugit mens ſaturare Deo?
Qui verbum Dei audire refugit.

Nam nimis aſcenſu doctrinæ deuius errat,
Si quæ curauit ſcire, fugit facere.
Opus à Chriſtiano requiritur.

Is memor eſt legis, qui memor eſt operis.
Idem.

Hoc ipſo, quod ſe ſtare putat, cecidit.
Superbus.

Dilexiſſe bonos, & toleraſſe malos.
Summa vita Chriſtiana.

Nec volet augeri, nec metuet minui.
Beatitudo.

Nec ſerum aut properum ſibi ſentit in ordine
rerum,
Cui cuncta aſſiſtunt acta, & agenda ſimul.
Æternitas Dei.

Qui ſe peccatis gaudet feliciter vti,
Infelix nimis eſt proſperitate ſuâ.
Peccator felix, infelix eſt.

- Fœni breuiter florentis amator,
Seu caret optatis, ſeu fruitur, miſer eſt.
Malus ſemper infelix.

- Et damnet crimina, non homines.
Verus Chriſtianus.

Nouerit ergo Deum ſapiens, totiſque medullis
Diligat, inque ipſo, ſe quoque amator, amet. *Vera Dei dilectio.*

Cum prece ſanguineas fundebat corpore guttas;
Et pretium mundi ſudor erat Domini.
Omnis ab hoc vno ſemine meſſis erit.
Sanguis Chriſti ſudantis, ſemen Chriſtianitatis.

Qui terret, parcit; qui percutit, ille medetur:
Viuere vis, illi ſubdere, quem metuis.
Verus Dei timor.

Quæ nulli tribuit, pauperibus rapuit.
Qui non dat eleemoſynam, furatur.

Inuitis, Chriſti munera, nemo rapit.
Gratia non aufertur vi.

Qui viget affectu, non gemit imperio.
Amor leuia facit omnia.

At bona, quæ verè bona ſunt, nec ſine tenentur,
Semper habet, quiſquis ſemper habere cupit.
Virtus non eripitur.

Nec vim ferre poteſt Chriſto ſubnixa voluntas. *Chriſtianus inuictus.*
Cuius ſi pars es, pars tua Chriſtus erit.
Iungere Chriſto, vt capiti.

Quæ pereunt nobis, & quibus occidimus.
Terrena.

Non tamen hæc grauis eſt manſueto ſarcina dorſo;
Nec lædit blandum mitia colla jugum.
Iugum Chriſti ferre volenti, ſuaue.

Quærere nil cupiunt, perdere nil metuunt.
Veri Chriſtiani.

Factus ſum Chriſti corporis, ille mei.

Nos ſumus corpus Chriſti.

Non metuo exilium, Mundus domus omnibus vna eſt. *Non exulat vir bonus.*

Quos pugnare jubes, & ſuperare facis.

Adjuuat, qui jubet.

Pauperiem Chriſto diuite, non metuam.

Chriſtiano non eſt timenda inopia.

Ex Carmine de Prouidentia Dei.

Dumque pios agimus, vertimur in querulos.

Lugentes patriæ ruinam.

Inſontes ſequitur pœna, ſaluſque reos.

Nulla eſt juſtitia.

-Non defuit vlli
Authorem natura docens.

Naturaliter omnes ſciunt eſſe Deum.

Et nihil eſt quod ſtare queat factore remoto.

Deus omnia conſeruat.

O plus corporeis oculis, quàm mente videntes!

O carnales!

Nec de noſcendis egeat manifeſta doceri.

Deus ſcit omnia.

-Hunc manibus, quò plus genitoris haberet, Dignatur formare ſuis.

H*omo formatus Dei manu.*

-In ſe intus habens diſcrimina rerum,
Iuſque voluntatis. H*omo liber.*

Ramis
Queîs inerat recti, ac praui experientia major.

Arbor ſcientiæ boni & mali.

-Culpâ in cunctos manante minores.

Originalis.

-Iuſtus Abel
Conuertit Domini ſincera in munera vultum.

Deus reſpexit ſacrificium Abelis.

-Inſanæ regnaret fortior iræ.

Frænaret iram ſuam.

Abram

Multorum, pariente fide, genitor populorum.

Credentium pater.

Quæ licet infidas ſoleant confundere mentes,
Non poſſunt turbare pias.

Exempla piorum afflictorum.

-Sed clade remotâ Duratur parcente Deo.

Pharao redit ad ingenium ſuum.

Luce tegens, & nocte regens, eadem ignis & vmbra;
Diſcutiens flammis tenebras, & nube calores.

Columna ignea dux Iſraëlitarum.

Diuiſum pelagus, ſolidoque rigore ligatas.
Inſtar montis aquas, vacuo ceſſiſſe profundo.

Via Iſraëlitarum per mare Rubrum.

Quæque ad opem cedunt, eadem famulantur ad iram.

Mare inuoluens Ægyptios, parcens Hebr*ais.*

Mannæ imbrem, & cunctos in Cæli pane ſapores. *Manna in deſerto.*

Nec membris nocuiſſe æuum, nec veſtibus vſum.

H*ebrai annis 40. in deſerto valentes, & veſtibus non detritis.*

Vt quod agit, velit ipſe pati.

Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris.

-Genitam nobiſcum agnoſcite legem.

Naturalem.

-Semine recti Nemo caret.

Inclinamur ad bonum.

Damnatur iudex, Verbum tacet.

Chriſtus ſilens damnatus.

Cùm documenta fides caperet viſuque, manuque.

Diſcipuli videntes, & tangentes Chriſtum.

Conſpicuus multis, ſæpe & tractabilis eſſet.

Idem.

Sic homo, ſic Deus es, vt non ſis vnus & alter.

Diuinitas ab humanitate non ſeparanda.

Edocti non poſſe capi, niſi de cruce Cælum.

Cœlum duntaxat emitur patientiâ.

Cur non ſum bonus? hoc non vis: cur ſum bonus? hoc vis. *Deus cauſa boni, non mali.*

-ipſaque bellum
Libertas mouet, & quatimur ciuilibus armis.

Culpa eſt noſtra libertatis.

-Cùm lux famulata
Neſciret, niſi quem faceret victoria finem.

Ioſue Solem ſtare jubet.

Nec ſeruire aſtris vult, quos ſuper aſtra locauit. *Nulla vis aſtrorum in homines.*

Nam quod vbique agitur, quod geſtum eſt, quodque gerendum eſt,
Ante oculos Domini puncto ſubſiſtit in vno.

Omnia Deo præſentia.

Nec rutilo mulier decepta eſt vellere, cuius
Sola domus, tantâ pereunte ſuperfuit vrbe.

Raab domus vna ſeruata, deleta Hiericonte.

Cibus alite coruo- Suggeritur.

Nutritur Helias *à coruo.*

-Vitiis miſerum, aut virtute beatum
Cenſentes. *Verè judicamus.*

-Quodue vt dare cuiuis
Vna dies, ſic vna poteſt auferre. *Res terrenæ.*

Nos ſplendida quondam
Vaſa Dei, nos almæ aræ, & ſacraria Chriſti.

Nos Chriſtiani.

Sanguine quos proprio quæſiuit prodigus emptor. *Quos Chriſtus redemit.*

EX EPIGRAMMATIS *alijs.*

Si paſtorem ouium lædere vis, lupus es.

Aggreſſus S. Auguſtinum.

Illa volens iterum ſurgere, bis cecidit.

Hæreſis iterum damnata.

Ex Carmine ΠΕΡΙ ΑΧΑΡΙΣΤΩΝ, *hoc eſt de Ingratis contra Pelagianos.*

-Sacro ſi vellent fonte lauari. *Baptizari.*

Vt ſponte attractum veniâ ſoluente reatum,
Sponte ſuâ in vires proprias natura rediret.

Sine gratia, & viribus naturæ.

Conficiens diros jaculis cœleſtibus hoſtes.

Excommunicans.

Sede Roma Petri, quæ paſtoralis honore
Facta caput Mundi, quidquid non poſſidet armis,
Relligione tenet. *Primatus Romani Pontificis.*

-Mundique Magiſter Hieronymus.

Doctor egregius.

Concilium, cui Dux Aurelius, ingeniúmque
Auguſtinus erat. *Concilium Africanum.*

-Noſtro lumen dedit æuo
Accenſum vero de lumine; nam cibus illi
Et vita, & requies Deus eſt, omniſque voluptas
Vnus amor Chriſti, atque vnus Chriſti eſt honor illi;
Et dum nulla ſibi tribuit bona, fit Deus illi
Omnia, & in ſancto regnat ſapientia templo.

Laus S. Auguſtini.

-Atque perempti,
Dogmatis extinctas tentant animare fauillas.

Suſcitare extinctam hæreſim.

-Noua te diſcordia diuidit à te.

Tecum ipſe non conuenis.

Corde foues, quod in ore premis.
Damnas ore, corde profiteris.
Progeniem culpâ, & letho deuinxerit omnem.
Peccatum Originis.
Hoc quoque judicio ſancto ſcis eſſe diremptum. *Concilio.*
Gratia quâ Chriſti populus ſumus. *Chriſtiani.*
-Pulſant non intra animas. *Gratia inefficax.*
Hunc itaque affectum, quo ſumunt mortua vitam,
Quo tenebræ fiunt lumen, quo immunda niteſcunt,
Quo ſtulti ſapere incipiunt, ægrique valeſcunt;
Nemo alij, dat nemo ſibi. *Gratia efficax.*
-Non hæc ſtudio, ſed munere ſumit.
Ipſaque ſolo Naſcatur ſpirante Deo.
Ergo voluntatis genitrix, operumque creatrix
Non eſt ex meritis. *A Deo eſt, non ex meritis.*
Siue illam vis eſſe tuam, non munere dantis.
Nullam habet in nobis ſaluatrix gratia ſedem.
Quantò plus graditur, tantò longinquiùs errat. *Procedendo fit error grauior.*
-Cauſis cauſas aptate ſequentes.
Tirez des concluſions.
Dicite plectentes apices, mortiſque miniſtros
Hoc expleſſe operis. *Legem Moſaïcam.*
-Submittite vela tumoris,
Nobiſcumque humiles placito conſiſtite portu. *Sentite cum Catholicis.*
-Vno omnes homines cecidiſſe ruente,
In quo tota ſimul ſeries proſtrata nepotum
Deperiit. *Peccatum Adami.*
Perque ipſam ni curratur, non itur ad ipſam.
-Sine lumine lumen
Nemo videt, vitam ſine vitâ inquirere, mors

eſt. *Sine gratia nihil boni fit.*

-Dum nemore almo
Degit, & edicto parens cauet arbore ab vnâ.
Adamus in horto voluptatis.

-Superbum
Conſilium, mixtum inuidiæ de fonte recepit.
Acquieuit conſilio Dæmonis.

Corruit hic, cunctiq; ſimul, genitore cadente,
Corruimus. *Peccatum Originis.*

-Tranſcurrit enim viroſa per omnes
Peccati ebrietas, corrupti & cordis in aluo
Perſiſtit, crudâ feruet carbunculus eſcâ. *Idem.*
Hinc animi vigor obtuſus caligine tetrâ
Induitur, nec fert diuinæ fulgura lucis
Lumen iners; hinc Arbitrium per deuia lapſum Claudicat.
Liberum arbitrium debilitatum.

-phreneticus æger
Morbum amat, & pellit medicum.
Hæreticus fugit doctorem.

Et quod habes, hoc acceptum fatearis habere.
A Chriſto.

-Inde quod in nos *Deus.*
Finxerit, hoc nobis majorum cauſa bonorum
Dum largitori ſua reddimus, èque relatis
Augemur, noſtrumq; bonum fit gloria dantis.
Dum grati ſumus in Deum.

-Vix auræ tenuis, lactiſque capaces.
Infantuli.

In fine & vitæ fieret de munere merces.
Vltima gratia.

Omnigenam prolem cum pœnâ, & crimine naſci. *Cum Originali peccato.*

-Vt quo languetur, ametur.
Amant cauſam morbi ſui.

-Si quid ſapimus volumuſque,
Debemus Chriſto. *Gratia per Chriſtum.*
Vt de perceptis prodiret cauſa merendi,
Deque datis in danda gradus induſtria creſcens
Scanderet, atque bonum fieret Deus omnibus vnum.
Gratum ſe exhibere, meretur nouam gratiam.
Dona Dei, quorum eſt fons vnus ſumma voluntas. *Quia ſic vult Deus.*
-Splendoremque omnibus vnum
Nunc talem innaſci, qualis fuit ante ruinam.
Similes Adamo in horto voluptatis.
-Ne curſus Chriſto ſine, ſit vagus error.
Malè curras, ſine Chriſto.
-Factis hæſit, factore relicto.
Creatis, pro Creatore.
-Fuit mors
Vnius inſontis multorum vita reorum.
Chriſtus nos redemit.
-Quibus eripiendis
Succurri haud aliter potuit, quàm morte medentis.
Chriſti Medici morte, ſanatus æger homo.
Qui membrum eſt Chriſti, capitiſque in corpore viuit. *Chriſtianus, atque Catholicus.*
Vt nos inſereret ſummis, ſe miſcuit imis.
Demiſit ſe, vt nos exaltaret.
-Vitæ- Quæ de radice miniſtrâ
Succum agat in frondes, & vino compleat vuas. *Ex radice vitis omnis ſuccus.*
Libertate agimus, ſed libertate redemptâ.
Libero arbitrio per Chriſtum ſanato.
-Creanſque
De meritis merita, & cumulans ſua dona coronis.

ronis *Deus remunerat munera ſua in nobis.*

-Voluntas

Quæ ſine te, quid agit ? niſi quod procul exulet à te. *A nobis tantùm peccatum eſt.*

Tunc fiet curſus velox, oculique videntes,
Libera libertas, ſapiens ſapientia, juſtum
Iudicium, & fortis virtus, & ſana voluntas.

Cùm aderit gratia.

CLAVDIVS MARIVS VICTOR

Ex Carmine in Genesin *ad Ætherium filium ſuum.*

Ex Præfatione.

Vel vim mentis habet, vel formam in membra recepit. *Eſt ſpirituale vel corporeum.*

-Arbitrij natura in vtrumque valentis.

Liberum Arbitrium.

-Inde perire
Poſſe, datum eſt cunctis, vt viuere dulcius eſſet. *Velle malum, ac bonum.*

Quod leue præſcriptum violatâ lege reſoluens
Ad lethum patefecit iter.

Adamus intulit mortem Mundo.

-Plus eſt vincere mortem,
Quàm neſciſſe mori.

Mortem contemnere, quàm immortalem eſſe.

ex Libro primo.

Regnum erat ipſe ſuum.

Deus ante Mundum conditum.

Et ſacer extenſis impendens Spiritus vndis
Altrices animabat aquas, ac ſemina rerum.

Spiritus ferebatur ſuper aquas, aut incubabat aquis.

-Plus ſit tibi credere ſemper

Poſſe Deum, quidquid fieri non poſſe putatur.

Deus plus poteſt quàm concipimus.

Quorſum tam lati fines, poſſeſſióque ampla,
Si rerum poſſeſſor abeſt.

Terra, homine nondum creato.

Tractatu facilem, & bene gnarum cedere limum. *Homo factus ex limo.*

-Tum flatu immiſſa vaporo
Vita rigauit humum. *Homo animatus eſt.*
-Vbi toto acceptum pro ſemine vulnus.

Peccatum Originis.

Quodque Palæſtinus lacero fert vulnere ramus. *Balſamum.*

Illinc diuerſo nocitura peritia fructu
Notitiam rerum ſuſpendit ab arbore legis.

Arbor ſcientia boni & mali.

-Et fortior obice factus
Multiplicatur aquis. *Tigris fluuius retentus.*
-Largitio pura,
Non merces Paradiſus erat.

Mera gratia, ſine labore.

Notitiam recti atque mali ſub cortice geſtat.

Arbor ſcientia boni, & mali.

-Quod non meritis, ſed tantùm ſponte benignâ
Largitur famulis, noſtri cupit eſſe laboris.
Et ſe quod donat, mauult debere videri.

Vult Cælum mercedem eſſe.

-Sponte recedens
Pellis, iter planum coſtæ præbebat eunti.

Tollit Deus Adamo coſtam.

Quæ varios operante Deo digeſta per artus
Accepit formam, calidiſque animata medullis
Verſa in opus vitæ eſt, ſexu jam grata ſecundo.

Formata eſt fœmina ex coſtâ.

Vt primum illicito violarunt ora ſapore.
Pomum vetitum guſtârunt.
-Sexuque latenter
Erubuere ſuo. *Viderunt ſe nudos.*
-Vſque adeo contermina pœnæ
Culpa ſuæ eſt. *Culpam ſtatim ſequitur pœna.*

EX LIBRO SECVNDO.

-Sic triſtibus illis
Iam vitæ perit omnis amor, penuria rerum
Inſinuat jam dulce mori, ne major egeſtas
Occurrat grauiore malo.
Adam & Eua poſt peccatum miſeri.
Serpentis formam accipiens, & conjugis illa
Arma meæ. *Dæmon latens in ſerpente.*
-Nepotum
Mortibus æternam faciat ſucceſſio pœnam.
Peccatum Originis.
-Prima domus natis jam plena duobus.
Duo filij Adami.
At viuo gaudere lucro digniſſimus Abel.
Abel ouium paſtor.
-Fratremque cauendi
Ignarum, ſæuâ mactatum morte trucidat.
Caïnus Abelem necat.
-Culpamque parentum
Inductam Mundo -Fecit
Impietas ſcelus eſſe nouum. *Caſo Abele.*
Ne peruerſi hominum mores creſcentib⁹ annis
Augmentum acciperent, vitiis vt terminus eſſet,
Maxima vita hominum luſtra ad duodena redacta eſt. *Cur breuior hominum vita.*
-Terrena ſecuti
Plus carnis, quàm mentis habent.
Homines carnales.

-Tum dignius à te
Incipiat mortale genus *R liquis exterminatis.*
-Senium ipſe, animumque miniſtrans
Velle, & poſſe dabat famulo, quodcumque jubebat. *Deus ipſe juuaba Noëmum.*
Diffugium quod ſupremum Pater ipſe pararat,
Naufragiis natura tuis. *Arca Noëmi.*
Cunctáq; viuificis animalia reddere clauſtris.
Arcâ includere.
-populique natante ruinâ
Nulla manet rerum facies, tegit omnia flumen,
Creſcendoque ſuum perdunt, & flumina nomen. *Aqua terram inundat.*
-Cum quadraginta diebus
Vnius pluuiæ furor, & mors vna fuiſſet.
Pluit 40. diebus.
-Et occultos paulatim ſurgere montes.
Aquâ ſubſidente.
-Emiſſa ſemel vitali ex ſede columba.
Ex Arca.
-Speculatrix arua patere
Nunciat. *Columba monet ceſſaſſe diluuium.*
-Clauſos, dum fluctuat Arca, perire
Inter aquas potuiſſe ſiti. *In Arca nulla aqua.*

EX LIBRO TERTIO.

Agnouitque hæc prima recens altaria Mundus,
Antea totus enim conuexo tramite Cœli.
Templum Mundus erat.
Primum altare à Noëmo.
Æſtati certabit hyems, ac tempora librans
Veris, & Autumni fugiens replicabitur annus.
Viciſſitudo temporum.
Cùm leuis in nebulas pendens ſe verteret humor,

Et nigras cumularet aquas in c neaua nub s,
Effundam radios, & pulchrum circite ſummo
Arcum componet mihi Solis imago recur-
uum,
Pingentem conuexa poli, qui luce colores
Exhibeat varios, & in aëra diſſipet imbres,
Ignis plus habeat rutilans, & jam minus im-
bris. *Iris, ſeu Arcus cœleſtis.*
-Et ſemine rura maritant. *Serunt agros.*
-Flauas cùm durauiſſet ariſtas,
Solis ob ardores in frugem lacte gelato.
Frumentum creſcit.
-Vinea diti
Luxuriat fructu, tortâque ex arbore nectar
Parturit. *Vitis racemos profert.*
Et plures orare Deos, Idolaque muta.
Idololatria.
Mole & mente gigas. *Nembrod.*
Neſcia poſteritas, vt nos hinc Orbe relicto
In Cœlum migraſſe putet.
Cauſa turris Babylonica.
Turris mox vertice nubes
Tranſilit, & fruitur Cœli propiore ſereno.
Erigitur in Cælum Turris Babel.
-Subiecta obliuio primùm
Intrat, & ignotæ ſubit imperfectio linguæ.
Increpitant operis ſtudio ceſſante magiſtri
Cunctantes ſocios, ſed vocem nemo remittit,
Non intellectis. *Confuſio linguarum.*
-Longè remotis
Confidunt terris, atque Orbem gentibus im-
plent. *Diſtributi per Orbem homines.*
Nubila morborum corrupto tramite Cœli
Dum currunt, quiſquis percuſſum fulmine
lethi

Ingemuit ſimul, ipſe ruit; quicumque cadentem
Conſpexit, cecidit; congeſtáque funera paſſim
Dira lues ſtrauit, campoſque reliquit inanes.
Sæuiente peſtilentiâ.
-Ne ſis pars gentis iniquæ,
Qui ſanctæ caput eſſe potes.
Sic Deus ad Abram.
-Quà tendere prodidit hoſtem
Lentum, præda grauis.
Aſſyrij recedentes victores.
Non ſibi ſe pugnaſſe docens.
Abram Loth captum liberans.
-Quantis congeſta premuntur
Sidera ſideribus, numerumque objecta recuſant. *Quot ſunt in Cælo ſtellæ.*
-Seruili ſemen concredere perpulit aluo.
Miſceri cum Agare ſeruâ.
-Vt primùm viuere ſenſit
Agar ventris onus. *Se grauidam eſſe.*
-pueros à matre recentes,
Atque rudes vitæ, dum mens ignara dolendi eſt,
Præputio exutos octauâ luce ſacrare.
Circumcidere pueros jubet.
Teque annum Sole remenſo,
Eſſe patrem faciet.
Intra annum pariet tibi Iſaacum.
-Se primum, & gnatum, cunctoſque clientes,
Et famulos omnes, quo juſſum eſt ſtigmate ſignat,
Et populum facit eſſe nouum, fontemque piorum. *Circumcidit omnes ſuos.*
Officiumque pij non aſpernatus alumni,

Oblatoſque cibos, menſaſque ſacrauit amicas.

Angeli excepti ab Abrahamo.

- Et infandas terras, vrbeſque nocentes
Sulphurei teſtudo tegit, curuata metalli.

Nubes ſulphurea imminens 5. Vrbibus infamibus.

In ſtatuam conuerſa Salis, ſpoliataque luce
Sic animam infelix cum corpore perdidit omni,
Vt nullum extaret, formâ remanente, cadauer.

Vxor Lothi verſa in ſtatuam Salis.

- In gelidas ignem conuertere lymphas,
Ac rurſum lymphas ardentem poſſit in ignem.

Mare Mortuum.

Ex Epiſtola AD SALMONEM ABBATEM.

De peruerſis ætatis ſuæ moribus.

Abſumptæque omnes vani in proſcenia rupes.

Omnes conſumpti lapides in vana ædificia.

Nil hoſtis, nil dira fames, nil denique morbi
Egerunt, fuimus qui nunc ſumus, &c.
Nil ſanctum eſt nobis, niſi queſtus.

Calamitates neminem emendarunt.

At viris alios, alioſque opponere vultus
Nonne hæc culpa viri eſt? quid agunt in corpore caſto
Ceruſſa, & minium, centumque venena colorum. *Femmes fardées.*

Quod plauſum accipiunt lyra Flacci, aut ſcena Terenti.

Quod probantur carmina non ſatis caſta.

- Nos turpiter iſtis
Nutrimenta damus flammis.

Augemus libidinem.

Quod ſi correcti ſanum ſaperemus.

Si emendaremur calamitatibus.

S. PAVLINVS NOLANVS.
SIVE
MEROPIVS PONTIVS ANICIVS PAVLINVS.

Ex Carmine primo.

Quas latitans ſilicis ſub tegmine callidus anceps
Dum ſimili mentitur aues, fallitque ſuſurro,
Agmina viſcatis ſuſpendit credula virgis.

Il prend des Oiſeaux à la pippée.

Ex Carmine ſecundo.

Tranſmiſi æquoreo redolentes nectare teſtas,
Quas viſcus prædulce replet bicolore medullâ.

Mitto ad te Oſtrea. *Des huittres.*

Ex Matutina Oratione I.

- nulluſque habeat mihi vota nocendi.

Nemo mihi nocere velit.

- Et multùm grata malignis
Auribus, effuſo ſemper rea lingua veneno.

Turpia verba.

Ex Matutinâ Oratione ſecundâ.

Quę malè tribuitur Auſonio.

Ignorate malis, & nulli ignote piorum.

Deus.

- Verbum Deus anticipator
Mundi, quem facturus erat.

Ante Mundum genitus Filius.

Irrequies cuncta ipſe mouens.

Mouet omnia immotus.

Nil metuam, cupiamque nihil.

Votum viri boni.

- Nil turpe velim, nec cauſa pudoris
Sim mihi. *In me purus.*

- paulùm diſtare videntur
Suſpectus, veruſque reus.
In me nulla cadat ſuſpicio.
Nec timeat mortem bene conſcia vita, nec optet. *Expectem à Deo mortem.*

Ex Carmine de S. Ioanne Baptiſta.

Si mors illa fuit, meruit quæ ſanguine Cælum.
Martyrium non eſt mors.
Spemque omnem ſobolis tranſuecta excluſerat ætas. *Ambo conjuges vetuli.*
Infidum facit ipſa fides. *Zachariam.*
Protinus adſtricta eſt dubitanti lingua palato,
Et motus oblita ſui, molitáque vocis
Articulare ſonum pigro torpore cohæſit.
Redditur mutus.
- Sacrandaque creſcit - *vel* Sacrata.
Sarcina, cæleſtem Dominum pia confouet aluus. *Chriſtus concipitur in vtero Virginis.*
Iam vates, nec dum genitus; concluſus in aluo,
Iamque Propheta. *S. Ioannes Baptiſta.*
- Coïtuſque ignara viriles,
Sed paritura Deum, tanti fuit eſſe pudicam.
Beata Virgo Deipara.
Inde vbi prima puer ſtabili veſtigia niſu
Fixerat. *Vbi cæpit primùm incedere.*
Vel quas ipſe Deus leges interprete Moſe
Condiderat, ſacri quas ſeruat pagina ſaxi.
Lex Moſaïca.
Quod renouet vitam, vetereſque obliteret actus Quodque nouos homines faciat.
Baptiſmus.
- Cum ſe damnauerit ipſe,
Abſolui meruit. *Pœnitens.*

Ex Pſalmo I.

- Vt arbor quæ propinqua flumini

Humore ripæ nutriente paſcitur;
Et fronte nunquam defluente peruirens
Stabit perenni viuidum lignum comâ.

Arbor adjacens riuo, ſemper viret.

Opus per omne curret ignis arbiter
Quod non cremarit flamma, ſed probauerit.

Ignis purgatorius.

Tamen ſubuſti corporis ſignis miſer,
Vitam tenebit, non tenebit gloriam.

Igne purgabitur.

Ex Pſalmo II.

-Quicumque hominum famulantia corda
Iudicio regitis, rerumque tenetis habenas.

Reges, & Principes.

Segreget & paleas ipſi (*Inferno.*) frumenta
ſaluti. *Bonos & malos ſeparat.*

Ex Pſalmo CXXXVI.

Dum rudis ex vtero cordis per pectora capta
Reptat adhuc teneris vitiorum infantia
membris. *Initio elidantur vitia.*

EX EPISTOLIS AD AVSONIVM.

Ex Secundâ. In primâ nihil.

Sibi repoſcens ab homine & munus ſuum,
Viuamus vt vitæ patri.

Petit à me Deus piam vitam.

Deuſque nobis, atque pro nobis homo,
Nos induendo ſe exuit.

Deus factus homo pro nobis.

Ignoſce amanti ſi geram quod expedit;
Gratare ſi viuam vt libet.

Vni vacans Deo.

Ex tertiâ Epiſtolâ.

-Ipſo lædere vultu
Semper, & incautâ timui violare figurâ.

Timui tibi magiſtro meo diſplicere.

- prius ipſa recedet
Corpore vita meo, quàm veſter pectore vultus. *Priùs moriar, quàm tui obliuiſcar.*
- Et affectus ſuos
- Teneatque æquè vt vitam ſuam;
Et vt mori, ſic obliuiſci non cupit,
Perenne viuax, & memor.
Semper meminero tui.

Ex quartâ Epiſtolâ.

Sine nomine nomina Muſas
Surda vocas, & nulla rogas -
- Rapiunt hæc vota procellæ
Quæ non miſſa Deo vacuis in nubibus hærent.
Vota facta Muſis antiquis.
Qui trifido igne micat, nec inania murmura miſcet. *Verus Deus.*
- Quid me accuſas? ſi diſplicet actus
Quem gero agente Deo, prius eſt (ſi fas) Deus author. *vel* reus.
Cui placet aut formare meos, aut vertere ſenſus. *Accuſas Deum ipſum.*
- Quo non peruerſus habebar,
Et peruerſus eram. *Ante conuerſionem meam.*
Mens noua me fateor cepit, mens non mea quondam,
Sed mea nunc authore Deo. *Noua vita mea.*
Quod tuus ille tuis ſtudiis, & moribus ortus
Paulinus, cui te non inficiare parentem.
Tuus diſcipulus.
- Nunc ſpe ſequimur quod mente videmus,
Spernentes varias rerum ſpectacula formas,
Et malè corporeos bona ſollicitantia ſenſus.
Contemnimus terrena bona.
- Nec Tanaquil mihi, ſed Lucretia conjux.
Non imperioſa, ſed caſta.

Ludere blanditiis vrentibus, & malè dulces,
Fermentare jocos Satiræ mordacis aceto.
Pungere iocis acrioribus amicum ſuum.
- Iuuat hoc nec pœnitet hujus
Erroris, ſtultus diuerſa ſequentibus eſſe
Nil moror. æterno mea dum ſententia Regi
Sit ſapiens. *Volo ſapere cum Deo.*
Quod probat, aut damnat tanti eſt, quanti arbiter ipſe;
Ipſe obit, atque illi ſuus eſt comitabilis error,
Cumque ſuo moriens ſententia judice tranſit.
Contemnenda hominum judicia.
- Studio properante laboro
Si qua datur, ne morte priùs, quàm crimine ſoluar. *Ne in peccato meo moriar.*
- placuit præuertere caſus
Propoſito, & curas finire ſuperſtite vitâ,
Expectare tamen ſecuro pectore mortem.
Parare me ad mortem, contemptis terrenis.

Ex Carmine ad Cytherium de Naufragio Martiniani, &c.

Martinianum ſpiritu fratrem mihi,
Vnaque germanum fide.
Quem amo vt fratrem.
Et veriorem litteris Epiſtolam
De corde ſignatam tuo.
Fuit mihi inſtar Epiſtolæ tuæ.
Et otioſam fluctuandi nauſeam
Pedum labori prætulit.
Maluit ire mari, quàm terrâ.
Interea nauis altiùs decreſcere,
Creſcente pleturâ ſui.
Cum aquis impleretur.
Timent pauore mortis, & cauſas adhuc
Timoris ignorant ſui.

Subitò euigilantes in periculo.

Quâ miſeri fugiant pelagus infeſtum viâ?
Merguntur in naui ſuâ.
Queîs portus illis, queîs ſuam in naui mare eſt?
Foris ſedebat in freto tranquillitas
In naue tempeſtas erat.
Bibit vnda nauem, nauis vndam combibit,
Sorbentur, & ſorbent aquæ.
Inebriati nauitæ potu ſalis
Triſti necantur crapulâ.

Cum aqua maris in nauim ſubiiſſent.

Quemcumque Chriſti recta ſignauit fides,
Hunc vita cognouit ſuum.

Catholici omnes ſeruati.

Tumultuantis excitat turbæ ſonus,
Somnoque mortis excitat.

Euigilans in periculo naufragij.

Seſeque ſaltu mittit in cymbam procul,
Quæ plurimis portus fuit.

Quâ multi ſeruati.

- Ionam obuio
Excepit ore bellua,
Et hiulca latè lubricum per guttura
Tranſmiſit in ventrem ſuum,
Incolume corpus, dente ſuſpenſo, vorans.

Cetus vorans Ionam.

- Merſus æquore
Intactus vndis fluctuat:
Viuit voratus, quique glutiuit, manet
Viuente jejunus cibo:
Et præda cum ſit, eſca non eſt belluæ,
Domoque ventris vtitur.
- Miſſus in ventrem feræ,
Viuo tenetur carcere:
De naue jactus perit, & vndis nauigat,

Exul ſoli, & hoſpes ſali.
Spatiatur antro belluini corporis
Captiuus, & liber reus:
Nam liber vndis, intra mare, exter maris
Natat in natante belluâ
Vexit trementem frigore, & formidine,
Saluumque terræ reddidit.
Ionas in ventre ceti viuit, & ab eo euomitur.
Maſſilia Graiâm filia. *Colonia Græca.*
Qualia vagari per mare, & terras ſolent
Auara mendicabula.
Qui font le meſtier de Gueux.
Quâ ſternit aggerem ſilex,
Cui munitor Appius nomen dedit.
Via Appia.
- Et litteras vidi tuas
Non atramento calami, ſed mentis ſtylo,
In fratre perſcriptas tuo.
Recepi illum, vt Epiſtolam tuam.
Coeunt in vnum purpura, & panni, gregem,
Paſtore concordes Deo.
In Eccleſiâ pauperes diuitibus æquantur.
- Samſon vi capillorum potens
Virtute crinitus ſuâ.
Cujus robur ſitum erat in crinibus.
Licet ille fortis poſtéa receperit
Robur, recretis crinibus, &c.
Et reſtituto mox capillis robore, &c.
Hoſtes ruïnæ miſcuit,
Et glorioſâ morte penſauit ſibi
Vitæ ſubactæ dedecus.
Samſon ſe inuoluens hoſtibus, domus ruinâ.
Et tribulatâ carne victrix caſtitas
Conſumat ignes criminum.
Aſperitate ſeruatur caſtitas.

- victi potens
Infirmitate corporis.
Cum infirmor tunc potens ſum.
Vt impudentem fœminam
Caſto ſuperbus reſpuit faſtidio,
Nudâque vitauit fugâ.
Ioſeph dominam ſuam rejecit.
Hunc lacte primo per Prophetarum vbera
Lex Pædagoga nutriat.
Lex Moſaïca fuit infantia legis Chriſtianæ.
Bonuſque mentis vir gubernator ſuæ, & Eccleſiæ nauem reget.
Aptus Epiſcopatui.
Iugum Quod ſuaue Chriſto, nec moleſtum pondere,
Aſtrigit colla, non premit.
Iugum Chriſti ſuaue.
Cæleſtis vrbis incola
In carne viuens, vitâ carnis exulet,
In lege mentis ambulans.
Vir ſpiritualis.
Tunc attinendi ne volent,
Quia ſarcinatos, & graues rebus ſuis
Portare tenera non valebunt nubila
Ad Regis occurſum ſui.
Diuites mali, humi jacebunt in Iudicio vltimo.

EX EPITHALAMIO IVLIANI.

Nam ſopitus Adam coſtâ priuatus adempta eſt;
Moxque ſuo factam ſumpſit ab oſſe parem.
Nec lateris damnum ſuppletâ carne viciſſim
Senſit, & agnouit quod geminatus erat.
Eua fuit formata ex coſtâ Adami.
Moribus ornatur, non opibus pietas.
Viri boni ornamentum virtus.

Ornetur caſtis animum virtutibus, vt ſit
Non damnoſa ſuo, ſed pretioſa viro.
Ornamentum fœmina pietas.
- Vt ſit Veſte ſuâ leuior, quæ ſibi veſte placet. *Æſtiua veſtes.*
- Diuinum in ſe ſibi damnet opus.
Pingat genas.
Fruſtra hæc ſe mulier jactauerit eſſe pudicam,
Quæ ſe tam multis ornat adulteriis.
Fucata.
- Odoratis vaga veſtibus, atque capillis
Naribus agnoſci, quà gradiare, velis.
Odoribus illita.
Aut implexarum ſtrue, tormentóque comarũ,
Turritum ſedeas ædificata caput.
Capilli fœmina comptiores.
Quorum totus erat Mundus, & vnus ager.
Primi Parentes.
Vnde nefas tantum meruit niſi ab illice cultu
Impia ſaltatrix, filia digna patre.
Herodiadis filia.
Conuiuas etenim digros dape Regis iniqui
Duxit in aſſenſum mobilis arte pedum.
Saltatione ſibi deuinxit.
Vt ſit ei vertex vir, cui Chriſtus apex.
Vxor ſit ſubdita viro, hic Chriſto.
- Sit vobis crux veneranda jugum.
Conjuges ferre crucem Chriſti.
Ex Panegyrico de obitu CELSI PVERI.
- Dubia pendens pietate laboro,
Gratuler, an doleam! dignus vtroque puer.
Puer demortuus.
Gaudebant trepido præſagi corde parentes,
Dum metuunt tanti muneris inuidiam.
Veriti ne citò moreretur, ob egregiam indolem.

Impia nam pietas animam lugere beatam,
Gaudentemque Deo flere, nocens amor eſt.
Beatus lugeri non debet.
Corpore mors cecidit, ſurrexit corpore vita,
Quâ priùs occiderat carne, reuixit homo.
Chriſtus nos ſanauit morte ſuâ.
Sumite diuinas pro libertate catenas,
Crimina quæ ſoluunt, & pietate ligant.
Pietas veram parit libertatem.
Et quia nocte vides, nil niſi cæcus agis.
Mundanorum oculus, tenebræ.
Noctes atque dies ortus, obituſque viciſſim
Alternant; morior nocte, reſurgo die.
Vita noſtra imago mortis, & reſurrectionis.
Tellus cuncta Deo debet, quia quos aqua merſit,
Littore vel fundo ſtrata recepit humus.
Terra omnes ſepelit.
Heu mihi! quàm ſtultum eſt oculis ſe credere vanis;
Deſperare Deo, fidere corporibus.
Corporeis rebus fidere.
Ne poſt purpureos me flāma perennis amictus
Ambiat, & pretium veſtis in igne luam.
Damner cum purpurato diuite.
Iuſtitiâ mutante vices, qui fleuerat iſtic,
Gaudet ibi; & pleno paupere, diues eget.
Diues damnatus, pauper beatus.
Vita erit his ſine fine mori, & mors viuere pœnis,
Et durante ſuas paſcere carne cruces.
Supplicia æterna.
Ipſe ſuos proprio peccator corpore gignet
Carnifices, & erit vermibus eſca ſuis.
Vermis, qui non moritur.

Celſe breuis nobis gratia, longa tibi.

Nobis, & Deo charus.

EX NATALIBVS S. FELICIS.

EX PRIMO.

- Ea currere mollibus vndis,
Et famulis famulos à puppi ſuggere ventos.

Faue nobis.

Illic dulce jugum, leue onus, blandumque feremus Seruitium.

Sponte tibi famulabimur.

EX NATALI SECVNDO.

Ecce vias vario plebs diſcolor agmine pingit,
Vrbes innumeras vnâ miramur in vrbe.

Nolam multi confluunt.

EX NATALI TERTIO.

- Ferre paratos, Æquiparat paſſis.

Pati volentes, remunerat vt paſſos.

Martyrium ſine cæde placet, paſſura voluntas
Sufficit.

Velle pro Chriſto mori ſufficit ad martyrium.

Occultaſque cruces gemitu teſtantur aperto.

Dæmones vexati in Energumenis.

Clamantes proprios aliena per ora dolores.

Iidem.

Stipatam multis vnam juuat vrbibus vrbem
Cernere. *Ciuitates multæ confluunt Nolam.*
- Confertis longè latet Appia turbis. *Idem.*
Purpureum ver ſpiret hyems, ſit floreus annus
Ante diem. *Flores in ſepulchro S. Felicis.*
Ne malè gratatis læuos adjudicet hœdis.

Ne cum malis damnemur.

EX NATALI QVARTO.

Tu pater, & patria, & domus, & ſubſtantia nobis,
In gremium tranſlata tuûm cunabula noſtra,

Et tuus eſt nobis nido ſinus.

Tu protector noſter.

Ipſe offert ſe per famulorum corpora Chriſtus. *Chriſtus in Martyribus patitur.*

Arcanâ tellure tegi, quia jure decebat
Tantus honos, illud corpus, quod cominus ore
Fulſerat, & ſermone Dei, vt mortalia functus
Iura, Deo tanti frueretur teſte ſepulchri.

Moſis tumulus tantùm Deo notus.

-Saluis reſerato carcere clauſtris,
Sopito cuſtode, fores interritus exit,
Perque ipſos via fit, per quos via clauditur.-

Exit Felix per medios cuſtodes.

-Vuam capiti juſſit pendere propinquam,
Vt facilè attiguo poſſet decerpere ramo
Natum ſponte cibum.

Vua ſponte ex ramo naſcitur.

-Quæque hæſerat obſita ſiccis
Faucibus, exercet ſolitas jam lingua loquelas,
Poſtquam vocis iter patefecit lubricus humor.

Guſtato vuæ ſucco, exanimus loquitur Epiſcopus.

-Vt Chriſti leue pondus ſumit, & aufert
Tam volucri curſu, tanquam magis ille feratur Nec ferat.

Felix effert humeris ſuum Epiſcopum.

Ex Natali qvinto.

-Et ipſe ſuis addebat pondera verbis,
Confeſſor paſſus, quæ perpetienda docebat.

Martyr alios inuitans ad martyrium.

-Aut illis corda hoſtibus, aut huic ora
Vertuntur, notum non agnouere furentes.

Felix non agnoſcitur à perſequentibus.

-Subito concreuit ſordidus agger,
Iuſſáque nutantes intendit Aranea telas, &c.

Deſertæque dedit faciem ſordεr ruinæ.

Aranea tegit locum in quo latebat Felix.

-Ab armatis protexit Aranea ſanctum,
Defenſante Deo; teneris ſtetit hoſtis abactus
Caſſibus, aërio ceſſit vis ferrea filo.

Sic defenditur Felix.

Sic vbi Chriſtus adeſt, nobis & Aranea muro
 eſt:
At cui Chriſtus abeſt, vt murus Aranea fiet.

Tutus eſt tantùm, quem tuetur Chriſtus.

Sanctaque frænabant auidos jejunia rictus.

Leonum quibus objectus erat Daniel.

-Et creuit meritis, qui creſcere ſede
Noluit. *Recuſauit Epiſcopatum.*
Cuncta licent, non cuncta juuant; licito vtile
 præfert;
Noluit amiſſos in jura repoſcere fundos.

Noluit litigare.

-Mentiri tegmine Felix
Sorduit, exornans inculto corpore mentem.

Aſſumptâ mendici veſte.

EX NATALI SEXTO.

-Ego munere linguæ
Nudus opum famulor, de me mea debita ſol-
 uens,
Meque ipſum pro me, vilis licet hoſtia, pendo.

Offero me meo patrono Felici.

-Quantùmque erit æui,
Tantùm erit & verbi ſemper.

Quotannis offeram munus.

Præſidet ipſe ſuis ſacer oſſibus, oſſaque ſancti
Corporis in tumulo, non obſita puluere mor-
 tis,
Arcano æternæ ſed prædita ſemine vitæ
Viuificum ſpirant animæ victricis odorem.

Corpus Felicis fons miraculorum.

-Sub ara tra aliena locatis
Paupertatis habens reditum, ſpes anxia, reſque
Tota inops par illud erat.

Par boum, tota poſſeſſio Ruſtici inopis.

-Et de farre ſibi, natiſque negato
Eſuriens paſcebat, egens ſibi, diues in illis,
Quorum fœcundus labor exſaturabat egentem.

De bobus, quàm de ſe ſollicitior, quia eum nutriebant.

-Nec duro fracta cubili
Membra dolent, iuuat ipſa injuria.

Noctu miſer jacet in ſuo ſtabulo.

-Nec fœtor, fœtet amanti.

Amans omnia tolerat.

Iamque rubeſcebant rumpente crepuſcula manè,
Noctis & extremæ fuga rareſcentibus aſtris,
Luce ſubobſcurâ, vel ſublucentibus vmbris,
Cœperat obſcuros rerum reſerare colores.

Lux prima apparebat.

-modò furum præda juuenci,
Et modò Felicis ſpolium.

Redditi ſuo Bubulco à S. Felice.

EX NATALI SEPTIMO.

Mox reduci paſſim lætantur Vere volucres
Tam variæ linguis, quàm verſicoloribus alis.

Ver imminet.

-Solet auia rura
Multimodis mulcere ſonis, linguámque per vnam
Fundere non vnas, mutato carmine voces,
Vnicolor plumis ales, ſed picta loquelis.

Philomela.

Nunc teretes rotat illa modos, nunc ſibila longis
Ducit acuta ſonis; rurſum quaſi flebile carmen
Inchoat, & ſicut præcidens fine querelam,
Attonitas rapto modulamine decipit aures.

Cantus varius Philomelæ.

-per non ſua quamuis
Corpora vexatos hoſtes ſua pœna fatigat.

Dæmones in Energumenis vexati.

-Nunc quoque ſanus
Cernitur, æterni collucens lumine Chriſti,
Et puto plus hodie ſolito niteat, quia lumen
Addidit ipſe dies, qui reddidit.

Sanatus oculis in Natali S. Felicis.

-Impunè diu tenuem preſſiſſe metallo
Pupillam, & nullo temeratum vulnere viſum, &c.
Inter vtramque viam fragili per vtrumque meatu
Illæſo penetrans oculo, ſuſpendere ferrum
Quod ſolidi craſſo totum complebat opertu
Orbem oculi, figens acie, nec vulnere lædens.

Craſſum æs immiſſum in oculum, nihil nocuiſſe.

Vultum imperfecti naturâ corporis, implens
Arte Creatoris.

Cœcus natus illuminatus à Chriſto.

EX NATALI OCTAVO.

-Nobis quia Paſcha repleuit
Vnus pro cunctis Patri datus hoſtia Chriſtus.

Verus Agnus Paſcha Chriſtus.

-Humanis opibus ſperare ſalutem
Nulla ſalus; nec enim mortem mortalia pellunt. *Non eſt fidendum rebus mortalibus.*

-Quia non metuendi

Cauſa timere Deum, quem quiſquis non timet vnum,
Omnia iure timet. *Deus vnus metuendus.*
Nunc opus adjutore Deo, ſoluſque timendus
Quo ſine & arma cadunt, per quem firmantur & arma,
Ipſe intra muros turris tibi, qui ſine muris
Murus erit. *Fruſtra impetitur, quem Deus tegit.*
-Tacitis exercitus armis
Luſtrauit ceſſante manu.
Ioſue Hiericontem oppugnans.
Quæ famulis Domini tuto fuit hoſpita tecto,
Celatiſque piè ciues illuſit iniquos,
Fraude bona fallax, animo mentita fideli.
Raab meretrix occultans Hebræos.
-Qui ſpretis fortior armis,
Perculit armatum ſilicis virtute gigantem.
Dauid Goliathum proſtrauit fundâ.
Arte pudicitiæ deceptum callida Iudith
Riſit, in impuro quæ non polluta cubili,
Barbara truncato victrix duce caſtra fugauit.
Iudith cæſo Holopherne vicit Aſſyrios.
Iam grauis exitij victor prece perculit abſens
Aſſyrios pugnante Deo, compendia tanta
Promeritus, ne noſſet eum quem vinceret hoſtem. *Ezechias vicit Sennacheribum.*
Angelus halantem (quà labitur) aëra ducens,
Armatus verbi gladio ferit impia caſtra,
Et ſopitorum taciturnâ cæde triumphans.
Angelus noctu cadens Aſſyrios.
Martyres- Iure Deo validi, quia Chriſto proxima paſſi. *Martyres Deo animati.*
-Quæ per deſerta ſequentem
Præceſſit populum, & prætentam nocte, dieque

Temporis alternâ mutauit lege columnam.

Columna Hebræi populi Dux.

Feræ- Circum jacuere Prophetam,
Orantiſque pedes linguis mulſere benignis,
Naturam mutante Deo, vt damnaret acerbâ
Mente feros homines, humanâ pace ferarum.

Daniel inter Leones innoxius.

-Pueris ſeruire caminos,
Innocuos cantare reos, ardere miniſtros.

Tres pueri in fornace Babylonicâ.

-qui roſtra ferarum
Clauſit, adoranti faciens manſueta Prophetæ.

Daniel inter Leones.

Qui fecit tepidos pueris orantibus ignes.

In fornace Babylonicâ.

-pecudum projecta cadauera mandens,
Obſcœnus conuiua canum.

Energumenus turpiter vorax.

EX NATALI NONO.

-qui ſiſtere juſſis
Sideribus, longo laſſauit lumine Mundum
Humanos duplicans dilatâ nocte labores.

Sol ſtare juſſus à Ioſue.

-Et breuiatas
Cogit hyems horas, cita lumine, pigra tenebris.

Hibernum tempus, quando breues dies, longæ noctes.

Et mare tunc factum ſanctis humus, æquor iniquis.

Rubrum mare Ægyptios hauſit, dedit viam Hebræis.

Quiſque ſuam vt gentem peregrino agnoſceret ore,
Externamque ſuo neſciret in ore loquelam

Barbarus

Barbarus ipſe ſibi non notis, nota canebat,
Verba ſuis aliena loquens.
Donum linguarum die Pentecoſtes.
-Licèt vnum carmen ab vno
Ore ferat, non vna ſonat, varioſque magiſtrâ
Temperat arte ſonos; arguta foramina flatu,
Mobilibuſque regit digitis, clauditque, aperitque,
Vt rapidâ vice dulcis eat, redeatque cauernis
Currens Æolio modulabilis aura meatu, &c.
Deſcribitur cantus tibiæ.
-Vir tam bonus ore magiſtro,
Quàm ſacer eſt victore animo, vel corpore victo. *Nicetas, Epiſcopus perfectus.*
In ligno mentitur ebur.
Ebur pictura ſimulatum.
Et medio in vacuo laxis vaga lumina nutant
Funibus. *Lychni ex fornice ſuſpenſi.*
Hic medicus Lucas, prius arte, deinde loquelâ,
Bis medicus Lucas. *Pictor, & Euangeliſta.*
-Ciſternas adſtruximus-
Capturi fundente Deo de nubibus amnes.
Ciſterna.
Et tremulâ compage minax pendebat aquæ mons.
In Iordane dum Arca, populuſque tranſirent.
-Vel tardiùs eſcæ
Sint memores, dum grata oculis jejunia paſcunt,
Dum pellit pictura famem, ſanctáſque legenti
Hiſtorias, caſtorum operum ſubrepit honeſtas.
Pictura in Eccleſia S. Felicis, ad impediendam Ruſticorum crapulam.

-Cum ſupplice voto
Exultando tremens, & cum formidine gaudens. *Mixto timore gaudio.*

EX NATALI DECIMO.

Veſtibula impluuio tectis reſerantur aperto,
Et ſimul aſtra oculis, ingreſſibus atria pandunt. *Veſtibulum Templi S. Felicis.*
Quanta Crucis virtus! vt ſe natura relinquat,
Omnia ligna vorans, ligno Crucis vritur ignis. *Ignis ſopitur ligno S. Crucis.*
Quamque aqua non poterat, vicit breuis haſtula flammam. *Idem.*
-Saltem capiamus ab ipſis
Ædibus exempla, & lapides, & ligna magiſtri
Sint ſtolidis. *Doceant nos inanimata.*
-Inter opes inopes, quaſi Tantalus ille
Inter aquas ſitiunt, nec habent quod habere videntur. *Auari & cupidi egent.*

EX FRAGMENTIS NATALIVM S. FELICIS *apud Dungalum.*

EX NATALI VNDECIMO.

-Petrum & Paulum Romanâ fixit in Vrbe,
Principibus quoniam medicis caput Orbis egebat. *Petrus & Paulus Romæ ſepulti.*
-Humanæ concors tu fibula pacis
Concilians hominem medij per fœdera Chriſti. *Chriſtus Mediator.*

EX NATALI DECIMO-TERTIO.

Pluribus hęc etenim cauſa eſt curata patronis,
Vt Romana ſalus, & publica cauſa maneret.
Multi Romanæ Vrbis Patroni.

EX NATALI DECIMO-QVARTO.

-Vnde piis ſtat gratia viua ſepulchris,
Quæ probat in Chriſto cunctos ſine morte ſepultos,

Ac templis placido ſopiri corpora ſomno.

Corpora Sanctorum in Chriſto dormiunt.

EX NATALI DECIMO QVINTO.

Major enim Mundo, Mundi ſator, ipſe Deus Rex: -Quem non capit ipſe
Mundus, eum capiunt Sancti, non corporis amplo,
Sed pietate humiles, & mundo corde capaces.

Deum vident Sancti.

EX HYMNO DE NICETÆ REDITV *in ſuam Daciam.*

-Et nos properans relinquis.
Quos tamen ſolâ regione linquis-
- Sine fine tecum,
Mente futuros. *Amicus amicos deſeris.*
-Remaneque vadens,
Spiritu præſens, animis viciſſim
Inſitus noſtris, trahe, ferque tecum
Quos geris in te. *Ne nos deſeras amicos.*
-Simul terris, animiſque duri,
Et ſuâ Beſſi niue duriores.

Beſſi barbari Boreales.

-Tamen & recedens
Semper huc ad nos animo recurre.

Cogita de nobis.

EX PARÆNESI *ad conjugem.*

-Mearum Comes irremota rerum. *Vxor.*
Non ergo ſumus hîc nequicquam in ſæcula nati,
Quæ pereunt nobis, & quibus occidimus.

Non ſumus creati ob res terrenas.

Imperia, & faſces indocti munera vulgi.

Magiſtratus à populo dati.

Factus ſum Chriſti corporis, ille mei.

Vnitus Chriſto.

Aptauit propriis felicia tegmina membris.
Chriſtus apparet indutus veſte Martini.
O virtus vicina Deo nil ducere laudi,
Cùm laudanda geras, nec noſtro adſcribere facto,
Quod facimus. *Laus humilitatis.*
-Quos formido retentat,
Munera ſollicitant, & vincunt dona timorem.
Milites inuitati muneribus.
-Majorque probatur,
Dum cupit eſſe minor; nam laudem temnere, laus eſt. *Qui ſe humiliat, exaltatur.*
Exorciſta gradu, ſed jam virtute Sacerdos.
Dignus altiore gradu.
Adjutore Deo virtus aduerſa timeri
Nulla poteſt- Ne timeam, timor ipſe facit.
Qui timet Deum, nihil timet.
-Enixaque natum
Per quem nata Deo eſt, vnàque & mater, & infans
Facta puerperio, genitrix generanda beato
Ante vtero peperit, per quem nunc orta lauacro eſt. *Baptizat matrem ſuam.*
Herba cibo ſatis eſt. *Veſcitur tantùm herbis.*
Sentitur medicus, non cernitur.
Sanantur à Deo.
Confeſtim æternâ nituit renouatus ab vndâ.
Baptizatus eſt.
-Laqueo fauces ſtringente miniſter
Ruperat extortæ, demens, confinia vitæ.
Se ſuſpenderat.
Lumina torua nimis, vultumque in morte minacem. *Deſperati, demortui facies.*

EX LIBRO SECVNDO.

-Seruatque ſuum ſeruanda magiſtrum.

Plebs Martinum eligendum, ne fugiat.

Succedens humili tecto celſiſſimus hoſpes.

Martinus paruam cellam conſtruit.

Multis veſtis erat ſetis contexta Cameli,
Quæ leuibus ſtimulis vigiles contingeret artus,
Excludens tenuem compunctâ carne ſoporem.

Pluſieurs portoient la haire.

-Neruiſque artus riguiſſe ligatis
Fruſtrata innexis conamina plurima membris.

Siſtitur immobilis Gentilium pompa funebris.

Huic pinus vicina loco diſtenta virentes
Pendebat ramos, annoſa & brachia latè
Nexuerant viridem frondenti in vertice ſyluam,
Arcebantque omnem foliorum crate calorem.

Ingens, & frondoſa pinus.

-Cadentem
Excipe, & optatæ gaudens occurre ruinæ.

Excipe cadentem pinum ſucciſam.

Erigit armatam ſigni munimine dextram.

Opponit ei ſignum Crucis.

Augens collectum viciná ſtrage furorem,

Ignis augetur dum abſumit domos.

-Contexto ſetis adopertus amictu.

Auec la haire.

Non membra expediunt motum, non verba tumultum,
Diriguere artus miſeris, vox faucibus hæſit,
Tentantûm cecidere manus, & clamor hiantûm.

Nemo manum aut verbum Martino oppoſuit.

Cùm ſubitò adſtrictis riguerunt viſcera neruis,

Atque hæſit tenuis conſumptus in aëra motus,
Porrecta & juſſum ſuſpendit dextera ferrum:
Et periit totus membris torpentibus ictus,
Et manus irrito (*vel* inuito) conamine fixa remanſit. *Hæſit percuſſor elatâ manu.*
Ferri acies caſſo ferientem deſerit ictu,
Extortum & demens quæſiuit dextera ferrum.
Cecidit ei gladius de manibus.
Triſtis & obſequij mœſtum contraxerat agmen Exequiis præbendus honor.
Parabantur Virginis exequiæ.
Et plus de precibus lacrymæ, quàm verba ſequuntur. *Orat potius lacrymis, quàm verbis.*
- Conſumptis languentia lumina malis.
Les ioües enfoncées.
Filáque venarum rupto pereuntia pulſu.
Elle n'a plus de pouls.
Atque eadem domino auxilium tam juſta petenti Quæ ſeruo medicina tulit.
Sanatur ſeruus, dominus fit Chriſtianus.
- Impulſus verbo tortore fateri.
Compulſus Exorciſmo.
- Quam febris iugi cum lege recurſus
Ad quartam reditura diem. *Febris quartana.*
- Depulſa fugatur
Febris, & igniti remouetur flamma caloris.
Febris expellitur.
Lubrica dum ſcalis fixit veſtigia, pronus
Corruit, & crebram gradibus renouando ruinam. *Cadit ex gradibus Martinus.*

EX LIBRO TERTIO.

Proſperitas, rebus grauiùs ruitura ſecundis,
Fortuna ſecunda timenda eſt.
Mentem Chriſto humilem, celſam ad faſtigia Mundi.

Subjecti Deo, nihil Principes timent.

-Ferrique furorem
Poſt aciem valuiſſe nihil, poſt arma, tubaſque
Inſontes gladios ceſſaſſe à crimine cædis,
Et nullo penitus reſperſam ſanguine pacem.

Se moderatè vſum eſſe victoria.

Miſceturque oſtro mollitum in fila metallum.

Pannus ex purpura & auro.

Ars erat in pretio, pretium pretioſius arte eſt.

Materies etiam opere pretioſior.

Suſtentãt vitreas cryſtalla capacia lymphas,
Cumque ipſa & conchæ ſpecies videatur & vndæ:
Nec cohibere putes ſuſceptum clauſtra liquorem:
Pocula funduntur gemmis, gemmiſque bibuntur. *Vaſa cryſtallina.*
Vt paterâ attactu tanti pretioſior oris
Infuſum inficeret cœleſti rore liquorem.

Vt Martinus vas tactu ſuo ſanctificaret.

-Spretóque etiam conſtantia Regi
Plus placuit, quàm mira fuit.

Maximi Imperatoris, quem Martinus ſuo presbytero poſthabuit.

Sic ductu euenta celeri, quaſi viſa probauit.

Oſtendit ſe verum Vatem.

Incœſtam illicita thalamorum lege ſororem,
Germanæ & nomen perdentem crimine fratris. *Iuno ſoror, & conjux Iouis.*
Tempora non ſtatuens culpæ, niſi crimina noxæ.
Vita hominum, mors culparum.-

Remittit Deus peccatum, cum hoc edimus.

Ecce autem mediæ jam fermè tempore noctis,
Quo diuiſa diem non longè aſpectat vtrumque

Proxima venturo, nec multùm amota relicto.

Media nocte.

- Atque fugam turpi fœtore fateris.

Dæmon relinquens Energumenum.

Dum laudem fugiendo cupis, vitando mereris.

Quò humilior, eò major.

Plus peccata dolens plebis, quàm vulnera carnis.

Orans Stephanus pro lapidantibus.

EX LIBRO QVARTO.

Collidens miſeros nutanti vertice dentes,
Admotaſque manus malis pallentibus aptans,
Captabat tenuem flatu adſpirante teporem.

Pauper frigore rigens.

Reſtabat pars magna viæ, præuenit euntem
Gratia, præmiſit ſperatæ dona ſalutis,
Præcedens tardos virtus pernicior artus;
Occurrit validus medico.

Sanatus æger dum ad eum vadit Martinus.

Et quocumque manus per corpus ſancta cucurrit Mors fugit.

Venenum fugit manum S. Martini tangentis puerum, quem ſerpens momorderat.

Subditus excepit venerabile pondus Aſellus,
Aſſuetum vecturus onus.

Imponitur Aſino ſuo Martinus.

- Riguere ligatæ,
Arbitrio Domini, ſtatuarum in imagine mulæ.

Mulæ ſtant immotæ.

- Frigentia credas
Æra, vel expreſſas ſaxis riguiſſe figuras.

Idem.

Nec mora, libertas abeundi reddita verbo,
Laxauit celeri juſſarum fræna morarum.

Mulæ affixæ, juſſu Martini pergunt.

Attacti nutare artus, reſerata patere
Lumina, & infuſam paulatim aſſueſcere lucem. *Puer ſuſcitatur.*

Exeſam ſtimulans ſetoſo tegmine pellem.
Portant la haire.

- Ingerit vltro
Lintea ſiccandis manibus, lymphaſq; lauandis.
Elle luy donne à lauer.

Turba puellarum Domino quas ſancta ſacrarat
Virginitas, carne intactas, & mente pudicas.
Virgines Deo conſecratæ.

Paſcebat ſpecie viſum, ſpiramine nares.
Pratum floribus diſtinctum.

Perſpicui ſubter viſu penetrante lapilli
Criſpabant vitreas per blanda obſtacula lymphas. *Riuus pellucidus.*

- Accepto & turgida flatu
Serica, ſerpentûm ſpîras imitata, vel iras.
Les Enſeignes de guerre.

- Nil Chriſtus habere
Cum vitiis commune poteſt.
Amor Chriſti vitia omnia excludit.

- Soli Domino tribuit, quem vitat honorem.
- Qui laudato mallet vileſcere Chriſto.
Qui tantum Dei gloriam quærit.

EX LIBRO QVINTO.

- Nullis reſerauerat ora loquellis
Filia mœſtorum triſtiſſima cura parentum.
Puella muta.

- Tunc animo erectus, ſed corpore pronus,
Surſum cor ſanctum ſtatuens, ſed membra deorſum,
Carne jacet, ſed mente viget, conſcendit in altum

Mens conjuncta Deo, premitur jactantia carnis. *Martinus humi afflictus orat.*
Fitque viæ finis ſolus conatus euntis.
Satis eſt voluiſſe ire.
Qui coram comperta docet,qui vera loquatur.
Teſtis αὐτόπτης, oculatus.
Sed ſolo os rabidum Martini nomine claudit.
Nomine Martini, os clauditur cani furioſo.
- porrecti robora ligni,
Triſte miniſterium, furioſo corde, parabant:
Vt caro diſtentis properè malè pendula membris
Tortori laceros crucianda exponeret artus.
Torti in equuleo rei.
Vt non ira trucem faceret, nec gratia ſegnem.
Modeſtiſſimus Martinus.
Torqueret trepidas captiuo in corpore laruas.
Dæmones in Energumenis torti.
Linquere continuas pernici turbine terras
Supplicio ſuſpenſa ſuo -
Inter inane reus pendens, & in aëre tortor
Porrectis ſurſum pedibus.
Ne flexu curuata ſuo, vel lapſa retrorſum
Nudarent turpes appenſi corporis artus.
Energumeni in aëre ſuſpenſi, nec nudati.
Conſtricto penitus denſati gurgite nimbi,
Qui grauis, & rigidi connexus frigore venti
In lapides duratus aquis, ſic turbine crebro
In terras ſolidi jaciebat ſaxa liquoris.
Grando.
Rurſum igitur ſetoſi habitus, ſtimuliſque reclinem
Conſueti penetrare cutem, connexa rebelli
Vellere duritiæ rigidis in vulnera filis.
Induit cilicium Martinus.

Iam pronos celſo ſiccauit in aëre nimbos,
Ad tua vota iterum celeres rediere procellæ,
Accincta & grauibus nigrantia nubila ventis,
Parcere juſſa latis, validas rumpentia moles,
Mollia graminibus, duriſque immitia ſaxis.

Venti disjiciunt templum.

Exoſam ſtimulans ſetoſo vellere carnem.

Indutus cilicio.

EX LIBRO SEXTO.

Sentitur judex, nec cernitur impius hoſtis;
Exul ab ereptâ properat diſcedere prædâ.

Dæmon torquetur ab Exorciſta, & pellitur.

– Vertice preſſo
Progreſſum ſua membra caput detrudit in altũ
Gurgitis, & cerebrum membrorum mole perurget.

Il ſe jette dans vn puits la teſte la premiere.

Duratum calcatur iter, ſolidata rebellis
Greſſibus, & paſſus properos non alluit vnda,
Trans fluuiũ ſiccas ſtupuerunt agmina veſtes.

Energumenus ſicco pede Ligerim tranſit.

Et junxit geminas conuexo tramite ripas
Vt ſiccum præberet iter, quod puppibus inſtat
Deſuper, & preſſo nutans via pendet in amne.

Pons ligneus ſuper Ligerim.

Exiluere pedes, nerui ſumpſere vigorem,
Et valida optatos ſenſerunt brachia motus,
Erectæque manus digitis luſere ſolutis.

Paralytica virgo ſanatur.

– Nec cernere quiuit
Quæ rapuit, liquitque oculos ſubſtracta voluptas.

Latro coronam rapiens S. Martino fit cæcus.

Mens peruerſa habuit pœnam, conuerſa medelam. *Confeſſus crimen, ſanatur.*

- In parui vada perlucentia riui
Præcipiti dejectus equo, non reppulit vllas
Quæ poſſent pronum corpus demergere lymphas;
Mergendus quæſiuit aquas, tenuique fluento
Incubuit moriens, quas preſſerat hauſit arenas.

Hauritur impius minuto riuulo.

Euaſit proiectus ager jacula illa liquoris
Saxea, & adſtrictæ glacialia verbera lymphæ.

Ager vitauit grandinem.

Et fluctus ſub claſſe latent.

Ligeris obducitur cymbis.

Vnda Immotum geſtauit onus, ripiſque reuexit
Gaudia, & aduectam numerauit læta ſalutem.

Naufragio eximuntur peregrini.

Hæc loca calcatis populus protriuit arenis,
Nauita quæ trepidus remo, veloque cucurrit.

Siccatus fluuius dat tranſitum peregrinis.

Ignis præſidiis ſurgentem reppulit ignem.
- Rabiemque ignis ſcintilla fugauit.
Prætrepidans ignis refugit, ſua pabula, ceras;
Altoreſque fauos conſors natura paueſcit.
Virtute interimit flammam, quam lumine nutrit.

Cereo ex S. Martini cerâ accenſo reſtinguitur incendium.

EX CARMINE *de viſitatione ad Nepotulum.*

Nec poſſet ſolers tactus deprêndere venas.

Il n'a plus de pouls.

- Vitabant lumina lucem,
Dum pœna eſt quodcumque vident.

Laborans oculis.

EX CARMINE *de Orantibus.*

Qui flens adfuerat, lætus redit.

Omnia impetrantur.

In cunctum perget pietas tam prodiga mundum.

Orbis vniuerſus ſentiet virtutem S. Martini.

LIBERIVS & BELISARIVS.

Nihil habent obſeruatu dignum, & in eorum Acroſtichis in honorem Seduliÿ plus elucet laboris, quàm ingeniÿ.

CLAVDIANVS MAMERTVS

Nullum habet Pöëma ſibi proprium, & certum, cùm ei diuerſa diuerſorum carmina tribuantur. Quidam Claudij Claudiani, eius creduntur fœtus.

C. SOLINVS, *ſeu* SOLIVS SIDONIVS APOLLINARIS.

Ex Epistolis.

Intus lux micat, atque bracteatum
Sollicitatur ad lacunar,
Fuluo vt concolor erret in metallo.

Solis radius ad laquearia reflexus.

Liber ſub dominantibus Tyrannis.

Vir fortis ſemper ſui juris.

Hoc primum eſt decus, hæc ſuperba virtus,
Spe præcedere, quos honore jungas.

Æmulatio.

- Crinibus ad cutem reciſis,
Decreſcit caput, additurque vultus.

Vn homme razé.

Laxo pes natet altus in cothurno. *Tragœdus.*

O neceſſitas abjecta naſcendi,
Viuendi miſera, dura moriendi.

Conditio hominum miſera.

EX PANEGYRICIS.

- Regna ſuperſtat,
Qui regnare jubet. *Deus Regibus imperat.*
Pectore vix alitur quiſquam, ſed ab vbere tractus
Plus potat per vulnus equum; ſic lacte relicto
Virtutem gens tota bibit

Sarmata nutriuntur ſanguine.

- Indus
In tua lucra feris exarmat guttur alumnis,
Vt dependat ebur. *India tibi ebur penſitat.*
Porrigis ingentem ſpatioſis mœnibus Vrbem,
Quam tamen anguſtam populus facit, itur in æquor
Molibus, & veteres tellus noua contrahit vndas.

Vrbs maritima, potens, & populoſa.

- Tranſlatus puluis arenæ
Intratis ſolidatur aquis, durataque maſſa
Suſtinet aduectos peregrino in gurgite cãpos,

Ædificatur in mari

Qui cantu flexit ſcopulos, digitiſque canoris
Compulit auritas ad plectrum currere ſyluas:
Cum ſtarent Hebri latices, curſuque ligato
Fluminis attoniti, carmen magis vnda ſitiret.

Orpheus cithariſtes nobilis.

- Tritus cui caſſide crinis
Ad diadema venit, rutilum cui Cæſaris oſtrum
Depoſito thorace datur, ſceptroque replenda
Mucrone eſt vacuata manus.

Dux bellicoſus, factus Imperator, & Cæſar.

- Exorto flumina mellē

Dulcatis cunctata vadis.

Fluuius melle fluxit.

Magnus Alexander, necnon Auguſtus habentur
Concepti ſerpente Deo, Phœbumque, Iouemque Diuiſere ſibi.

Orti ex Ioue, & Apolline.

Protulit exciſus jam non ſua germina palmes.

Vne greffe entée.

Socraticuſque animus poſt fatum in Phædone viuus.

Repræſentatus in hoc Tractatu Platonis.

Poſt ſocerum Auguſtum regnas, ſed non tibi venit Purpura per thalamos.
Laus potiùs, quàm cauſa fuit.

Accepiſſe filiam Imperatoris in conjugem.

Gens animis, membriſque minax-
-Ita vultibus ipſis
Infantum ſuus horror ineſt-
Viſus adeſt oculis albentibus, alta cerebri
In cameram-
- Vix ad refugos lux peruenit orbes.

Deſcriptio Scytharum.

Tum ne per malas excreſcat fiſtula duplex,
Obtundit teneras circundata faſcia nares,
Vt galeis cedant: ſic propter prælia natos
Deformat maternus amor.

Scythæ omnes ſimi. Ils ſont tous camus.

Mox præbet dorſum ſonipes, cognata reare
Membra viris *Optimi equites Scythæ.*
Terribiles, certæque manus-
& non peccante ſub ictu-
-Nec doctus peccare furor. *Boni ſagittarij.*
Cui deêſſet cùm ſæpe Ceres-
Diſciplina tamen non defuit, inde propinquo

Hoſte, magis timuere ducem.

Exercitus in quo viget diſciplina militaris.

Sed tamen vbertas ſequitur quâcumque propinquat :

Inceſſu fœcundat iter. *Il fait venir force viures.*

Ver vbi continuum eſt, interpellata nec vllis

Frigoribus palleſcit hyems.

Regio ſemper aprica.

-paruiſque lapillis

Inuidiam facit ipſe ſinus.

Vn collier de perles ſur vn beau col.

- cognata cadauera lambens,

Viuit morte ſuâ. *Mater filium comedens.*

-Decora omnia regni

Accumulant faſces, & Princeps Conſule creſcit. *Imperator creatur Conſul.*

-Quam fauce retectâ *vel* retortâ

Blandiri quoque terror erat : quamquam illa vorare Martigenas, & picta timet.

Lupa picta lambens Romulum, &c.

-Totam ſe protulit vno

Coclitis in clypeo ; preſſerunt millia ſolum

Multa virum.

Cocles in ponte ſolus par exercitui.

-Mox pace petitâ

In regnum rediit, non tam feriente fugatus,

Quàm flagrante viro.

Porſena, visâ Scæuolæ conſtantiâ.

-Scæuola & appoſito dextram damnauerat igni,

Plus felix peccante manu, cùm fortè ſatelles

Palleret conſtante reo.

Cùm Mutius ſibi manum ambureret.

-Senonas dum garrulus Anſer

Nunciat, & vigilat veſtrum ſine milite fatum.

Anſeres Capitolini Romam ſeruant.

-Fibras videt vndique, gaudens
Secretum rapuiſſe Deo. *Per extiſpicinam.*

-Torua Colchis-
Abſyrtum ſparſura patri, factúraque cæſi
Germani plus morte nefas; dum funere pugnat, Et fratrem ſibi tela facit.

Medea fratrem lacerat, vt tardet patrem.

Pauper adhuc iam ſpargit opes; ingentia ſuadet
Conſilia, & ſequitur; totum quod cogitat, altum eſt. *Pauper magni animi.*

-Non ſic librauit in hoſtem
Spicula, qui nato ſerpentis corpore cincto
Plus timuit dum ſuccurrit, dum iactibus iiſdem
Interitum, vitamque daret, ſtabilémque teneret
Corde tremente manum, totamque exiret in artem
Spe propiore metus, dans inter membra duorum Vnius mortem.

Pater telo interficiens ſerpentem implicitum filio.

-Membra
Strictiùs aſſutæ veſtes procera coërcent:
-patet his arctato tegmine poples.

Vn pantalon, vn habit iuſte ſur le corps.

-Mea viſcera pro ſe
In me nunc armat, laceror tot capta per annos,
Iure ſuo, virtute meâ, fœcundáque pœnas
Quas patiar, pario: propriis nil conficit armis.

Ita patria, de bello ciuili.

Ad bellum per bella venit, iam maximus iſſe,

Non pugnaſſe labor
- Terimus cùm tempora verbis,
Peruenit, & vicit. *Venit & vicit.*
-Quæ fanda mihi vel Apolline muto;
Pro Muſis Mars noſter erit. *Inuocatio bellica.*
-Ducem dirigis illuc
Exiguâ comitante manu; ſed ſufficit iſtud
Cùm pugnare jubes; certa eſt victoria noſtris
Te mandaſſe acies- Dat fortuna triumphum
Non populo, ſed amore tuo-
Nolo agmina campo Quo mittis.
- Certatum eſt jure Magiſtri, Auguſti fato.

Satis eſt mitti ab hoc Imperatore ad certam victoriam.

Spiculaque infandum lethi latura venenum,
Quæ feriant bis, miſſa ſemel.

Venenatum telum.

-Pannoque furorem Aura facit.

Vexillum agitatum.

-poplite ſecto
Mortis ad inuidiam viuit. *Eſtropier ſeulement.*
- Iacet hic ſimul alite telo
Abſentem paſſus dextram. *Telo interfectus.*
- Et fortia quæque Fecit iners *In victoriâ.*

Il n'a fallu que tuer

Gallia continuis quanquam ſit laſſa tributis,
Hoc cenſu placuiſſe cupit, nec pondera ſenſit,
Quæ prodeſſe probat. *Tributa bene impenſa.*
- Xerſes tumidas cùm ſterneret vndas,
Et pontum ſub ponte daret, cùm ſtagna ſuperbo
Irrupit temerata gradu, turmæque frequentes
Helleſpontiaco perſultauere profundo.

Xerſes ponte jungens Helleſpontum.

- Claſſis

Actiacas abſcondit aquas, in bella mariti
Cùm venit à Phario dotalis turba Canopo.
Actiacum prælium in quo Cleopatra.
-Ferro compeſcuit iras,
Sed ſua membra ſecans.
Seditionem pœna extinguens.
-Cuius dignatur Cæſar ab ore loqui.
Le Chancelier.
Aduerſis ſic Roma micat, cui fixus ab ortu
Ordo fuit creuiſſe malis.
Roma inter calamitates creuit.
Ecce viret, quodcumque videt-
Mundum reparaſſe
Aſpexiſſe fuit, ſolus fouet omnia nutus.
Solis radij Orbem fouent.
Quis canat hîc aulam Cœli, rutilantia cujus
Ipſa pauimentum ſunt ſidera?
Cœli pulchritudo.
-Et ignotum plus notus, Nile, per ortum.
Famoſior, quia latet origo tua, Nile!
-Cùm diffugiunt metuendos tum mage Per-
ſas. *In fuga poſt tergum ſagittantes Perſa.*
Hoſtes quæſiuit, quò iam natura vetabat
Quærere plus homines. *In locis aſperrimis.*
Et vir morte Nero. *Quia ſe interemit.*
-Sed portio quanta eſt
Hæc laudum, laudare patres?
Frigida laus ex natalibus.
Et luſtris recubare feras, interprete nare
Dicere non viſas, & in aëre quærere plantas.
Canis venaticus.
Nil ſine te geſſit, cùm plurima tu ſine illo.
Dux, magni Regis, vel Imperatoris.
Diuidua ancipitem carpſerunt funera vitam.
Percé d'outre en outre. Tranſverberatus.

-Lupi- portantque rapinæ
In vultu ſpeciem, patulo jejunia cultu.
Des loups qui paroiſſent affamez.
-Mandaſti, & ponimus arma;
Quid reſtat quod poſſe velis? *Omnia potes.*
Dignus qui patriæ perſonam ſumeret.
Scipio Naſica recipiens Matrem Deorum.
-Cùm Reſpublica noſtra
Tota Camillus erat. *Vrbe à Gallis capta.*
-Suffragia mundi
Obtinuit; pauper legitur, quod ſufficit vnum,
Et meritis diues.
Tout le monde l'en a jugé digne.
En princeps Romam facies juueneſcere major, Quam pueri fecere ſenem.
Senior electus Imperator.
Inflatum numeroſitate Xerſem
Scalptas claſſibus ire per cauernas.
Xerſes montem Atho effodit, & nauigauit.
-Vt per ima ponti
Alpheus fluat, atque tranſmarina
In fluctus cadat vnda conjugales.
Alpheus in Arethuſam per mare influit.
Sirenas pereuntibus placentes.
Cantu nautas attrahentes.
Naturam ſumens gemmæ, quæ perdidit vndæ.
Cryſtallus ex glaciali aqua.
-Torquet maculoſa volumina mordax
Crinis, & irati dant ſibila tetra capilli.
Crines furiarum ſunt ſerpentes.
Squammeus ad mediam thorax non peruenit aluum, Poſt chalybem pendente peplo-
Vne cotte d'armes.
-Rapido fit miſſilis Oeta Tipheo.
In pugna Gigantum.

-Gorgone visâ,
Inuenit ſolidum jam lancea tarda cadauer.

Mutatur in ſaxum.

-Hîc Briareûs populoſo corpore pugnans,
Cognatam portans aciem, cui vertice ab vno
Cernas ramoſis palmas fruticare lacertis.

Gigas centimanus.

Amphitryonades-
Inſcius arridet monſtris, ludumque putando,
Inſidias dum neſcit, amat; vultuque dolentis
Extingui deflet, quos ipſe interficit angues.

Hercules in cunis infans ſerpentes elidens.

-In turrim Danaës, pluuiámque metalli
Ibat, & Icario ſtillabat Iuppiter auro.

Vt corrumperet Danaën.

Ogygiamque chelin, quâ ſaxa ſequacia fle-
ctens
Cantibus auritos erexit carmine muros.

Amphion Thebarum Conditor.

-Siccus
Iſraël appenſi per concaua gurgitis iret
Aggeribus vallatus aquæ.

Tranſiens Mare rubrum.

Firmaſti Gedeona tubis-
A ſolo venit victoria cantu.

Sono tubarum victor Gedeon.

Complêſti Ionam, reſonant dum viſcera mon-
ſtri
Introrſum pſallente cibo, vel pondera ventris
Iejuni, plenique tamen, Vate intemerato
Ructet cruda fames-
Quem ſingultantibus extis
Eſuriens vomuit ſuſpenſo bellua morſu.

Cetus Ionam voratum reuomens.

-Vbi Sole remoto

Côncaua longæuas aſſumunt antra tenebras.
Locus obſcurus.
- Per ſtagnum - Lumina veſtra natant.
Aquæ lympidæ.
- Animæ noſtræ portio maior eras.
Amiciſſimus.
- Caput aurea rumpant
Cornua, & indigenam jaculantur fulminis ignem. *Bacchus.*
Dulce natant oculi.
Serenus aſpectus, & facilis.
- Vertice nudo,
Amiſſos ſertis ſtudet excuſare capillos.
Caluus coronatus floribus.
- Ipſa placere
Supplicia, & virides violis halare catenas.
Vinctus floreis vinculis.
Niobe-
Vulnera tot patiens, quot ſpectat pignora ventris;
Optantemque mori grauiùs clementia fixit.
Niobe omnes liberos amiſit, ipſa mutata eſt in ſaxum.

TVRCIVS RVFVS ASTERIVS.

Ex collatione Vtriuſque Teſtamenti.
Arca leuatur aquis, homines ne perderet æquor. *Arcâ ſeruati homines.*
Area vellus habet, madido ſed vellere ſicca eſt:
Siccum terra madens area vellus habet -
Vellus Gedeonis.
Pellitur vmbra, die; Chriſto veniente, figura.
Omnia in figura de Chriſto.

Viſio, Chriſte, tui tormentum, & pœna malorum eſt.

Videre Chriſtum in die extremi Iudicij.

RVSTICVS ELPIDIVS.

Ex Hiſtoria vtriuſque Teſtamenti.

Pellibus accincti, peccati ſigna ferentes.

Veſtes ex pellibus animalium mortuorum.

-proſunt contraria juſtis:

Hoc opus eſt diuinum, vt qui modò vendit, adoret.

Ioſeph venditur, & adoratur à fratribus.

Quàm longinqua ſui curuarant tormina morbi, Surget recta fides- *Mulier incuruata.*

Hæc mulier tactu veſtis furata ſalutem eſt,
Siccauitque fides venas, fluuiumque pudendum. *Hemoroïſſa ſanata.*

Et pariunt animas, mutatâ lege, ſepulchta.

Lazarus viuus ſurgit è tumulo.

Qui vitam functis ſcit verbo reddere, vita eſt.

Chriſtus vita, ſuſcitat Lazarum.

EX CARMINE DE CHRISTI IESV BENEFICIIS.

-Quia temporis expers,
Cum genitore ſedes-
Viget vna poteſtas
Tam cœpto, quàm fine carens-
Nil matris corpore maior,
Nil patris virtute minor.

Chriſtus Deus, & homo.

Vota magis, quàm dona probas.

Reſpicis cor, non munus.

Poſt inferna Deus, & poſt mortalia viuus.

Chriſtus reſurgens.

Hunc

Hunc, grauidante Deo, mortalis neſcia fœtus
Virginitas fœcunda tulit, partuque pudico
Expletum eſt pietatis opus. *Virgo Deum parit.*
Tu morbos cohibere potens, pulſiſque ſepulchri
Luctibus exanimum ac vitę reuocare cadauer,
Et confracta trucis calcare repagula lethi.
Suſcitare mortuos.
Laudem carnis agens, per tot contagia purus.
Verbum aſſumens corpus.
-Hominis perferre dolores,
Et mortem pro morte pati.
Vt ſeruaret homines.
Curua nec exuſto ſulcabitur ore ſenectus.
Nemo erit ſenex.

ALCIMVS ſeu ALCHIMVS ECDITIVS AVITVS.

Ex LIBRO I. *ſeu de Origine Mundi.*
Flectere laxatas per cuncta ſequacia ceras,
Et vultus complere rudes.
Faire des images de cire.
-Victurum protinus aruum
Tractat, & in lento meditatur viſcera cœno.
Ex luto format hominem Deus.
-Pulmo
Vt concepta trahens lenti ſpiramina flatus,
Accipiat reddens, reddat quas ſumpſerit auras.
Reſpiratio pulmonis.
Pro thalamo Paradiſus erat, Munduſque dabatur In dotem. *Eua conjugi Adami.*
Nec poſcit natura loci, quos non habet imbres. *Non irrigatur pluuijs.*
Cinnama naſcuntur, viuax quæ colligit ales,

Natali cum fine perit, nidoque peruſto
Succedens ſibimet, quæſitâ morte reſurgit.

Phœnix auis æterna.

Nec cryſtalla trahunt nitido de frigore lucem.

Formantur ex aquâ gelatâ.

-Nigris campos perfundit arenis;
Vbertas laxatur aquâ, Cœloque vacante,
Terreſtrem pluuiam diffuſus porrigit amnis.

Nilus fœcundans Ægyptum.

Et ſuper abſentes poſſeſſor nauigat agros.

Dum Nilus Ægyptum tegit aquis.

Regreditur Nilus, ſparſaſque recolligit vndas,
Fit fluuius pereunte lacu, coguntur in alueûm
Ad ripam effrænes, concluſis fluctibus, vndæ.

Nilus ſtagnare deſinit.

EX LIBRO II. DE ORIGINALI PECCATO.

-Eſcamque requirunt,
Quamquam nulla fames cogit, nec laſſa fo-
uendo
Indigus hortatur compleri viſcera venter.

Il mange ſans auoir faim.

-Ipſa rudis fœdum nil ſentit honeſtas;
Non natura hominis vitium eſt, ſed cauſa
pudori eſt.

Nudi erant ſine pudore parentes primi.

-Crimen aceruat
Author, in ignaro minor eſt culpante reatus.

Ignorantia minuit culpam.

Plus doluit periiſſe ſibi, quod poſſidet alter.

Inuidus.

-Capitis defectio, membris
Mortis ſemen erit, pariunt diſcrimine lethi
Vitæ principium, cuncti feriuntur in vno.

Peccatum Originis.

-Verbum committere bruto

Non pudet, & veſtram præſumat bellua linguam. *Serpens alloquens Euam.*
Serpit & occultus per publica crimina latro.
Peccatum Originis.
Sed manibus pomum ignaris lethale retractans
Naribus interdum, labiiſque patentibus vltro
Iungit, & ignorans ludit de morte futurâ.
Præludia peccati Eua.
-Æſtuat anceps
Diuidui cordis dira inter prælia fluctus.
Dubitat Adamus an aſſentiatur vxori.
-Miſeræque ex conjugis ore
Conſtanter rapit inconſtans dotale venenum.
Recipit ab Eua pomum.
Et morſus tantùm, non virus in angue timetur;
Ante peccatum, nullum in ſerpentibus venenum.
Et non peccaſſe pudendum
Credebant omnes, facinus quos iunxerat vnū.
Multi peccantes putant eſſe minus crimen ſuum.
Nec facilè noſſes vtrum lapis, anne metallum
Succedens homini, niſi ſal guſtu indicet ipſo.
Vxor Lothi in ſtatuam ſalis conuerſa.
Nec Deus in vobis quamuis formauerit ante
Iam plus iuris habet-
Multa Creatori debetis, plura Magiſtro.
Ita Dæmon.

EX LIBRO III. DE IRA DEI.

Iamque miſer factus, nondum miſerabilis ille eſt. *Adamus peccatum negans.*
Non greſſus, ſed lapſus erit, teque ipſe ſequeris
Flexibus, & ſpiras viuentia vincula nectent;
Maledictio in ſerpentem.

Imperium patiere thori, dominumque timebis, Quem dederam ſocium.
-Vita vt prolis ſit pœna parentis.
Pœna in Euam & vxores conſtituta.
-Lolium conſurgere fructu
Et fictas ſegetes, vacuaſque dolebis ariſtas,
Sic vt vix centum producant jugera panem.
Steriles erunt agri tui.
Vtque hominum mos eſt, ſtudio majore negata
Amplecti, & vetito grauiori incumbere curâ.
Nitimur in vetitum ſemper.
Cumq; canes miti perlambant vlcera linguâ,
Blandior & laſſo feritas medicabilis adſit.
Diuitis canes lambunt vlcera Lazari.
Nil ſupereſſe mali quod non vel perpetret Orbis
Vel toleret. *Omnia mala in Orbem effuſa.*
Quæris ouem, vtque ſuo gaudens reddatur ouili Sarcina fit, quæ cura fuit.
Bonus Paſtor fert humeris perditam ouem.
Et ſi confixas clauis intendere palmas
Non potuit, liber mentem cum voce tetendit;
Martyrium de morte rapit.
Bonus Latro confitens Chriſtum in Cruce.

EX LIBRO IV. DE DILVVIO.

Infectum quondam vitiis concordibus Orbem. *Omnes erant ſcelerati.*
-Omni pro lege voluntas Sola erat.
-Tum nil diſtare putatum
Faſque nefaſque inter-
-Princeps ſibi quiſque fuit virtute nocendi,
Nec meritis, ſed mole potens, qui fortior eſſet,
Hic melior.
Perturbatiſſimus Mundi ſtatus ante diluuium.

Mox rudibus ramis, atque aſpera palmite crebro
Diſciplinatos aſſueſcit promere fructus,
Et frutices mittit, ſyluámque minatur inanem.

La terre en friche.

-Vicinis vallibus amnes
Sorbet præteriens, externaſque incipit vndas
Augmento finire ſuo.

Fluuius alios recipiens fluuios.

Sæuior acceſſu, longóque furore potitus.

Magnus fluuius.

-Humani corporis illis
Plus vultus, quàm forma fuit. *Gigantes.*
Pro telis ſpatioſa manus quod turbine montes
Sparſerit, & miſſis Cælum quaſſauerit armis.

Fabula de pugnâ Gigantum.

Irrita conſcenſis cæmenta inferret in altum
Nubibus, & refugum ſequeretur machina Cælum. *Turris Babel.*
Quem conſcia virtus
In Cœlum ſine morte tulit. *Helias.*
Vallatumque ferens Sanctum non vreret ignis,
Et motus ſeruans neſciret flamma calorem.

Raptus igneo curru.

Auxiliumque tuum conatibus inſere noſtris.

Sine te nihil poſſumus.

Nec licuit mordere tamen, nil dentibus actum eſt,
Sed cupidum intrauit deludens præda vorantem,
Inuaſuſque cibus jejunâ vixit in aluo.

Ionam ſorbuit piſcis.

Tunc caſtigatum vomuere ergaſtula paſtum.

Piſcis reuomuit Ionam.

Iamque venit finis lentum eſt hoc dicere, venit.

Imminet Niniue ruina.

Ægyptus tunc ipſa nouas expauit ad vndas:
Alſit & infuſus Garamas.
-Non denique gutta Stillauit-
Sed rupto funduntur flumina Cœlo.
Diluuium Noëmi ex pluuijs.
Inſequitur tamen Oceanus, refugiſq; fluentis
Imminet, & ſalſis impellit motibus amnes.
Tunc quoque exundauit mare.
Sic nos ſeruati meliora in tempora, Mundo
Cedere diſcamus, dum ducimur, omne reſiſtens
Si flecti neſcit, metuat vel pondere frangi.
Cedendum eſt, non obſiſtendum.
Tunc interpoſitò producens tempore Coruum
Scire cupit Senior, vacuumque interrogat Orbem.
Noemus emittit coruum exploratorem.
Pendulus obliquũ Solem dum ſenſerit humor.
Arcus cæleſtis.
Ne poſt ablatum valeant diſcrimina crimen,
Et flammam timeas, quia jam non ſuppetit vnda. *Vide ne pecces poſt baptiſmum.*
EX LIBRO V. *De tranſitu rubri Maris.*
- Rubus in rubeo viridis permanſerat æſtu.
Rubus incombuſtus.
Decedit Serpens ligno, vultuſque recedit,
Diriguere vagi durato corpore flexus.
Virga Moſis in ſerpentem verſa.
- Vnda Ranarum fœdis impleuit ſaltibus vrbes. *Rana Ægyptia.*
Et licet immerſis defigant vulnera roſtris
Plus horror, quàm pœna mouet, plus vulnere terror. *Muſca, & cinifes.*
- Atque ruinam
Pondere vel ſolo faciat. *Ingens grando.*
- Nullum vidit, nec viſus ab illo eſt.

Craſſæ tenebræ.

Cum percuſſor agat tantam ſine vulnere cædē.

Angelus extermınans primogenitos.

- Non excipit vllos,
In viuis tantùm qui diſcernuntur honores, &c.
- Sonat vnus in æthere clamor
Non vno ex fletu.

Nulla domus cladis immunis.

Hebræi populi toties cui vindice dextra
Militat omne malum. *Aiunt Ægyptij.*
Præſentem dominum fugiens, fallitque videntem
Præſentem ſpolians.

Hebræi ſpoliant Ægyptios.

- Mirantur Pharij, nec credere poſſunt
Quod cernunt oculis, placet ejeciſſe tot hoſtes.

Ægyptij compellunt Hebræos exire.

Mutauit natura vices, ſubſtantia diſcors
Muneribus propriis concordem reddidit vſum;
Si manſit, manſere viri, ſi mota ſecuti.

Columna ducens Hebræos.

- Priſci ſeruantur amictus;
Sic longæua fuit, ſed non damnoſa vetuſtas.

Veſtes Hebræorum non deteruntur.

Horrenteſque habitus diuersâ fecerat arte
Ira ferox, nudos etiam quæ ad prælia miſit;
Et tamen ardentûm cuncta inter tela virorum
Terribilis plus forma fuit.

Ægyptij efferati ſequuntur Hebræos.

- Triumphus
Craſtinus aduenięt, Cœli pugnabitur irâ.

Pharao debellabitur.

-Noua pendentes conſtrinxit machina fluctus,
Frænatas celſo ſuſpendens aëre lymphas.

Mare Rubrum viam aperiens.

- Per ſiccum tutos deſcendere callem
Secúros pelagi.
Per hanc viam tranſeunt Hebræi.
- Quid denique reſtat
Si mare tranſitur pedibus, niſi nauibus arua
Sulcentur. *Aiunt Ægyptij.*
- Pontus, fugientibus obſtat,
Occurritq; ſequens. *Inuoluntur mari Ægyptij.*
Crimina Nec tam dimittit, quàm dimittatur ab illis.
Peccator moriens in ſuo peccato.
Concolor & rubro miſcetur ſanguine pontus.
In clade Ægyptiorum.
- Vincitque quietus
Iſraël, ſolo peragens certamina viſu.
Iſraëlitæ fruuntur victoria.
EX CARMINE *de Conſolatoria caſtitatis laude.*
Nec tibi transfoſſis fixerunt auribus aurum,
Quæ compenſarent pendentes vulnera Baccæ.
Dum pretioſa grauant, ſed ſaxea pondera malas. *Des pendans d'Oreilles. Inaures.*
- tantùm illa tibi tegmenta parentur,
Frigora, quæ pellant, non quæ tua membra venuſtent.
Vn ſimple habit, ſans ornement.
Nil tamen eſt ſubitũ, ſemper migrare paratis.
Viris ſanctis non contingit ſubita mors.
Gaudebunt vinci, dum proficis.
- Nec enim vlli candida virtus
Inuidet, inuidiæ quanquam eſt ſubjecta malignæ. *Inuidia non cadit in bonos.*
Quâ prolis, mortiſque parens Eua.
Per quam Originis peccatum.
- Mox vt matris ceſſarit filius eſſe,

Perditionis erit.

Quæ flammis tantùm genuerunt pignora matres. *Pueri morientes ſine Baptiſmo.*

Atque aliena tuo commendans carmina cantu.

Leur donne de la grace.

- Nec caſtam dicere carnem

Iure poteſt animus, quem ſic corrũpat adulter,

Ira, furor, mœror, &c.

Mœchantur cum corde hominis, tum ſemine mortis   Fœtus mortis alunt.

Nomine virgineo quæ ſe dum jactitat intus,

Criminibus grauidam neſcit turgeſcere mentem. *Eſt caſtitas mentis, vt corporis.*

Nec lædi jam fama poteſt innoxia cujus

Vita, vel inuitis tandem patet hoſtibus.

Vita innocens nihil timet obtrectatores.

Teſte Deo gaudet, famamque recuſat inanem

Iudicio contenta ſuo

Suſanna falsò accuſata.

Et dum reſponſis variant diſcordibus ambo,

Conjunctum facinus disjunctâ voce fatentur.

Senes falſi accuſatores, & teſtes Suſannæ.

MAGNVS FELIX ENNODIVS Ticinensis Episcopvs.

Ex Paraneſi Didaſcalica.

Et fictum lepido nitore carmen

Captiuet docilis momenta cordis.

Poëſis apta ad flectendum.

In niueo ſpargens maculas ſis pulcrior ore.

Rubente vultu candido ex pudore.

Pinguia nam tenuem ſuffocant corpora ſensũ;

Et malè furta ſuas conculcant viſcera mentes.

Dediti cibo non ſunt ingenioſi.

Qui cupit Cœlo ſociare Terras,
Me petat. *Laus Fidei.*
Intrat excelſi penetrale Regis,
Diuitum tutus manet in ruinis,
Ille nec legem patitur ſepulchri. *Fidelis.*

Mentibus damus ſaporem dum polimus fabulas. *Fabulæ pueros oblectant.*

Quod fauore computamus eſſe noſtra pignora,
Quod dedit venter tumeſcens litterati ſeminis.
Pueri, magiſtris ſunt quaſi filij.

Et reus, & ſanctus de noſtro naſcitur ore.
Accuſamus, & defendimus.
Dum loquimur captum ducitur arbitrium.
Tollimus judicij libertatem eloquentiæ noſtra.

EX LIBRO PRIMO CARMINVM.

Flammiger ardenti ſorbebat flumina Cancro.
Æſtas erat.
Veſtitus tenui tegmine nudus eram.
Sic veſtitus, vt nudus dici poſſem.
Amphion tetigit quod pectine, vixit.
Lyra animauit rupes.

Exprimit in ſpicam tellus jam fœta papillas.
Terra frumentum nutrit.

Iuſſa per augmentum nunc ſyluam perdere vitis,
Frugibus vt creſcat, vulnera conciliant.
Vitis putata fructuoſior.

Lactens ceſpitibus in nodum truditur herba.
Creſcit.
Vitis gemmatos brachia dant digitos.
Gemmæ in vite.
Corporis & cordis virginitate parem.
Caſtus corpore, & animo.

Ditior cultu fugit effugato,
Sparſa capillos.

Neglecta forma plus placet.

Nobilis ſi quod bibit arte virus
Lana, mentito potior colore.

Lana tincta pulchrior.

Fulſerant raro ſub hiante filo.
Pectoris gemmæ in roſeis pupillis.

Au trauers d'vn creſpe.

Proditum riſit ſine nube corpus,
Carcere irrupto nituit ſerenum;
Quodque ſeruabat malè tuta veſtis
Proditur arte.

Au trauers d'vne fine toile.

Frigida conſumens multorum poſſidet artus
Virginitas, feruore nouo; ſublimia carnem
Vota domant; mundus tenui vix nomine regnat. *Caſtitas jam regnat.*

– Seruatur vbique
Iuſtitiam, culpa eſt thalamos nominaſſe pudicos. *Damnatur nuptiarum nomen.*

Palla per accinctos decreſcit ſplendida lumbos. *Præcingitur veſtis.*

– Et ſobolem fotu complexu benigno
Mollia mellitis arctauit ad oſcula labris.

Venus oſculatur Cupidinem.

– Qui tardiùs arſit
In multum calet ille rogus.

Ignis tardè accenſus, eſt violentior.

Hæc faciunt multos, ſi credis, bella nepotes.

Ex nuptiis filij.

Si pietas elementa domat.

Cedunt omnia pietati.

Errauit piſcis, ſed non captiuus in ædes.

Exundante fluuio.

Quamque videt faciem non putat eſſe ſatis.

Ob ſerenitatem, Cælum repræſentat mare.

Ancora quod proprium mordet adunca ſolum. *Rediit nauis vnde ſoluerat.*

Quem genitrix fudit ſæclis ſine ſemine fœta
Ad matrem jungens virginitatis onus.
Maria Virgo.

Nobilis occultum condiuit lympha ſaporem;
Computat & damnum, ſi minus inde feram.
Bibendo accendit ſitim.

Doctus ad jucudem verba infabricata referre,
Quoſq; facit verſus terque, quaterq; probat.
Scribit accuratos verſus.

Ætas cana refert digitis animaſſe Maronem
Quod fingebat opus viuificante manu.
Arroſiſſe ſibi vngues.

Quæ loquitur ſemper quidquid in Orbe fuit.
Hiſtoria.

Curia te teretem pollens formauit ad vnguem. *In curia tu excellis.*

Qui ſolum noui, quod bene nil didici.
Vnum ſcio, quod nihil ſcio.

Laus erat in laudem mentitũ pangere carmen.
Tunc operi fraus apta fuit; nam more Poëtæ
Seruantes quod crimen habet vetuere pudore
Vera loqui, carmenque fides deſpexit vbique,
Ars placuit, quam culpa decet.
Poëtæ ſectantur falſa.

- Cum Tigris fœta Niphatem
Circuit, aut catulos rapiendi format in vſus;
Sæuit in abſentes. *Tigris ferocia.*

- Cum matris ab vbere raptis
Blandior à tenero ſuccus ſubducitur hauſtu.
Cum puer ablactatur.

Callida mentitũ genitrix cum fortè ſaporem
Herbarum querulis infundit dura labellis;
Neſciat vt natus guſtu cognoſcere matrem;

Vnde ſubornatum ſorbetur lacte negato
Faucibus inſuetis ridendâ fraude venenum.
On ſevre l'enfant auec du chicotin.
- Et lacrymas, quas promunt gaudia fundunt.
Il pleure de joye.
Cum bene mollitos incurui dente ligonis
Scribit agros, faciemque ſoli ſic pectit aratris.
Arat terram.
Inſerit externas peregrino in ceſpite plantas.
Aliunde petitas arbores.
Aduena conjunctis ſociatur nexibus arbos
Truncantur ſtirpes, demeſſum falce maritat
Virgultum, tenero lignum mordetur hiatu,
Germine nobilitas conſurgit non ſua paruo,
Surculus ignoto coaleſcit munere diues,
Dum madefacta nouo jungit plantaria libro.
Il ente des arbres.
EX HYMNIS *eodem Libro contentis.*
1. Mortis figura blandior
Buſtum ſoporis admouet.
Nox inuitat ad ſomnum.
2. Qui dux Prophetæ naufragi
Dum viuit eſca belluæ
Dum neſcit æquor quod tenet
Tutum ferino gutture
Exactor abrumpit cibum,
Diro reductus remige
Cuſtode ſaluus peſſimo
Viuens ſepulchra pertulit.
Ionas in ventre piſcis.
3. Vitalis ictum nex dedit.
S. Cypriano martyri.
Dum quod minatur munus eſt.
Cum intentat mortem.
4. Quod lingua latrat Parthica. *Durum idioma.*

5. Hic primus intrauit viam,
Nullis ſubactam greſſibus. *Primus Martyr.*
6. Nil debet hic facundiæ,
Dos omnis eſt à moribus.
Sanctior quàm eloquentior S. Ambroſius.
Sic ille vixit non ſibi
Sed totus authori Deo. *Religiosè vixit.*
Viuit ſepultus, & juuat. *Patrat miracula.*
7. Lethum ſepultus expulit,
Mors mortis impulſu ruit,
Dignatus eſſe quod ſumus. *Factus homo.*
8. Exempla proſtant ſumite deſides
Puella fortis dum ſuperat viros.
S. Euphemia.
Virtus teneri neſcia ſemper eſt
Nec jure ſexus. *Non alligatur vinclis, nec ſexu.*
Tormenta torſit fortia corpore;
Laſſante pœnâ creuit amor crucis.
Fortior tormentis.
Si ſcire poſſes vincere Martyrem,
Væſane tortor, parcere diſceres.
Tortoribus ſuperior.
Maius venenum blanditias putat. *Ei blanditur.*
9. Verus magiſter actibus
Exempla non verbis dedit:
Quem dicta militem trahunt
Si dux gerendis abſtinet?
Ventoſa linguæ hortatio.
Exemplum dat S. Nazarius.
10. Concepit aure filium
Quod lingua jecit ſemen eſt.
Ecce ancilla Domini, &c.
11. Diuiſa virtus omnibus
Vnum coacta prætulit.
Omnes virtutes in S. Martino.

12. Optata mercaris malo,
Perſiſte tortor adjuuans!
Lux hæc negando ceditur:
O quam beata aduerſitas!
Si ſic triumphant exules.

Pœna martyrij eſt gloria.

EX LIBRO SECVNDO

Qui eſt Epigrammatum.

In commune bonus non ſentit damna ſepulchri. *Non moritur, qui aliis prodeſt.*
De vitâ ad vitam tranſitus ipſe placet.
Iuſti mors lugenda non eſt.

Occiſor mortis, dux vitæ, planta ſalutis;
Aſpice nunc ſerpens ecce venena fugat, &c.
Serpens aneus Moſis.

Sic ſplendor per damna venit, ſic culmina flammis
Conſurgunt, habitura Deum.
Sic perdita creſcunt ignibus innocuis.
- Flammas ſuperi miſere ſecundas.
Templum incenſum melius reparatum.

Viſcera dum lapidum fingit imaginibus.
Statuas facit.

Terribilis culpis, ſuppliciiſque pius.
Parcere ſubjectis, &c

Quem nunquam flexit vitium, miſeratio ſemper. *Fortis, & miſericors.*
Crimina corripuit vultu.
Coram illo nemo peccauit.

Reddunt innocuos tecta dicata viros.
Seruant caſtimoniam

Captiuum venis ſeruaſſet terra metallum;
Non fuiſſet erutum.

- Naturam perdens bellua nos ſatiat.
Leo marmoreus fundens aquam.

Gutturis immenſi, ſorbentem quidquid vbique
eſt. *Helluo.*
Depingit mores obruta lingua tuos.
Vn homme qui bredoüille eſt vn eſtourdy.

Fercula pauca damus, numerum vicentia cultu. *Peu & bon.*
Gloriá nec menſæ damna ſalutis habet.
Sobria eſt.

Vir facie, mulier geſtu-
Iurgia naturæ nullo diſcrimine ſoluens.
Mollis & effœminatus.

Barbaricam faciem Romanos ſumere cultus
Miror, & in modico diſtinctas corpore gentes.
Diſcordes miſcens inimico fœdere gentes.
Vir barbâ Gothicâ, veſte Romanâ.

Irrita dicta volant, aſſertor non venit vllus;
Nulla fides ſexum detegit aut patriam.
Eunuchus peregrinus.

Hic volucrum pugna eſt vbi Gallo cæditur
Anſer,
Dat pænas veteris proditionis auis.
In Capitolio.

Naribus argutus-
Impauidus preſſo ſignans veſtigia roſtro.
Vn chien couchant.

Vilior en termes jactat ſe diuite ramo,
Dum ligni morſus ſemina clara mouet.
Demeſſus ferro floret tibi ſurculus alter.
Des arbres entez.

Nil videt, & rectum ſeruat iter ſcelerum.
Homo cæcus, & improbus.

In tantùm priſci defluxit fama Maronis
Vt te Virgilium ſæcula noſtra darent.
Non potes eſſe Maro, ſed potes eſſe Moro.
Stolidus dictus Virgilius.

Lux pudoris, eſca mentis, fax, medela, claritas. *Bibliotheca.*

Viſceribus propriis externos fundere partus
Cogitur, & generis ſobolem lactare ferini,
Iurgia naturæ magno diſtantia calle
Edidit ignotum genitrix malè conſcia partũ,
Naturæ fraudes nobiliore dolo.

Hic mulus geminum pecus eſt, ſed corpore ſimplex. *Mulus natus ex Equa & Aſino.*

Immobilis currit cujus per deuia ſeſſor,
In ſtatione volans, pedibus conſtanter adactis.

Vne Hacquenée.

Pacificum eſt nobis quod necat obſequium.

Enſis baculo incluſus.

Emollit gladios imbellis dextra Boëthi:
Enſis erat dudum, credite, nunc colus eſt.

Enſis ignaui.

Dicendi palmam Victoria tollit amico,
Tranſit ad Ambroſium; plus placet ira Deæ.

Symmachus victus ab Ambroſio in cauſa Victoria.

ANICIVS MANLIVS TORQVATVS SEVERINVS BOETHIVS.

DE CONSOLATIONE PHILOSOPHIÆ.

Ex Libro primo.

Veris elegi fletibus ora rigant.

Afflicti Boethij.

Tremit effœto corpore laxa cutis.

Rugoſa pellis.

Nec ſperes aliquid, nec extimeſcas,
Exarmaueris impotentis iram.

Nihil in te poterit Rex.

Ex Libro ſecundo.

Felix nimiùm prior ætas
Contenta fidelibus aruis.

Reddentibus fruges ætate aureâ.

Quis enim furor hoſtibus
Vellet prior arma mouere,
Cum vulnera ſola videret?

Cum nullæ erant diuitiæ.

Heu! quis prior fuit ille
Auri qui pondera tecti,
Gemmaſque latere volentes
Pretioſa pericula fodit.

Contra auaritiam, & luxum.

Signat ſuperſtes famaque pauculis
Nomen inane litteris.
Quod ſi putatis longius vitam trahi
Mortalis aurâ nominis
Cum ſera vobis rapiet hoc etiam dies,
Iam vos ſecunda mors manet.

Dirutis ſepulchris.

O felix hominum genus
Si veſtros animos amor
Quo Cœlum regitur, regat. *Amare Deum.*

Ex Libro tertio.

Atras pellere curas,
Miſeraſque fugare querelas
Non poſſe, potentia non eſt.

Potentia elucet in frænandis cupiditatibus.

Habet omnis hoc voluptas,
Stimulis agit furentes,
Apiumque par volantum
Vbi grata mella fudit,
Fugit; & nimis tenaci
Ferit icta corda morſu.

Voluptas tandem diſplicet.

Quis legem det amantibus?
Major amor lex eſt ſibi.
Amor magnus coërceri nequit.
Orpheus Eurydicen ſuam
Vidit, perdidit, occidit.
Orpheus curioſior infelix.
Ex Libro quarto.
Ergo cum caput tot vnum
Cernas ferre Tyrannos,
Non facit quod optat,
Dominis preſſus iniquis.
Principes qui ſeruiunt prauis animi ſui motibus.
Hic lupus ſuperadditus
Flere dum parat, vlulat;
Hæc venena potentiùs,
Hominem detrahunt ſibi.
Libido plus immutat homines, quàm Circe.
Merſit infami Polyphemus aluo;
Sed tamen cæco furibundus ore
Gaudium mœſtis lacrymis rependit.
Orbatus oculo ſuo ab Vlyſſe.
Quid inertes terga nudatis,
Super aſtra tellus
Sidera donat. *Spreta terra Cælum aperit.*
Ex Libro quinto.
Vbi verſa ſequentum
Pectoribus figit ſpicula pugna fugax.
Pugna Parthorum.

LIBER QVINTVS.

ACVTE' DICTA
POETARVM
LATINORVM
A
IVSTINIANO MAGNO
AD
OTHONEM III.

PRISCIANVS
CÆSARIENSIS GRAMMATICVS.

Ex Periegeſi.

QVI quamuis vnus ſit, plurima nomina ſeruat.

Oceanus nomine multiplex.

Dicitur ille Piger, necnon Saturnius, idem
Mortuus eſt aliis, minimo quod lumine Solis
Perfruitur; tardè radios nam ſuſcipit Ortus,
Nubibus & craſſis premitur, nimbiſque grauatur. *Mare Septentrionale.*

Quà deſerta patet tellus ardore peruſta.

Zona Torrida.

Hinc, atque inde Sinus penetrabilis efficit.

Oceani Sinus.

Et matrem Ponti perhibent Mæotidos vndam.

Palus Mæotis efficit Pontum Euxinum.

Hæc maris eſt ſpecies, ſplendens hæc forma profundi. *Mæotis palus videtur eſſe mare.*

Quà regnans felix Dido per ſæcula viuit,
Atque pudicitiam non perdit carmine falſo.

Caſta Dido, quidquid contrà finxerit Maro.

Quà tumor immenſus Tyrrheni pellitur æſtus
Acceſſuſque furit, ſicciſque receſſus arenis.

Syrtes Africanæ.

Diſpoſuere vias qui vitæ mente potenti,
Et primi dederunt ſulcos, & ſemina terris.

Ægyptij primi Sapientes, & Agricolæ.

-Cujus compeſcere flammas
Si quis aquâ cupiat, plus ignem paſcit in illâ;
Pulueris hunc jactus potis eſt extinguere ſolus.

Medica herba, aquâ accenditur, puluere ſedatur incendium.

-prægnantibus illa
Auxilium confert, facilis releuamine partus.

Gemma vtilis fœminis prægnantibus.

Quà mare vix ſuperant; haud æquum mille periclis
Anguſtum, rapido quod frangit gurgite ſaxa:
Traditur hîc pelagi diruptus viribus olim
Excepiſſe fretum terras, cogente ruinâ.

Fretum Siculum.

Æthnam
Vertice qui ſummo rigidâ niue temperat ignem,

Nec ſuperant flammæ frigus, nec frigora flammas.

Æthna mons igniuomus, & opertus niue.

Iden *hoc eſt* Idam *montem.*

Ante Solis ortus perhibent quem fulgere Sole.

Ida mons videt Solem ocyus ſibi ſurgentem.

Gagates.

Hic lapis ardeſcens hauſtu perfuſus aquarum,
Aſt oleo perdens flammas mirabile viſu.

Lithanthrax accenditur aquâ, oleo reſtinguitur.

-cognomine Taurum,
Cornua nam ſummus ſcopulis imitatur acutis. *Mons Taurus ſimilis Tauro boui.*

Quo pereunt pecudes pariter, populique virorum. *Omnia.*

Inde Sacæ nimiùm certis gens mira ſagittis.

Certiſſimi ſagittarij.

Altaque, quæ cecidit præclaro nomine Troia.

Caſu ſuo famoſa.

Atque oculis, mirum! voces ſentire figuris.

Authores litterarum Phœnices.

-Erembi
Speluncis genus infelix, & rebus egenum.

Troglodytæ.

Atque lacu medius Thonites intrat, & exit
Nec violatur aquâ, quamuis penetrabilis illâ,
Ocyor atque vadis emergens cedit amaris.

Tigris integer exit ex Thonite lacu.

Indigenæ populi pro re dixere Medamnam.

Meſopotamia.

-Sonitum cui ſpiritus addit
Arcanum crepitans- *Lapis ſonorus Aëtites.*

Luminibuſque vident rectis, mirabile! Solem.

Non conniuentibus, Gymnoſophiſtæ.

Huncque capax claſſis venientem voluit Hydaſpes. *Latiſſimus, & profundiſſimus.*
Nec foliis nudat ramos Autumnus in illâ.
Thule inſula ſemper virens.

ARATOR
SVBDIACONVS *vel* DIACONVS.
In Acta Apoſtolorum.

In Præfatione ad Florianum, nihil occurrit.
EX PRÆFATIONE AD VIGILIVM.
Fluctibus in mediis cui via ſicca fuit.
Liberatus periculo aquæ.
Vnius obſequio diſplicuere nouem.
Ex decem Leproſis, vnus tantùm gratias egit.
Hiſtoriamque ſequens carmina vera loquar.
Poëſis mea erit hiſtorica.
-Te dogmata legô magiſtro,
Si quid ab ore legor, laus monitoris erit.
Si laudor; in te laus redundabit.
EX LIBRO I. *Hiſtoriæ Apoſtolicæ.*
-Cruce territa Chriſti
Vult pariter Natura pati.
Natura turbatur Chriſto patiente.
-Diuinaque virtus
Rurſus membra ligans animata cadauera mouit,
Ad vitam monumenta patent, cineresque piorum Natalem poſt buſta nouant.
Sancti in Chriſti morte ſuſcitati.
Exuuias atri raptas de fauce profundi
Lucis in arce locat.
Patres ereptos Limbo ducit in Cœlum.
-Qui retia laxet
Humanum captura genus; quâ iecerat hamũ;

Ad clauem tranſlata manus.

Petrus piſcator fit Apoſtolus.

-Stringens in gutture vocem
Exemplo teſtante ream, qui parte necari
Promeruit, quâ culpa fuit. *Iudas ſe ſuſpendit.*
-Qui ſignifer oſcula figens,
Pacis ab indicio bellum lupus intulit Agno.

Iudas prodens oſculo Chriſtum.

-O quantum diſtant humana ſupernis
Iudiciis! parui merito tranſcenditur ille,
Laude hominum.

Matthias (quæ vox Hebraicè paruum ſonat) præponitur Ioſepho, qui dicebatur Iuſtus.

-Quibus igne magiſtro
Imbuit ora calor, dictiſque fluentibus exit
Linguarum populoſa ſeges.

Linguæ igneæ cadunt in Apoſtolos.

-Sola fuit doctrina fides.
-Cœleſte datum noua vocis origo,
Quæ numeroſa venit, totoque ex Orbe diſertis
Sufficit vna loqui.

Vnâ linguâ locuti ab omnibus audiuntur.

-Turrim voluère maligni
In cœlum proferre ſuam, quibus impia corda
Sermonum ſecuere modos, ſociiſque ſuperbis
Affectus cum voce perit confuſio linguæ.

Confunduntur linguæ turrim Babel ædificantium.

-Lingua nunc pluribus vna eſt
Concordes habitura ſonos, & pace modeſtis
Fit fœcunda redux, humiliſq; recolligit ordo,
Quod tumidi ſparſere viri.

Linguarum confuſio in Apoſtolis ſublata.

Humanâ ſub lege Deus, qui temporis expers
Principium de matre tulit.

Chriſtus Deus natus eſt.

-Nec vile putauit
Majeſtate potens terreni ſumere formam
Corporis, atque opifex hominum pars eſſe, ſuoque Nos pretio reuocare ſibi.

Deus factus homo, vt nos redimat.

-Vitam ne perderet Orbis,
Maluit ipſe mori: ligno ſuſpenditur inſons,
Et ligni vacuatur onus, ſic vulnus iniqui
Fit medicina Dei. *Moritur Chriſtus in Cruce.*
Infernus tunc eſſe timet-
-Noua tortor ad otia languet;
Mors ibi quid faceret, quo vitæ portitor ibat?

Chriſto ad inferos deſcendente.

-Necdumque creatos
Feſtinas præferre reos, homicidaque lingua
Naturæ præuertit iter, cui ſerior ortus
Quàm facinus -Scelerumque propago
De natale perit, quæ ſaucia voce parentum
In lucem punita venit.

Iudæi dicentes, ſanguis eius ſuper nos, & ſuper filios veſtros.

Vtque pij coëant in fœdera pignore certo,
Res laxant, & corda ligant, ſine limite cenſus,
Affectu conſorte- Quibus vbere læto
Diuiſæ geminantur opes, & creſcit in omnes
Quod faciunt commune ſibi, totumque capeſſunt,
Qui proprium nihil eſſe volunt.

Omnia bona inter primos Chriſtianos communia.

-Votum ſpes luſit auarum,
Cumque negat, meliora parat-
Qui munera poſcens Es datus ipſe tibi.

Petrus claudo negans pecuniam.

-De voce jubentis
Exiliit medicina potens, atque hoſpite greſſu
Conuixere pedes- Plantiſque nouellis
Materies ſe priſca mouet.

Claudus à Petro ſanatus.

Nõ fragiles ſecteris opes,quas ſpernere debet,
Cum Domino qui diues erit.

Chriſtianus debet ſpernere diuitias.

Cùm fierent vox ſemen erat; nec diſtulit ortus
Imperium natura ſequens-
Materiamque operis ſola eſt largita voluntas.

Verbo Deus creauit omnia.

Vulnera ſuſcipiunt, paruis errantia membris
Vix habitura locum, ſæuoque jubente Tyranno
Naſci pœna fuit, cuius tulit impetus æuum
Quod neſciuit agi, qui perdidit. O noua mortis
Conditio! ſolo vitam pro fine ſubire,
Et cum prima dies,atque vltima ſit ſimul vna,
Poſſe magis, quàm ſcire mori.

Innocentes juſſu Herodis cæſi.

-Damnatio juſti,
Libertas eſt facta reis.

Pilato damnante Chriſtum.

Ecce tot egregiis vnum cor eſſe cateruis
Incipit, atque animam populus nanciſcitur vnam: -Millia vulgi
Conueniunt ſub mente pari, numerique frequentis Sunt animi velut vnus homo.

Credentium erat cor vnum, & anima vna.

-Dominumque ſecuta fidelem,
Spreuit agros habitura polos-
Et quæſtum per damna ſequi.

Relinquunt omnia primi Chriſtiani.

-Paruoque in tempore linquis,
Quod ſemper vis eſſe tuum-
-Quid enim ſubſtantia prodeſt,
Quæ ſeruata perit?
Bona tandem relinquenda ſunt.
-Sideris arte locatam
Commodius, qui cedit habet: pete creditor inde
Vſuræ majoris opem. *Da eleemoſynam.*
Fur cenſus ſub fraude ſui. *Ananias, & Saphira.*
-Cumque eſt iam cautio voti
Stare decet, nec velle prius violare ſequenti.
Vota exſoluenda ſunt.
-Fuſa ruit Arrius aluo,
-Lethumque peremptus
Cum Iudâ commune tulit, qui gutture pendens
Viſceribus vacuatus obît, nec pœna ſequeſtrat,
Quos par culpa ligat. *Arrius mortuus vt Iudas.*
-Furtiuaque præmia vitæ
Dat medicina latens-
Excute, Petre, gradus, tecum medicina ſalutis
Ambulat- Tua ſemita, vita eſt.
-Tu motibus vmbræ
Corpora cuncta leuas.
Vmbra Petri ſanat ægros.
-Cardine fixo,
Irrita ſignato cuſtodia permanet antro-
Carcer integer.
Clauſus Apoſtolicis veſtigia claudit aperta
Greſſibus, & vigiles illudit janua fallax.
Apoſtoli exeunt ex carcere clauſo.
Nam quid corporeæ proſunt alimenta saginæ,
Eſuriente animâ? *Anima pluſquam eſca.*

-Vbi gloria, pœna;
Et cadere, eſt ortus; iugulíſque patentibus
æuum Naſcitur- Vitæ principium-
Sit voluiſſe mori. *Martyrium.*
Et per tot lapides petræ conjungitur vni.
Stephanus jungitur Chriſto.
-Contractibus auri
Munera vult æquare Dei, nummiſque referre,
Quod pretio mercator emat.
Simon Magus primus ſimoniacus.
-Domini quod gratia donat
Vt venale putes? ſenſu hoc, non ſumitur auro;
Nec licet vt Cœlum corrupta pecunia quærat,
Quam terræ ſcrutator amat. *Simoniaca labes.*
-Qui tam pretioſa lauacri
Sumere dona venis, ſterilique in corpore cordis.
Eunuchus Candacis Reginæ baptizatus.
-Sed amabitur Agnus,
Quò properat ſæuire Lupus.
Saulus pergens Damaſcum.
-Sors læta ruinæ,
In quâ culpa cadit, didicitque è corpore lapſo
In mentis jam ſtare gradu; cùm lumina claudit,
Pectora tunc aperit, Cæliq; agnoſcitur author
Diſcedente die. Quantùm meruere tenebræ!
Poſt oculos majora videt.
Saulus cadit, & excæcatur.
-Multorum lumine plena
Nox datur iſta tibi. *Saulo excæcato.*
Animâ, & nodis laxatâ mole ſolutis,
Non moriente mori. *Æneas paralyticus.*
Tunc iterum formatus homo, longique cadauer

Temporis, extinctos ad vitam ſubripit artus,
Seq; leuans vacui linquit monumenta cubilis,
Quod miſero pars mortis erat.

Paralyticum ſanat Petrus.

Manſuras fundebat opes, & ſemper egenis
Munere mater erat. *Tabitha pauperum mater.*
-Lucique reducta Se ſtupuit ſupereſſe ſibi.

Suſcitatur Tabitha à mortuis.

-Custodia Petri Publica cauſa fuit.

Orabat omnis Eccleſia pro Petro incarcerato.

Angelus aſtra ferens ergaſtula candidus intrat, Se comitante die-
Et mutata vident nocturna crepuſcula Solem.

Apparet Petro lucidus Angelus.

-Gradientibus illis
Concluſæ ceſſere fores. *Portæ ſponte patent.*
His eſt tibi, Roma, catenis
Perpetuata ſalus, horum circumdata nexu,
Libera ſemper eris.

Romæ vincula S. Petri coluntur.

EX LIBRO II. *Hiſtoriæ Apoſtolicæ.*

-Petrus- Cui ſermo magiſtri
Omnia poſſe dedit.

Petro poteſtas ſumma à Deo data.

-Quærit jam calle negato
Quo duce tutus eat, cuius pede greſſibus inſtet,
-Vacuaſque per auras
Erroris palpauit iter.

Magus excæcatus à Paulo.

Mox didicit lucere fidem, cui cauſa videndi
Nox aliena fuit.

Viſâ hac cæcitate Sergius Paulus conuerſus.

-Crudelibus armis
Quos rapuit per ſigna Deus, quibus omnia cedens, Mutauit natura vices.

Hebræi per miracula extracti ex Ægypto.

-Cùm virga fugauit
Terga maris, fluctuſque ſuis fuit exul ab oris,
Pulue reo de calle placens, Pontique facultas
Obſequio eſt ſubjecta pedum, redeunte profundo
Naufragium factura reis- His ſtrauit arenas,
His cumulauit aquas; juſtis via, ſontibus vnda.

Via per Mare Rubrum, quo inuoluti Ægyptij.

-Cùm percuſſa ſilex venis ſpumauit apertis
Æquoreos enixa lacus, de vertice ſicco
Flumineum largita vadum.

Ex ſaxo percuſſo fluxit aqua.

Aëriuſque liquor ſolidis induruit eſcis.
-Nimbique coloni
Dant epulas; pluuiámque vorant, & mandîtur imber.

Manna de cœlo pluit eſca Hebræorum.

Ne pereas, vult ipſe mori.

Chriſtus te ſuâ morte redemit.

-Mors denique victa eſt
Vincendi tranſgreſſa modum, quæ judice tacto
Linquere juſſa reos, ſpoliis vacuata vetuſtis
Per ſua bella cadit. *Ero mors tua, ô Mors!*
Et lymphâ genitrice ſati meruere renaſci.

Baptizati Gentiles.

-Veſtigia ferre
Neſcius ex vtero, membris pars cœperat ægris
Se naſcente mori.

Claudus ab vtero ſanatus à Paulo.

-Petis æthera mente
Cùm necdum mouearis humo, pedibuſque negaris. Longiùs ire vales.

Claudus vult fieri Chriſtianus.

Sæpe timet, quod neſcit iter.

Claudus primùm ambulans.

-Cùm numina falſa metalli
Artifices timuere ſui; cùm Templa dicarent
Abſciſſis de rupe Deis-

Cùm regnaret Idololatria.

-palmeſque reciſus
Vulnere conceptas fœcundus educat vuas.

Putata vitis fertilior.

-Atque reliquit
Nox oculos, exulque dies illuminat orbes,
Expauitque redux inopina crepuſcula viſus.

Cæci illuminati.

Corporis ille locus, quo circumciditur Abram
Luxuriam laſciuus habet, vitiiſque miniſtrat.

Circunciſio.

-Profeſſio vera
Mendaci de teſte ſonat, vocemque fidelem
Perfidus author habet.

Dæmon ex Pythoniſſa vera dicit.

-Cùm libera cuſtos Cerneret antra necis.

Cùm cuſtos videret carcerem patere.

-Cur hæc diuina vocatis
Quæ facitis? -Sibi cauſa timoris
Ars operata Deos. *Idola.*
-Lymphâ mox matre renati. *Baptizati.*
-Qui fonte Ioannis
Se dudum maduiſſe ferunt.

Eluti Ioan. Baptiſta Baptiſmo.

-Vigor omnia curans -Tactus erat-

Satis erat aliquid Pauli tetigiſſe ad valetudinem obtinendam, vt ſudaria, &c.

Et latices intrare pios, maculaſque vetuſtas
Fonte lauare nouo, ſanctiſque niteſcere lymphis. *Baptizari.*

-proprii & diſtractio ruris
Antiquo donatur hero.

Anno Iubilæo, & quinquageſimo.

-Sola eſt via vincere victis,
Formidare nihil. *In vltimis periculis audacior.*
-Vt fuſis animentur vultibus aræ,
Ingenique manus promittant viuere cautes.

Simulachra falſorum Deorum.

-Res eſt inimica ſaluti
Pendula celſa ſequi, furtiuáque ſomnia prono
Carpere velle thoro.

Eutychus dormit in feneſtrâ, vnde & cadit.

Viuaque de proprio reuocaſti membra ſepulchro, Teque probas voluiſſe mori.

Chriſtus de ſe ſurrexit.

Vado videre crucis venerandam gentibus vrbem. *Eo Hieroſolymam.*

-Paſtoris inertis
Fraude perit, quod prædo capit.
-Cuſtodia peccat,
Cum ſpoliis ſi raptor eat.

Paſtor debet ouili ſuo inuigilare.

-Raruſque ad præmia miles
Cui pax ſòla fuit; victoria ſemper ab hoſte
Accipit, hinc oritur. *Pugnandum vt vincas.*
Affectuque animi creſcit menſura videndi.

Cùm amici aſpiciunt amicum exeuntem.

De tenebris lucete meis-

Me imitemini, ait Paulus.

-Et gaudia Paſchæ Electo latrone colis.

Petens à Pilato Barabbam.

Ambiguuſque fragor ſolus diuerberat auras.

Clamor in tumultu.

-Nulláſque volens contingere menſas,
Eſuris ad facinus, ſaturámque cadauere juſti

Quæris habere famem.

Qui vouerint nihil comed ere, niſi cæſo Paulo.

-Vbi diuite nimbo
Fluxerunt de rore cibi. *Manna de cœlo.*

-pollutáque fœdera jungis.
Agminis, vt plures faciat mors vna nocentes.

Conueniunt 14. viri vt Paulum cæderent.

-Quodque eſt ad præmia rarum,
Proditione places.

Qui reuelauit cædendum eſſe Paulum.

-Cùmque ad facinus ſociantur iniqui,
Eſt ibi culpa fides.

Fides ſeruanda non eſt de iniquitate.

-Te nouimus omnes
Iuſtitiæ monumenta ſequi, comitemque modeſtam Conſiliis hanc eſſe tuis.

Tu es iuſtus Iudex.

Cùmque dies multos iam ritè peregerit orbis,
In pelago nox vna fuit.

Multis diebus nihil viderunt nauigantes.

-Quo tempore nullis
Indulſere cibis: quanta eſt heu! pœna timoris
Supplicium neſcire famis!

In tempeſtate longâ, jejuni.

-Licebit Arreptâ tellure frui.
-Nauiſque ſolutæ
Proſpectare grauem nullo diſcrimine caſum.

Videbimus incolumes perire nauem noſtram.

Neſcit ab angue mori. *Paulus morſus à viperâ.*
Pullulat interea nitidi coma frondea Veris,
Quo juueneſcit humus ſenio fugiente pruinæ.

Ver aduenit.

CORIPPVS GRAMMATICVS,

Ex Carmine in laudem Iuſtini Iunioris ad Anaſtaſium.

Ex Libro primo.

Compoſitor morum, iuris, legumque Sacerdos. *Optimus Iudex Anaſtaſius.*

Portum quem geminæ complexant brachia ripæ,
Mœnibus adpoſitis, rapidos contemnere ventos,
Et faciunt, præbentque ſalum ſtatione quietum. *Portus tutiſſimus.*

Par extans curis, ſolo diademate diſtans.
Primus à Principe.

-Verſatur imago, *Iuſtiniani.*
Illa mouet mentem, penituſque in pectore vtroque
Indiuiſa manens, pia numina numine complet. *Iuſtini & Sophiæ.*

-Ni mens ſibi conſcia recti,
In Cœlum properans ſecuros linqueret artus.
Anima in Cœlum abiens.

-Regni ſucceſſor, & hæres
Imperat, & dolet.
Dum tantam adit hæreditatem.

-Imperium proferre parenti
Mallet, quàm regni ſolium, quàm ſceptra tenere. *Succeſſor bonus patris, & principis.*

Sed factor Solis, poſtquam ſub Sole videri
Se voluit, formamque Deus de Virgine ſumpſit
Humani generis. *Cùm Chriſtus natus eſt.*

EX LIBRO SECVNDO.

Paruus homo, immenſi factus factoris imago.

Terrenus homo.

Velle tuum, fac poſſe meum.

Poſſim quantùm vis. Ita Rex ad Deum.

-Fibula

Aurea iuncturas morſu perſtrinxit adunco.

Fibulæ iungentes veſtem.

Pars liquidas deducit aquas, hortoſque virentes

Irrigat, & tractis ſatiat pomaria riuis.

Horti arte irrigati.

-Cognoſcite Fiſcum

Ventris habere locum, per quem omnia membra cibantur. *Fiſcus alumnus Imperij.*

Tuteтur Fiſcus juſtorum nemine læſo:

Quæ ſua ſunt, capiat; quæ ſunt aliena, relinquat. *Fiſcus priuatis nocere non debet.*

-Iam frigidus omnis,

Alterius vitæ ſolo flagrabat amore,

In Cœlum mens omnis erat.

Iuſtinianus ſenex.

-Frontémque ſerenam

Armauit, ſancti faciens ſignacula ligni.

Muniuit frontem ſuam ligno Crucis.

Et flexis nutare comis, lentoque viciſſim

Vertice, fœcundos huc illuc vertere ramos.

Arbor fructifera agitata vento.

-Pelagus quod tempeſtate mouetur,

Manſuetis planatus aquis.

Tempeſtas maris deſinit.

Iuſtitiam quicumque facit, fora nulla timebit.

Innocens Iudicem non timet.

EX LIBRO TERTIO.

-poſitoque Deum jam corpore cernis,
Et frueris meliore die, ſub lumine Solis.

In Beatorum numerum relatus.

Alba colore niuis, blandoque leuiſſima guſtu.

Vn vin blanc, & delicat.

Temperie ſolitâ paruus cibus ore modeſto
Sumitur, & quantùm capiat mens ſobria potus,
Cenſurâ ſeruante modum.

Princeps temperans.

Excluduntque diem ramis, intenſaque latè
Attollunt capita- & vertice ſidera pulſant.

Proceræ, & patulæ arbores.

-Ipſumque ſuperbæ
Quod ſpectentur amant.

Legati gentium barbararum.

-Stratoſque tapetes
Fronte terunt, longiſque implent ſpatioſa capillis
Atria, & Auguſtam membris immanibus aulam. *Barbari ante Iuſtinum proſtrati.*

Cuius Threïcium potis eſt exercitus Hebrum
Exhauſto ſiccare lacu, fluuiumque bibendo
Nudare, & nondum potu ſatiatus abire.

Ingens exercitus, & Perſico Xerſis comparandus.

Quantùm eſt legatis conceſſa licentia fandi,
Tantùm legatos animo decet eſſe modeſtos.

Modeſtia legatos potentes decet.

-Nos more parentum
Diligimus pacem, nunquam fera bella timemus. *Viri boni, & fortes.*

Parcimus innocuis, ſonti non parcimus vlli:
Res Romana Dei eſt, terrenis non eget armis,
Iure pio viuit, bellum non ingerit vltro,

Suſcipit illatum. *Romani Deo fauente fortes.*

EX LIBRO QVARTO.

Robora ſyluarum tunc plauſtra gementia ducunt
Magnis ponderibus tractu ſtridente rotarum.
Ligna ingentia ſubuehuntur.
Rareſcunt luci, campi ſpoliantur opaci.
-Nidis volucres fugere relictis,
Horreſcunt ſua luſtra feræ. *Caduntur ſylua.*
-Et pallida Buxus,
Pulchra magis pallore ſuo.
Buxi arbores pulchræ.
-Et amictæ vitibus vlmi.
Vites vlmis ſubnixa.
-Et tractæ ſtrident ſcabredine ſerræ.
Serris ligna ſecantur.
Certabantque ipſi jucunda palatia Cœlo.
Palatium Imperatoris æmulum Cœli.
-Auro, gemmiſque ſuperba
Lumen habens, ſine Sole, ſuum.
Gemma collucentes.
-radiabat purpura gemmis
Vincens luce diem, plus majeſtate ſedentis.
Imperator collucens gemmis.
Quos dum laudamus, laudem de laude merc-mur, Et fruimur maiore bono.
Non laudantur Principes gratis.
Erit vnius vtile multis
Exitium, ceſſantque doli dum pœna timetur.
Supplicia malorum, malos terrent.
Aſpectu mitis, mixtâ grauitate benignus.
Princeps grauis, ſimul & mitis.

MARTINVS ABBAS DVMIENSIS.

Excitat affectum Chriſti Germania, frigens
Flagrat, & accenſo diuini ſpiritus igne
Soluit ab infenſo ſtrictas Aquilone pruinas.
Germania facta eſt Chriſtiana.

VENANTIVS HONORIVS CLEMENTIANVS FORTVNATVS PICTAVIENSIS EPISCOPVS,
Ex Carmine de Vita S. Martini.

Ex Procemio.

Nutat & in dubio lubrica libra freto, *aliàs* prora. *Nauis in mari fluctuans.*

Ex Libro primo.

Et patris in ſolio ſedit, ſua dextera, dexter.
Chriſtus ſedet ad dexteram Patris.
Cùm vndas triſtis hyems fræno glaciale ligaſſet. *Cùm flumina glacie concreſcunt.*
Vnáque paupertas ſatis eſt diuiſa duobus.
Inter Martinum, & egenum diuiſâ chlamyde.
Militis alba chlamys, plus eſt quàm purpura Regum. *Quia Chriſtum texit.*
Atq; orante vno cecidit furor omnibus armis;
Innumeraſque acies ſolus ſine ſanguine vicit.
Martinus ſuis precibus hoſtes compulit ad petendam pacem à Iuliano.
Et dare qui voluit mortem, capit ore ſalutem.
Ducitur ille ferox à relligione ligatus
Atque ſuus prædo Martini præda fit vltro:
Ambo valent, dum nemo cadit, ſed vincit vterque. *Martinus latronem conuertit.*
Matrem ſancto facit amne renaſci,

Et meliore ſinu generant ſua viſcera matrem.
Martinus baptizat ſuam matrem.
Buccina terribilis, tuba legis, præco Tonantis,
Pulchrior electro, ter cocto ardentior auro,
Largior Eridano, Rhodano torrentior amplo,
Vberior Nilo, generoſo ſparſior Iſtro.
S. Hilarius Pictauienſis Epiſcopus.
Et viuente viro intra ſe ſua mortua mors eſt.
Nihil ei nocet herba venenata.
- Vbi ſic malè pendula præda jacebat.
Homo ſe ſuſpenderat.
Mors pede verſa retro prædam fugitiua reliquit,
Euomuitque vorax auidâ de fauce rapinam.
Mortuus ſuſcitatur.
Et ſtetit intrepidis membrorum machina plantis. *Stat cadauer.*
Majorem generans fructum, cum decidit arbos.
Pinus exciſa cauſa conuerſionis Barbarorum.
Quas armare ſolent fugiebant flumina flãmas.
Flamma vento reſiſtit.
Flabra timent ignem, timet ignis ligna vorare
Atq; auidæ flammæ ſua nutrimenta paueſcunt.
Iubente Martino.
Martinique fides ſine nubibus intulit imbres.
Reſtinxit incendium.
Contectus cinere, & ſetis jejunia miſcens.
In jejunio, & cilicio.
Excuſſumque fugit ſine more volatile ferrum,
Iam leuiore viâ.
Diſparet gladius in manu percuſſoris.
Inuita hæc pietas quæ perdidit, vnde noceret,
Hoſtilique manu Martini bella geruntur.
Pagani inuiti ſua templa euertunt.

Flatibus extremis quaſi jam de funere viuens,
Cujus erant oculi vigiles cuſtodia mortis.

Moritura puella.

Non tumulata quidem, ſed portio tota ſepulchri. *Iamjam tumulanda.*

Aduolat inde ſenex vetulis juueniliter annis,
Impiger exiliens, curſu ſua tempora vincens.

Pater ſenex aduolat.

- Suſpendit bellua rictus,
Et manibus tangi timuit.

Dæmon non audet mordere digitos ſancti viri.

Sordidus egreditur, quâ ſordibus eſt via fluxu.
- Sic te decet ire, viator!

Dæmon exit per anum Energumeni.

Qui ſibi diſpar erat, nec jam à ſe cognitus ibat.

Leproſus.

Merſa figura redit, faciem cutis aduena vertit. *Sanatur Leproſus.*

EX LIBRO SECVNDO.

Ipſe etiam caſu ſcalarum vertice lapſus,
Dinumeranſque cadendo gradus.

Cadit è ſcalâ Martinus.

Qui modicis contentus erat, ſatiandus in vno;

Qui vno cibo veſcebatur.

- Quamuis variâ tegeretur larua figurâ,
Sancto nuda fuit. *Detexit latentem dæmonem.*
- Deſcendit ab arce Redemptor
Perdita vt eriperet, peritura nec ipſa perirent.

Chriſtus homines redimens.

- Totum impendit, qui non abſcondit amorem. *Chriſtus ſe totum dedit nobis.*

Nec contacta manu diſcerni vellera poſſunt.

Veſtis arte Dæmonis facta.

Atque piis plantis ſtrauerunt flamina pennas:
Cum pede preſſa ſacro ſeruirent aëra Regi:

Pendula planta volans.

Chriſtus in Cælum aſcendens.

- Et foſſas trajecto miſſile coſtas.

Apertum latus Chriſti.

Agnitus indiciis, ſuâ per veſtigiá ſordens.

Dæmon in turpem fumum euaneſcens.

Fecit & in Cælum pigras aſcendere Terras.

Paulinus, ſuis eleemoſinis.

Non in fronte tenens nubem, nec in ore cachinnum. *Nec triſtis, nec lætus.*

Liber ab humanis intrabat ſidera ciuis.

Par Angelis ſubibat Cælum.

EX LIBRO TERTIO.

Dum pede tardat Heros, præceſſit cura volatu,

Curatur æger ad quem pergebat Martinus.

- Mihi filius vbere raptus,

In quo mater eram.

Occubuit genitus, cecidit domus.

- Totus perit ordo parentis

Redde genus, ne ſit matris mihi nomen inane.

Ita mater vnico filio orbata.

- Remouet potumque, cibumque.

Arctè jejunat.

Tantùm maius habens, quantùm minus ambit auarus:

Omnia ſunt ſoli, qui nulla requirit habendo.

Ille tantùm diues, qui nihil cupit.

Lubrica pennigero venientia tela volatu.

Tela volant.

Vnguibus injectis dum præda volubilis exit:

Totus ab ore canis, per ſingula murmura pendens. *Lepuſculus ferè captus à canibus.*

EX LIBRO QVARTO.

Ac ſe nocte breui celerata crepuſcula rumpũt.

Manè æſtatis tempore.

Quo torpore natant quamuis mea lumina, ſurgam;
Euigilanſque oculis detergam pollice ſomnũ.

Maturè ſurgam.

- Sua gaudia plorans.* *Lacryma ex gaudio.*
Sed quem non genuit radix oleagina ſuccum.

Oleum diuinitus enatum.

Sed nec ſaxa vitrũ perdunt, nec vaſa liquorem:

Ampula vitrea cadens in pauimentum illæſa.

Nullaq; rima patet, nec facta in vaſe cicatrix,
Sic liquor interior facit exteriora tueri,
Incluſuſq; humor proprium defendit amictũ.

Oleum ſacrum cauſa, cur vas non ſit fractum.

Clamoremq; vagum mediâ de fame reſorbet.

Canis tacere juſſus in nomine Martini.

Cum jejuna ſuo torperent jugera ſulco.

Ager fruge careret.

Ac lapidata cibum populis ſeges ægra negaret.

Grandine percuſſa ſeges.

Quis ſe non ſubdat tibi, pro quo & nubila pugnant? *Venti templum deſtruentes.*
Prona etiam patulos damnauit fiſtula curſus,
Et reſtricta fluens redit inſonti vnda cruoris,
Aſſidui fluxus fugiens caua vena meatus
Veſte ſacrâ medici ſolidantur glutine riui,
Et virtute viri ſenſerunt fræna liquores,
Incolumiſque redit de furto fœmina felix,
Atq; ſalutis opem medico ignorante reſumpſit.
O Martine ſacer neſcis, & munéra donas.

Hemoroïſſa furtim tangens Martinum ſanatur.

Eſt homo quod ſtupeas vbi nectit gratia telas.

Pretioſa veſtis diuinitus data

Hoſpitium vidiſſe, fuit meruiſſe ſalutem;
Et cura ante datur, medici quàm forma videtur. *Æger ſanatur, viſa Martini domo.*

Prora bibit, dum nauta vomit. *In tempeſtate.*
Martini ante oculos paries quaſi lintea lucet,
Aut quaſi filo agiles contexit Aranea telas
Retia, vel nixis per rara foramina filis:
An ſe ſaxa leuant, aut reddunt ſciſſa feneſtram?
Seu duri lapides lento ſeu glutine ſoluunt?
An caſa materiæ vitreo ſe margine tendit? &c.
Nobilis aut acies oculorũ & marmora tranſit,
Clarior ac viſus per cuncta obſtacula pergit.
Martinus videt, quæ fiunt poſt parietem.
Morbida quem rabidè ſecum ſua crimina latrant,
Et fera delicti penetraliter vlcera mordent.
Stimulis conſcientiæ agitatus.
Lychnus adeſt, cujus vitreâ latet ignis in vrnâ,
Lampas accenſa.

Ex Opvscvlis *Venantij Fortunati.*

Ex Libro primo.

Cum te Vitalem voluit vocitare vetuſtas,
Nouerat æternum te meruiſſe diem.
Ita ſcribit ad Vitalem Epiſcopum.
Quo ſine nocte manet continuata dies.
Vne Egliſe fort claire.
Seductor quondam, qui modò Doctor erit.
S. Paulus Apoſtolus.
Vnde mori voluit, mors magis ipſa fugit.
Morte factus immortalis.
Cujus vita ſuo perficit iſta Deo.
Dignus qui Deo ſtatuat templum.
- Templa locauit,
Vnde ſibi fiat non peritura domus.
Cælum Templo ſtatuto redimet.
Dum tegit algentem plus calet ipſe fide.
Martinus pauperem veſte ſua tegens.

Cùm bona, quæ dederit hæc ſua lucra putet.

Quæ donantur Deo, non pereunt.

Altiùs educto ſub ſe tenet omnia dorſo.

Templum in colle ſitum.

Cui vidiſſe Dei templa, medela fuit.

Sanatus viſo templo viri ſancti.

Vnde mori voluit, vota ſalutis habet.

Martyr.

Vulnera dilexit, ſed caritura nece.

Propter quæ ſemper in Cœlo viuet.

Artificemque putes hîc animaſſe feras.

Egregia ſculptura.

Nec dubitent qui magna ferunt, ſibi magna rependi

Dum quoque pro paruis reddat opima Deus.

Deus nunquam ſe patietur vinci ab homine.

Paruus eras annis, & grauitate ſenex.

Puer ſapiens.

Clarus ab antiquis, ſi numerentur aui.

Ex antiqua familia ortus.

Inclyta progenies ornauit luce priores,

Hæredis titulo ſplendet origo patrum,

Ornat virtute ſuâ Majores ſuos.

Eccleſiæ nunc jura regis, venerande Sacerdos:

Altera nobilitas additur ecce tibi.

Vir nobilis factus Epiſcopus.

Pontificalis apex quamuis ſit celſus in Vrbe;

Poſtquam ad te venit, creuit adeptus honor.

Ornas Epiſcopatum.

Tertius à decimo tu huic vrbi Antiſtes haberis;

Sed primus meritis enumerandus eras.

Superas omnes qui te præceſſerunt Epiſcopos.

Credo quod ex ſeſe voluiſſent iſta cremari,

Quæ modo poſt ignes lumine plena nitent.

Templa cremata, reparata magnificentiùs.

Nox vbi victa fuit ſemper habendo diem.

Vne Egliſe fort claire.

Vt data res viuit, facit & bene viuere dantem.

Eleemoſyna facit viuere in Cœlo Eleemoſynarium.

Sola tenet ſecum, quæ priùs ire facit.

Pramiſit in Cœlum bona ſua.

Ornauit ſexum mens pretioſa ſuum.

Ingenioſiſſima mulier.

Grauat Sacerdos Ordinem,
Qui Epiſcopatum ſic petit.

Qui ambit Epiſcopatum, eo indignus eſt.

- Planus tumor exit in altum
Et ſatis elato vertice regnat apex.

Locus in colle ſitus.

Cum Titan radiis feruentibus exarat arua.

Cum terra æſtu dehiſcit.

Sedibus in propriis exul oberrat aqua.
In limum migrante lacu conſumitur amnis;
Terraque ſit ſterilis, quod fuit ante rapax.

Pæne ſiccatur fluuius Ægercius.

Piſcem Qui renitente luto naufragus errat humo.

Piſcis in luto, & alga.

- Dat rana ſuſurros,
Piſcibus excluſis aduena regnat aquis.

Nihil niſi rana in palude.

Ingentes animos paruâ de nube reſumit,
Fit ſubitò pelagus, qui fuit ante lacus.

Augetur pluuia fluuius.

EX LIBRO SECVNDO *Opuſculorum.*

Atque ſuo clauſit funere mortis iter.

Seruat nos morte ſua.

- O dulce, ô nobile lignum!
Quando tuis ramis tam noua poma geris.

Crux, Chriſtum.

Ars vt artem falleret,
Et medelam ferret inde
Hoſtis vnde læſerat.

Arbore periimus, arbore ſanamur.

Arbor vna nobilis Nulla ſylua talem profert
Fronde flore germine. *Crux pretioſa.*
Et rigor lenteſcat ille Quem dedit natiuitas
Vt ſuperni membra Regis
Molli tendas ſtipite.

Eſto Chriſto mitior, ô Crux!

Beata cujus brachiis Secli pependit pretium
Statera facta corporis.

Crux libra, qua appenſum ſalutis pretium.

Subligat indomiti ſanctum ad veſtigia Tauri,
Et ſtimulat, fieret ne fuga tarda feri.

S. Saturninus alligatus ad Taurum.

Naturæ rabidæ feritatem adjungere noſti;
Quod per ſe neſcit, te ſtimulante poteſt.

Taurus ſtimulatus.

Et corpus lacerum corpora multa fouet.

Dat multis ſanitatem.

- Sitienti pocula profert,
Se magis æterno fœmina fonte replet.

Dans potum inopi.

Moribus ipſe ſuos amplificauit auos.

Nobilitat genus ſuum.

Hinc puer exiguis attemperat organa cannis.

Chante auec l'Orgue.

Hincque ſenex largam ructat ab ore tubam.

Ioüe du Serpent, ou du Cornet à Bouquain.

Prima capit radios vitreis oculata feneſtris.

Grandes feneſtræ Pariſienſis Eccleſiæ.

Cujus dulce jugum nemo gemuiſſe fatetur,
Viuis adhuc meritis Rex in amore tuis.

Theodebertus Rex bonus.

Subſtitit & pelagus, quo gradiente, lapis.

Petrus in aquis ambulans, aqua quaſi in lapidem verſa.

- Poterant qui vincere ferro,
Inuitant jugulis vulnera chara ſuis.

Socij S. Mauritij.

Raptori abduxit ſed ſua præda pedes,
Incœpit ſeruare magis quàm ferre racemos.

Fur non potuit fugere.

Et tua mors illi lucis origo fuit:

Cæcus videt ad feretrum S. Hilarij.

Gaudia magna quidem ſæpe timere ſolent;

Timendum in magna lætitia.

Vulnere naturæ mortua membra tulit.
Secum nata quidem, ſed non ſua dextra pependit,
Corpore juncta ſuo res aliena fuit.

Recipit vſum manus mulier ab vtero manca.

Arida neruorum ſeſe jactura tetendit,
Agnouitque ſuum vena ſoluta locum,
Reddidit & vitam, penſa trahente manu.

Manus expedita eſt reddita.

Viuus imago necis. *Cæcus.*

EX LIBRO TERTIO *Opuſculorum.*

Qui ſine felle manes in ſimplicitate columbæ;
Nec ſerpens in te dira venena fouet.

Simplex vt columba, prudens vt ſerpens.

Viuere picturas arte reflante putes.

Vento commotæ imagines.

Alterum ab æde ſacrâ ſurgit ad aſtra jubar.

Repercutit ædes ſacra lumen Solis.

Tota capit radios patulis oculata feneſtris.

Egliſe bien claire.

Chriſte tuum templū eſt, qui tibi templa dedit.

Vir ſanctus tibi poſuit templum.

Sed qui terrenâ de nobilitate nitebas,
  Eccleſiam nunc ſpe nobiliore regis.
Vir nobilis factus Epiſcopus.
Tu quoque jejunis cibus, ac tu panis egenis.
Diuitias proprias in pauperis ore recondis.
-Largas mendici ventre recondis opes.
Nutris pauperes.
  Adhuc nocte breui tendit in Orbe diem.
Dies reſurrectionis ſolito longior.
Caudice deſerto lacrymat ſua gaudia palmes,
  Vnde merum tribuat, dat modò vitis aquam.
Luget vitis reſecta.
Ad cantum reuocatur auis quæ carmine clauſo
  Pigrior hiberno tempore muta fuit.
Canunt aues Vere.
Hinc Philomela ſuis attẽperat organa cannis,
  Fitque repercuſſo dulcior aura melo.
Canit Luſcinia, recinit Echo.
  Et tetræ noctis pallia craſſa cadunt.
Fugantur tenebræ in lymbis.
  Qui rapuit ſemper, fit tua præda Deus.
Chriſtus ſpoliat inferos.
  Et de fauce lupi ſubtrahit agnus oues.
Patres liberat Chriſtus, vel homines.
Candidus egreditur nitidis exercitus vndis.
Baptizati.
Qui probus ingenio, mutans meliore rotatu
  Currere priſca facis flumina, lege nouâ.
Das nouum alueum fluuio.
Erigis in vallem ſubdens ad concaua montem,
  Et vicibus verſis, hæc tumet, ille jacet.
Alter in alterius migrauit imagine formam,
  Mons in valle ſedet, vallis ad aſtra ſubit.
Explanas campos.
  Et per te populo parturit vnda cibum.

Ad

Ad victum plebis & famulantur aquæ.
Vetus alueus fluminis ſeritur.
Cui moritur mundus, non moriture manes.
Vir ſanctus.
Et monti impoſito mons erit ipſa domus.
Domus alta in monte ſita.
Flumine ſed fluctus pauperiore trahit.
Paruus fluuius.
Alterius vires implet & ipſe perit.
Paruus Fl. cadens in magnum.
Tu quibus es murus, vulnera nulla timent.
Protegis tuos.
Inuenit & proprios ad tua tecta lares.
Hoſpes.
Retia veſtra (Pater) oneroſo piſce redundant:
Apparet Petri vos meruiſſe vices.
Magni piſces in mensâ Epiſcopi.
Hic recipit patriam te refouente ſuam.
Exilium remoues, reddis amore lares.
Exules recipis.
Major amore Pater.
Quem ſatis amare non poſſum.
Omnia quidquid habes omnibus eſſe facis.
Das omnia.
Qui quemcumque nouum videas, facis eſſe propinquum.
Omnes tibi deuincis primo aſpectu.
Et tua fit populis omnibus vna domus.
Omnes ad te veniunt.
Diſcedo tacitus, veluti fur, indice nullo.
Fugio.
Fer patienter onus, neque te pia ſarcina laſſet.
Perſeuera.
EX LIBRO QVARTO *Opuſculorum.*
- Extendit vita beata diem,

Nec damnum de fine capit, cui gloria viuit.

Boni viri non moriuntur.

Et meritis priſcos creſcere fecit auos.

Illuſtrauit proſapiam ſuam.

Inde gradu iudex, hinc pietate pater.

Iuſtus, & mitis.

In cuius ſenſu perdidit ira locum.

Nunquam iraſcitur.

Alterius lacrymas mox facit eſſe ſuas.

Compatiens afflictis.

Hæredis meritis viuit in Orbe pater.

Reliquit filium honeſtiſſimum virum.

Quos domuit iudex, fouit amore patris.

Ex Iudice factus Epiſcopus.

Paſtor vt officiis eſſet, amore parens.

Abbas bonus, & facilis.

Miſère ad cœlos quas ſequerentur opes.

Eleemoſinarij.

-Sub hoc tumulo pietatis membra quieſcunt.

Vir pijſſimus.

Et quantùm potuit nunc lacrymando docet.

Lacrymæ populi teſtes in eum amoris.

Hoc proprium reputans quod capiebat egens. *Credebat bona ſua pauperum eſſe.*

Et quamuis celſo flueret de ſanguine patrum;

Hic propriis meritis creſcere fecit auos.

Majores ſuos honoratos reddidit.

Vita breuis hominum, ſed non breuis illa piorum. *Pij viri non moriuntur.*

Votaque quot populis abſtulit vna dies.

Charus omnibus obijt.

Hoc proprium reputans quidquid haberet inops. *Putabat bona ſua pauperum eſſe.*

Felix cui meritis ſtat ſine fine dies.

Beata vita.

Cur placitura facis, quæ dolitura rapis?

Cur optima facilè pereunt?

Ac homo ſidereum pendulus iuit iter.

Chriſtus aſcendit in Cœlum.

Progeniem reparans caſto fœcunda cubili.

Apis nymphas procreans.

Artifices natos gignere cauta cupit.

Qui mella procudant.

EX LIBRO QVINTO *Opuſculorum.*

Et ſibi fræna dedit, ſed quæ natura requirit;
Lege maritali amplexu contentus in vno.

Rex Sigebertus legitimè ductâ Brunechilde.

-Nec nocte ſopora
Cordis erat requies, oculis animoq; recurrens
Ad vultus quos pinxit amor.

Cogitans de Brunechilde.

Qui genus à proauis longo tenet ordine Regum, Et Reges geniturus erit.

Primogenitus in Regiâ familiâ.

-Cui de patre virtus,
Quamuis parta tamen. *Fortis à patre & de ſe.*

Qui ſibi cenſura eſt, reliquos bene lege coërcet. *Rex ſe primùm emendans.*

Lactea cui facies incerta rubore coruſcat.

Candida, & rubicunda.

Qui jure eſt dominus, ſed pietate pater.

Rex facilis.

Ordine qui ſenior, ſit pietate prior.

Maior natu ſit melior.

Vnius in vultu viuit vterque parens.
Quas habuere ambo laudes, tu colligis vnus,
Et reparas ſolus, lege fauente, duos.

Refers vultu, & moribus vtrumque parentem.

Qui portum in proprio pectore ſemper habes. *Semper tranquillus.*

Et res clauſa aliis eſt manifeſta tibi.
Solertiſſimus.

Deus-

Et Dominum ſeruet, quem dedit eſſe patrem.
Optimum Principem.

Peruenit ad Chriſtum, quidquid largiris egeno;
Quas bene diſpergis; has bene condis opes.

Semina nunc fundes, mox meliora metes.
Eleemoſina datur Deo, & nunquam perit.

Hîc latet ars foueæ, quam putat eſſe viam.
Via inſidioſa.

Qui nihil indulget, ſæuiùs hoſte nocet.
Amicus omnia negans aut ad viuum reſecans.

Solamenque mei ſit mora ſola mali.
Differt tantiſper pœnam meam.

Nec te ferre ſinu, quanquam ſis adulta grauarer,
Et mihi dulce nimis, & leue pondus eris.
Iam grandis filia.

Plorans perdam oculos, duces mea lumina tecum:
Si tota ire vetor, pars mea te ſequitur.
Cùm abibit à me filia.

Vrbs pia plus fueras, ſi murus tota fuiſſes.
Vtinam vrbs careret portis.

Inque loco proprio ciuis, & exul ero.
Amiſſâ filiâ.

Atque ſuper pluuias exit acutus apex.
Mons editiſſimus.

Quo neque vel piſcem læuis arena tegit.
Ligeris fluuius lympidiſſimus.

De cultore trahit mellitum planta ſaporem.
Arbores à Rege ſatæ.

Corde niger, fumo ſparſus, fuligine tinctus,

Et cuius facies cacabus alter erat.

Coquus turpi facie.

Eſt nec parua quidem, quam dat amator opem. *Auxilium ex animo.*

Altera ſigniferi reuolutis menſibus anni,
Solis anhelantes orbita laſſat equos.

Duo anni effluxerunt.

Cur mea diſcedens rapuiſti lumina tecum?
Et modò nil ſine te cerno patente die.

Amicus amico abſenti.

Et dextram innocuam vena ſoluta ligat.

Mihi aperta eſt vena.

Et venis huc animæ pars mediata meæ.

Amicus.

Non vetat ire animum, quò vetat ire gradum. *Fluuius me non impediet.*

EX LIBRO SEXTO *Opuſculorum.*

Et micat interior lux imitata diem.

Homo perſpicax.

Iudicium Regis fallere nemo poteſt.
Elegit ſapiens ſapientem.

Sigebertus Gogonem.

Et Domini mores, ſerue benigne, refers.

Imitaris Regem tuum.

Hæc bona ſi taceam, te noſtra ſilentia laudant.

Non indiges laudibus meis.

Teſte loquor populo, crimine liber ero.

Quod loquor, loquuntur omnes.

Et modò plus veſter, quàm meus eſſe velim.

Volo tibi amicus eſſe.

Iuſtitiam pauper nunquam te judice perdit;
Nil perſona capit, ſi ſua cauſa neget.

Æquus iudex.

Talis in ingenio, qualis in ore nitor.

Pulchra animo, & corpore.

Deſpiciamque lyram ſi tua lingua ſonet.
Dulciùs lyra loqueris.
Sed merito gnatæ creuit honore pater.
Filia patris ſui gloria.
Quidquid corde capis, prodere lingua poteſt.
Vir eloquens.
Pro Duce felici flumina bella gerunt.
Dum hauriunt hoſtes vorticibus ſuis.
Sepoſitis epulis ſunt tua verba dapes.
Condis ſermone tua conuiuia.
Longiùs expoſitâ linguâ canis ora flagellat.
Canis ſitiens.
Theſauros pietatis habens pretioſa voluntas.
Multa tibi deſidero.
Diuitias quas mundus habet, mens aurea vincit. *Bona voluntas diuitijs potior.*
Materiâ vincòr, eſt quia lingua minor.
Non poſſum ſatis te laudare.
Et labor vnius fit populoſa ſeges.
Labore tuo multis quietem paris.
Legibus hinc iudex, hinc bonitate patens.
Iuſtus, & mitis.
An quantùm ex oculo, tantùm tibi corde recedo,
Et tam longè animo, quàm ſumus ambo loco.
Abſentem faciunt quem loca, ſed animus.
Obliuiſceris mei abſentis.
Intra ſe loquitur pectore clauſus amor.
Amor vicinitatem negligit.
Ac ſi colle tumens diſcus onuſtus erat.
Vn pille de perdrix.
Et de natorum prole voceris anus.
Nati natorum tibi ſint.
Vt iuuenem Regem, redderet eſſe ſenem.

Faceret prudentem.

Mutati Reges, vos non mutaſtis honores,
Succeſſorque tuus tu tibi dignus eras.
Seruaſti dignitates tuas, ſub diuerſis Regibus.
Sic tuus ordo fuit ſemper maiora mereri,
Vitaque tam ſenior, quàm tibi creuit honor.
Semper creuerunt honores tui.
Nam pro laude mori, viuere ſemper erit.
Mors honeſta, mors non eſt.
Et fratris ſpeciem fratris imago dedit.
Frater mihi repræſentat fratrem.

EX LIBRO SEPTIMO *Opuſculorum.*

Nunc terit obſequio planta modeſta lutum.
Elle va à pied.
Paupertate potens, & ſolo libera voto.
S. Radegundis Deo ſe conſecrans.
Nil graue, ſed leue fit, quidquid amore feras.
Amor difficultates tollit.
Hanc Deus ingrediens, hominis quæ neſciit vſum. *Maria Virgo.*
Non nuptura homini, ſic ſed amata Deo.
Eſto virgo.
Et ſaturas foliis, hinc odor, inde decor.
Viola
Totaque lux agri, flore cadente, perit.
Hyeme.
Abſtuleras tecum, reuocas mea gaudia tecum.
Cùm ſe recluderet S. Radegundis.
Feruor eram totus, triſtis rogus, igne caminus,
Febris & in febri ſtabat operta petens.
Laborabam ardenti febre interruptâ.

EX LIBRO OCTAVO *Opuſculorum.*

Tu genus ornaſti, te genus ornat aui.
Tu nobilis illuſtras proſapiam tuam.
Curris & illud iter, quod rota Solis agit.

Cognitus es toti Mundo.

Vltima quæ fuerat, ſit tibi prima dies.

Ex miſerrimo factus fortunatiſſimus.

Aſpera non nocuit, ſed ſors te dura probauit.

Aduersâ fortunâ factus es tantùm melior.

Et belli artificem te labor ipſe facit.

Peritum Ducem.

Conjuge cum propriâ, quæ Regnum moribus ornat. *Excellens Regina.*

Et Regina ſuo facta corona viro.

Fredegundis.

Hoc quoque quod ſuperor, ſit tibi major honor. *Quia non poſſum te celebrare.*

Quem leuis Arca tulit, nunc grauis vrna premit. *Noëmus mortuus eſt.*

Ionaſque beatus

Viuens ſub pelago, ſtat modo preſſus humo.

Mortuus eſt Ionas, qui vixerat in mari.

Quis rogo non moritur, mortem guſtante ſalute?

Dum pro me voluit & mea vita mori.

Mori debeo, ſi Chriſtus mortuus eſt.

Naſcimur æquales, morimurque æqualiter omnes

Æquales ſunt omnes initio, & fine vitæ.

Quod nemo immutat, vel ratione feras.

Ferendum eſt, quod mutari non poteſt.

Fœmina bis felix, pia mater Machabæorum.

Quæ filios bis genuit Terræ, & Cœlo.

Oſtenſus terris, mox quoque rapte polis.

Puer mortuus.

Et ſatias alios, ſubtrahis vnde tibi.

Parſimonia tua populum nutrit.

Felix cui Chriſtus debitor inde manet.

Eleemoſinarius.

Qui potuiſti oculos tactu reuocare ſepultos,
Rurſus & in vacuâ fronte referre diem.

Illuminare cæcum.

Tu Leuita ſacer flammâ purgate fideli.

Laurentius in craticula.

Te tutorem alij, nutritoremque fatentur,
Et fit certamen de pietate tuâ.

Diſputant quæ in te virtutes præualeant.

EX LIBRO NONO *Opuſculorum.*

Quò natura negat, crux facit ire viam.

Crucis ſigno pinus reflectit caſum ſuum.

O vox ſancta loqui defuncta cadauera cogens!
Cui poſt fata jacens dat ſua verba cinis.

Cruciarius, cultus vt martyr, juſſus loqui poſt mortem.

Nunc placet aula decens patulis oculata feneſtris. *Vne Egliſe fort claire.*
Ductaque quæ fucis viuere membra putes.

Egregia pictura.

Aſpera mellitos pariunt ibi ſaxa racemos,
Et colle in ſterili fertilis vua placet.

Vites inter ſaxa conſita.

Vuas
Rupibus appenſas pendet & ipſe legens.

Vinitor ſuſpendit ſe ex ſaxis, vt racemos legat.

Salubres
Non ferro artifices, ſed medicante fide.

Coſmas, & Damianus.

Cùm videam citharæ cantare loquacia ligna.

Vn Luth.

Si rapidis oculis te ſemper, amice, viderem:
Si quoque vix auidum me ſatiaret amor.

Ie ne vous ſçaurois aſſez voir.

Da, ſic Chriſtus erit tibi theſaurarius inde.

Quod das pauperi, ſeruat Deus.

Ante Comes meritò, quàm datus eſſet honor.

Omnium judicio dignus.

Famaque quod meruit, Regia lingua dedit.

Fecit Rex quod optabant omnes

De tyrone duces, venit & de milite Princeps.

Ex paruis, magni fiunt.

Ex Libro decimo *Opuſculorum.*

Cùm te non video, ſunt mihi cuncta parum.

Tu mihi es inſtar omnium.

Hanc tibi non vterus natam, ſed gratia fecit.

Religioſa ſub Abbatiſſâ.

Mater honore mihi, ſoror autem dulcis amore. *Epiſcopus ad Abbatiſſam.*

Paſcunt membra dapes, animum dilectio nutrit. *Amor cibus eſt.*

Quod præſumpſit amor, ſit veniale mihi.

Erraui ex amore.

-Apud omnes ſemper amantes
Muneribus paruis gratia maior ineſt.

Amor non reſpicit munus, ſed cor.

Terra jacet cruſtata gelu ſub cortice duro.

Terra gelata eſt.

Proflua cruſtatum ſtrinxerunt flumina murum,
Et denſata grauem veſtiit vnda cutem.

Fluuij glacie concreti.

COLVMBANVS.

Ex Epistola.

Vilius argentum eſt auro, virtutibus aurum.

Virtus pretioſiſſima eſt.

Sic baculo nitens artus ſuſtentat aniles. *Senex.*

Indiget inter opes, nec habet quod habere videtur. *Auarus eget.*

-Dum ſeſe neſcit amare,
Plus amat hæredem, ſeruat cui cuncta fidelis.
Auarus non ſe amat, ſed haredem ſuum.
Nec molles cumulat tinearum ad pabula veſtes. *Veſtes corrodit tinea.*
Nudi naſcuntur, nudos quos terra receptat.
Nudi naſcimur, & morimur.

EVGENIVS IVNIOR, ſeu SECVNDVS TOLETANVS ARCHIEPISCOPVS.

Ex Opuſculis.

Crimine nec lædam quemquam, nec crimine lædar. *Nulli noceam, nemo mihi.*
Nulla febris hominum major, quàm viteus humor. Immodicè ſumptus.
Ebrietas morbus eſt.
Perdens eloquium, profundit ſemilatratum.
Ebrius ſimilis beſtiæ.
Qui cupit ergo ſuam doctrinis creſcere mentem, Caſtiget ventrem.
Sobrietas doctrinæ mater.
Reddit & incolumem lepra repulſa cutem.
Sanatur leproſus.
Non ſpirat pulmo flabris vitalibus auras.
Senex anhelus.
Iamque meo vultum corde periſſe tuum.
Me tui oblitum eſſe.
Spem quoque frugum populat niuoſis
Grando lapillis. *Grando fruges lapidat.*
Et culex mordax, oliduſque cimex.
Des pulces & des punaiſes.
Nec pretium redimit Reges, nec fletus egentes.
Omnes moriuntur.

DREPANIVS FLORVS.

Ex Pſalmo 22.

Lætitiæ largo caput aſpergatur oliuo.

Lætitia ſpirituali perfundatur.

Ex Pſalmo 26.

Lux mihi pura Deus, Deus eſt mihi viuida virtus,
Nec tenebras igitur, nec mortis jura verebor.

Deus eſt mea ſcientia, & virtus.

Qui lingua & ore ſubdolo
Pacem loquuntur proximo,
Dirum ſed altis contegunt,
Bellum feri præcordiis.

Linguâ amici, factis hoſtes.

Ex Hymno Trium Puerorum.

Hunc gelido fulgens collaudet lumine Luna.

Luna Deum laudet.

Et glacies cruſtis vertens immanibus vndas.

Congelans aquas.

Atque niues denſo velantes vellere terras.

Qui dat niuem ſicut lanam.

Et colles humili ſpectantes ſidera collo.

Humiliores tumores.

Vimq; ſuam oblitus ſanctos non læderet ignis.

Tres pueri in camino innoxij.

Ex Hymno ad S. Michaëlem.

Subrueretque piis impia ſepta tubis.

Muros Hiericontinos euerteret.

Quas ſancto impaſtus fuderat ore preces.

Orans, & jejunans

Ex Carmine de Cereo Paſchali.

Et quidquid Cæli tegit aureus vmbo.

Quidquid ſub Cælo eſt.

-Verrenteſque æquora venti.

Regnantes in mari.

-Quem contra tuentem,
Et tibi conſortem Verbo genitore creaſti.

Filius tuus. Errat in hac voce creaſti.

Intacto prægnans vtero dedit innuba mater.

Maria.

Cera domus mellis. *In qua ſeruantur mella.*
Vertetur Cælum, vertentur menſibus anni
Semper honos, nomenque tuum, laudeſque canentur. *Laudabitur ſemper Chriſtus.*

Ex Paraneſi ad Moduinum Epiſcopum Auguſtodunenſem.

Fulſiſſetque omni vertice lingua rubens.

Spiritus Sanctus in linguis igneis.

Et lætante animâ, vix mea lingua ſilet.

Gaudium me tacere vetat.

Atque ſacram ſternens veſte nitente viam
Quâ Dominũ portans manſuetæ pullus Aſellæ
Poneret innocuos molliter ille pedes.

Chriſto ſternuntur veſtes

Legiferum nobis monſtrat, & ipſe ſenem
Flammea cornuto vibrantem lumina vultu.

Moſem, cujus fuit cornuta facies.

Ex Euchariſtico Carmine.

Palmite cum læto gemmeus exit honor.

Cum gemmæ apparent in vite.

Lumine qui captus, mente ſerenus erat.

Tobias cæcus, & patiens.

Ex Carmine ad Vulſinum Grammaticum.

Vt ſpecimen cordis pagina pulchra daret.

Epiſtola pulchrè exarata.

Et metus ille meus re manifeſtus adeſt.

Video me prudenter timuiſſe.
Sermo ligat mentes, permulcet pectora ſermo.
Allocutione naſcitur, & fouetur amor.

PETRVS COLLATIVS APOLLONIVS,
Presbyter Nouarienſis.

DE EXCIDIO HIEROSOLYMÆ.
Ex Libro primo.

Non intellecto, Mundo comparuit, ortu.
Natus Chriſtus.
Namq; aliis vinctæ ſoluens retinacula linguæ,
Promere verba dabat. *Mutos faciebat loqui.*
- Soloque jubentis
Imperio properant damnati currere greſſus.
Claudi ambulant.
Quin & corporibus, mirum! rediere ſolutæ
Et rurſum membris animæ fudere calorem.
Mortui ſuſcitati.
Ex quò præſertim quartâ confectus in vmbrâ,
Iamque fluens, nigro reuocatur Lazarus Orco.
Lazarus quatriduanus ſuſcitatus.
Vnius voſmet ſeruate cruore.
Expedit vt vnus moriatur.
- Chriſtus ſublimis in auras
Ceſſerat, & Patris ſolium commune tenebat.
Chriſtus receptus Cælo.
- Nec ferrea corda moueri Cunctando.
Patientia.
Poſſe tuum, quodcumque velis. *Omnipotens.*
- Et dira flagella,
Per noctem laſſis tortoribus,
Tota nocte flagellatus.
- Fuit hic nobis, hic ſarcina menſes

Grata nouem. *Tuli in aluo 9. menſibus.*
Pœna aliis, tortorque ſuus.
Lucifer in Inferis.
- Quos omnes fumida nubes
Circumfuſa, ſacerque tenens depaſcitur ignis,
Æternis alimenta rogis. *Damnati in Inferis.*
- Toties, quot Cynthius ortus
Occaſuſque dedit per bis ſex ſigna volutus.
Totò anno.
Ianua - Ære graui ſolidoque rigens, quæ brachia poſſet
Bis duplicata decem conatu ludere vano
Furarique hominum niſus. *Aliàs* Fruſtrari.
Decem, aut viginti homines.
- Non Cantica doctis
Per gyrum miſcere modis. *On ne danſe plus.*
Vt primùm hiberno torpentia frigore mouit
Cornua Phryxeus Vector ſenſitque calorem.
Primo Vere.
- Mors ſæua vtrimque vagatur.
Multi vtrimque caſi.
EX LIBRO SECVNDO.
- Namque audenti res ardua nulla eſt.
Nihil difficile audacibus.
- Tum lumina ſparſis
Viua micant jam nulla locis.
Ignes rari jam lucent.
- Paulùm furor ille reſedit Prodigus.
Primus pugnæ ardor.
- Rabies at poſtquam tertia junctos
Conſeruit, legitque virum, vir feruidus ira.
Tertiò certamen repetitum.
Exceſſit mors dira modum. *Terribilis cædes.*
- Se communi pars vtraque damno
Metitur, tutamque putat.

Ob cladem vtrimque acceptam.

Quàm dare captiuâ collum venale ſub haſtâ.

Captiuus fieri.

- Nec ponere charis
Sepoſito vacat igne rogũ, collecta cremantur
Corpora. *Simul cremantur caſi.*
- Nec quidquam eſt hominum, quod cernere poſſis. *Penitus redacti in cineres.*
Ille petens arcu delectum tardior hoſtem
Stridentem pennam ſenſit prior.

Præuenitur ſagitta.

- Cunctiſque pericula vires
Vltima ſufficiunt *Ex periculo fiunt fortes.*
Nam cohibet preſſis animam fera callida labris. *Il ne ſouffle point.*

EX LIBRO TERTIO.

- Creduntque inſtante pauore,
Et fingente magis. *Timor majora fingit.*
Iuuentus - Naufragio ſalſos noctu bibit obruta fluctus. *Submerſi una nocte* 4200.
Captiuique gregis turbæ, par defuit emptor.

Innumeri captiui.

Iamque fugans hoſtem, fugit hoſtis -

Victor vincitur.

Aduerſos caſus qui ſuſtinet, omnia vincit.

Qui non cedit fortunæ.

Crudelemque facit feritas conſpecta Quiritem.
Dum vident matres jugulare filios, & projicere.
- Donec qui vulnera ferrent
Iam deêſſent, jugulumque manus non inuenit vllum. *Donec nulli ſuperſint.*
- Tot funera victor
Horruit, & ſerâ pietas ſe mente recepit.

Titus aſpectu cædis commotus eſt.

- Nullum hæc tibi membra relinquent

Aëra, quem tuto ducas pulmonis hiatu.
Corrumpetur aër tot cadaueribus.
Non domini votũ tamen expleturus iniquum,
Ægypto celante Deum.
Chriſtus Herodis furorem declinauit.
Cæſaream ſubigit, priſcum cui nomen ademit
Herodes, fruſtra Auguſti blanditus honori.
Cæſarea ab Herode dicta.
Concipit oppreſſis Solymam ſuperaddere membris. *Captis vrbibus Iudææ.*
- Dum ſumma poteſtas
Nutaret, ſceptrumque Vrbi fortuna pararet.
Dum nullus imperaret, cæſo Nerone.
- Ter ſubdola faſces
Auguſtos fortuna nouat.
Tres jam imperarunt.
- Dominum te maximus Orbis,
Et tua depoſcit probitas.
Veſpaſianus dignus Imperio.
Nec pronos animos populi ſeruire volentis
Aſpernare tibi. *Accipe tibi oblatum Imperium.*
Prodiga multiplicis ructantem fercula cœnæ
Inferias miſero confoſſum miſit Othoni.
Vitellius guloſus interfectus eſt.
- Magnâ ceciderunt parte ſuperbæ
Vrbis opes, proſtat informi robore truncus
Deciſis coram ramis, jamjamque ſecurim
Illa timet. *Supereſt Solyma deſtituta.*
- Sed fraudis metus ille fuit.
Stratagema.
Feruidus inſultat ſonipes, atque ore cruento
Pandit iter. *Equus ſibi viam facit.*
- Nàm qui vitauerat enſem
Exanimus medio jacuit preſſante tumultu.
Oppreſſus in turba extinctus eſt.

- Iam cæca ferebant
Vulnera, reddebantque ſimul.

Puluere omnia complente.

EX LIBRO QVARTO.

- Cereris dat munera campus,
Qui nemus ante fuit. *Vbi ſylua erat, fit ager.*
- Calidum potura cruorem
Rurſus hians tellus os inſatiabile pandit.

Multi caduntur.

- Vndat vtrimque
Sanguine nigranti tellus, miſcetque Latinum
Barbarico. *Vtrimque fit cędes.*
Emiſſæ Cælum texere ſagittæ.

Nubes telorum.

Atque ictum metus anteuenit.

Stridor ſagittę precedit ictum.

- Quàm cum penetrauit viſcera terræ
Ventus, & ad crepitum Siculis habitator in oris Tecta piger linquit.

Ventus incluſus terris in Sicilia.

- Populos domitare ſuperbos
Nulla magis vindicta poteſt, ciuilia ſecum
Quàm ſi bella gerant.

Ciuile bellum vltimum malorum.

- Optantque domeſtica tantùm
Prælia, vicino gaudet plus ſanguine Mauors.

Ciues inter ſe pugnant.

- Compreſſaque corpora, plures
Quàm percuſſa dabant mortes.

Compreſſi necabantur.

- Preſſóque è gutture fruſtum
Semeſum detraxit atrox violentia multis.

On leur arrache le morceau de la bouche.

Quid ſortem excuſas, laniandiſque oſcula membris Imprimis?

Mater necatura filium.

- Seruatâ parte parumper
Securam vis eſſe famem.

Partem occulit ſi'ij mater.

Sumite quæ reſtant ſceleratæ viſcera matri,
Cætera qui peperit venter tenet: hos ego fudi,
Hos regerã artus infelix : mihi demite partem
Criminis. *Ita mater ad pradones.*
Et extremis ſingultibus exhalantes
Vitam. *Morientes.*
- Superabat copia lethi
Tanta rogos,nec jam congeſta cadauera foſſas
Accipiunt. *Nulla ſepulchri cura.*
Quique ſolet vitam dare ſpiritus, ille premebat. *Peſtilens aër.*
Carpitur igne Iouis, quercuſque è ſulphure ſacro Soluitur in cineres.

Quercus tacta de Cælo.

Et nihil eſt miſeris violentius.

Deſperati timendi ſunt.

- Major cui ſpiritus artus
Implerat paruos. *Vir paruus, ſed animoſus.*
- Dum cruda manus vitalibus hærens
Quærit opes , latebraſque alui percurrit in omnes.

Iudai fugitiui exenterantur, ob aurum voratũ.

Super ardua muri Scandit hiantis-

Il monte à la breſche.

- Inuaſerat arcem Perfugium belli.

Quò ſe recipiebant vrbe capta.

- Mouit preſſum vox illa pudorem,
Detinuitque fugam. *Les empeſcha de fuir.*
- Et quod Iudæa colebat
Gentibus ignotũ numen, nullique videndum.

Deus Iudaorum non videtur.

-Accenſo penetrauit lancea ferro,
Secum alimenta trahens, patulâque excepta feneſtrâ
Interiore loco (ſic fors dabat) arida carpſit,
Fomentis adjuta ſuis.
Vne lance à feu bruſle le Temple.
Accipe ſancte chelyn Vatum Pater, hactenus vſos
Muneribus nos eſſe tuis non gratia parua eſt.
Vti tuis gratijs gratia eſt.

THEODVLPHVS EPISCOPVS AVRELIANENSIS.

EX LIBRO PRIMO *ad Iudices.*

Exemplo, & verbis norma ſalutis erat.
Moſes.
Maternis Samuel natus votiſque, fideque.
Impetratus ab Anna matre.
Et Synodus clerum, Lex regit alma forum.
Iuſtitia Eccleſiaſtica, & Ciuilis.
Quaſque leuant colles, aut vallis ſtrangulat ima. *Vrbes ſita in collibus, & vallibus.*
Effigieſque perit attenuata vetus.
Obliterata imagines.
Perdit & Antæus dura inter brachia vitam.
Suffocatur ab Hercule.
Non ego quorumdam diffundo crimen in omnes,
Cuique ſit ex merito lauſque, pudorque ſuo.
Non culpo omnes, ſed nocentes.
Sic & habere cupit, quò mage quiſquis habet. *Cupiditas numquam expletur.*
-Nimiis epulis, ſomnoque ſepultus
Corporis, atque animæ vim ſibi demit hebes.

Somnus & cibi nimij vires adimunt.

Mens bene cuncta regit, quam Deus ipſe regit. *Princeps animatus Deo.*

Corpus enim fuluo quod nunc accingitur auro, &c.

Proh dolor! intectum veſte premetur humo.

Sepelietur aliquando tuum corpus.

Vixque domus tibimet corpore maior erit.

Vne foſſe de ſix pieds.

Nam tua ſi quid eris meditatio ſedula tractet,

Rariùs, aut nullis inficiere malis.

Cogita extrema, rarò peccabis.

Parte eris & viues mox meliore tui.

Beata erit anima tua.

Pauper & inuento me patre tutus erat.

Pauperum fui pater.

Pars hæc te patrem nouerit, illa virum.

Pupillum, & viduam fouebis.

Qui timet, huic vires; qui furit, adde metum.

Timidum foue, audacem reprime.

- Regina peregit

Inſontem, vt premeret ſaxea grando virum.

Iezabel curauit lapidari Nabod.

Quærantur teſtes, vt cauſæ nubila demant.

Ad cognoſcendam veritatem.

O merces! merces! mercede nocentior omni,

Dantem, & captantem, quæ necat vna duos.

Teſtis emptus pecunia.

Non jus crudelem, non det miſeratio ſegnem.

Seueriorem, aut faciliorem.

Vtilis eſt hæc nex, quæ mala plura vetat.

Mors ſcelerati.

Pauperibus quicumque præes, mitiſſimus eſto;

Teque his naturâ noueris eſſe patrem.

Ama pauperes.

Horum te ſudor, horum ſolatia ditant:
Creſcit & hinc maior, deficit vnde minor.
Diues Rex de labore ſubditorum.
Incipit & nomen legis habere furor.
Quodque miſer perdit, perhibetur pèrdere juſtè,
Quodque rapit diues, tollere jure putat.
Iuſtè ſe agere putant.
Hæc inopi facito, quod facis ipſe Deo.
Eſto miſericors inopi, vt tibi Deus.

Ex Libro secvndo.

Cantio- Pſalmorum Lyrici, quos ſtatuere pedes. *Pſalmi Dauidici.*
-Pauli ſcripta ſequuntur
Quæ Orbi miſit ouis, qui fuit ante lupus.
Paulus conuerſus.
Tuque aliorum actus, corrigat illa tuos.
Scriptura.
Semita ſic cæſo dumoſæ robore ſyluæ
Dum teritur, crebro fit via lata pede.
Via per ſyluam ducta.
Quæ canis & facito, quæ facis ipſa cane.
Verba operibus reſpondeant.
Quo dormit pia turba vide, quo ſuſcipit eſcas, &c. *Vide omnes partes Monaſterij.*

Ex Libro tertio.

Felix qui potis es, ſemper adeſſe tibi.
Animo præſenti.
Eſtque humilis fidei, qui fuit ante ferox.
Hunni Chriſtiani.
Ingenuaſque artes mentis in arce locat.
Studet artibus liberalibus.
Et pede Vulcanum, voce Iouem referat.
Claudus bona verba portans.
Cui ſit poſſe procul, jam quia velle prope

eſt. *Nihil poſſit, cùm volet nocere.*
Quem cùm dira dies non exhibitura ſequentem Eripuit viuis. *Vita dies vltimus.*
Se fallax vitas jactat habere nouem.
Vixiſſe diu.
Ex tribus his truncis non fiet vnus homo.
Ex tribus Eunuchis.
Sit tibi larga manus. *Eſto liberalis.*
Corpore pulchra manes, mente es ſed pulchrior ipſa.
Pulchra es verborũ ſenſu, ſed pulchrior actu:
Tu tamen es victrix ſola, in vtroque tui.
Abſolutiſſima Regina.
Arma es Pontificum, ſpes & defenſio Cleri.
Rex tutor Eccleſiæ.
- Dare, res, mihi credito, pulchra eſt.
Benefacere.
EX LIBRO QVARTO.
Somnus habet geminas, referunt vt carmina, portas;
Altera vera gerit, altera falſa refert.
Cornea vera trahit, producit eburnea falſa:
Vera vident oculi, falſa per ora meant.
Cur duæ ſomni portæ, cornea, & eburnea.
- Senſus Dialectica mater.
Per quam rectè ſentimus.
E quibus extremæ gemino ſunt frigore preſſæ,
Torrida per medium temperat vna duas.
Quinque zonæ.
Rem magnam in paruo corpore noſſe dabis.
Orbis depictus in tabula.
Pars amet iſta patrem, vt illa paueſcat herum. *Ament te boni, timeant mali.*
Sit tibi larga manus, placidum cor, dulcia verba. *Dotes Epiſcopi.*

-Me viuere dičes
Vitâ, quâ melior mors bona fortè foret.
Vita exulis.
Frater pars animi portio magna mei.
Alter ipſe.
-Caligas dum tua Sarta timet.
Fluuius exſiccatus.

Hunc librum claudit Elegia Modoïni Epiſcopi Æduenſis, in qua nihil obſeruatu dignum, omnia vulgaria.

EX LIBRO QVINTO.

-Noë, ſpes Orbis, pater atque ſecundus,
Qui vixit multas inclytus inter aquas.
Incluſus Arca.
Mors dilata illi, non ſit adempta tamen.
Helias.
Ne moriatur, habet Ionas vitale ſepulchtum.
Incluſus ventre piſcis.
Deſtitit & dominus, deſtitit eſſe pater.
Perdidit ſeruos, & liberos.
Deſtruit hoc actu, quod ſtruit oris ope:
Atque aliis viuens, mortuus ipſe ſibi eſt.
Benè dicit, & malè agit.
Expectatque pios dextra, ſiniſtra reos.
Mali ad lauam, boni ad dextram.
Non opus heu! ſed opes; nec onus, ſed honor placet illi;
Et bene iuncta ſecans, hæc tenet, illa iacit.
Dici & Paſtores, non tamen eſſe volunt.
Mali Epiſcopi.
Nec quàm celſus honos, ſed graue quàm ſit onus. *Bonus Epiſcopus conſiderat.*

EX LIBRO SEXTO.

Aruaque Riphæo ſemper amicta gelu.
Scythia.

Et

Et gens ſi qua ortus conſcia, Nile, tui eſt.

Ignota origo Nili.

Quid juuat aurito lyra ſi perſultet Aſello?
Cornigero aut lituus ſi ſtrepat arte boui?

Aſinum non mouet lyra, nec bouem tuba.

Quæ mirari omnes, noſcere nemo valet.

Dei prouidentia.

Plorare vt nequeant, cupiunt plorare videri,
Fallaci incultas imbre rigante genas.

Affectant lacrymas.

Plus cerni hi ſancti, quam tamen eſſe volunt.
Hi bona iactanter peragunt, mala multa latenter:
Iſta placent hominum viſibus, illa Dei.

Hypocrita.

Pauperibus pateat, Præſul, tua janua ſemper,
Cum miſeris Chriſtus intrat & ipſe ſimul.

Ianua Epiſcopi patere debet inopi.

HINCMARVS SENIOR ARCHIEPISCOPVS RHEMENSIS.

In eius fragmento, quod proponit Iacobus Sirmondus, nihil eſt quod à reliquis ſecerni mereatur.

GERBERTVS

Archiepiſcopus Rhemenſis & Rauennas, qui poſtea Syluester II. Papa.

De Boëthio.

Tu pater, & patriæ lumen, Seuerine Boëthi,
Infundis lumen ſtudiis, & cedere neſcis
Græcorum ingeniis, ſed mens diuina coërcet
Imperium mundi. *Laus magni Boëthij.*

DE STATVA MARMOREA.

Hinc radios Sol ipſe capit, quos huic dare
poſſit;
Altera marmoribus creditur eſſe dies.
Statua ex marmore lucidiſſima.

S. FVLBERTVS CARNOTENSIS EPISCOPVS.

Sicut ſpina roſam, genuit Iudæa Mariam:
Vt vitium virtus operiret, gratia culpam.
Beata Virgo.

Probra cauet, vel flagra timens, vel præmia
captans.
Fugit peccatum ob pœnam, vel pramium.

Ingenij validi puerum
Animo facilem, ſpecie nitidum.
S. Caraunus puer perfectus.

Prædo manum cohibet furcæ memor-
Ex metu abſtinet.
-Et latrone coram
Inermis altè præcinit viator. *Via ſunt ſecura.*
Gaudet lancea, falx; gaudet ſpata, deuenire
vomer. *Pax regnat.*
Pax ditat imos, pauperat ſuperbos.
Nobiles inopes petunt bellum.

Quam deuorarat improbus,
Prædam refudit Tartarus.
Patres è Lymbo erepti.

Soli, Polique patriam
Vnam facit Rempublicam. *In fine mundi.*
Cùm Angelus non potuit,
Vir bonus eſſe didicit.
Ioannes qui fieri volebat Angelus, emendatus.

LIBER SEXTVS.

ACVTE' DICTA LATINÆ POESEOS INCERTÆ.

CAPVT PRIMVM.

ACVTE DICTA POETARVM INCERTI TEMPORIS.

PVLEX.

CVm mea me genitrix grauidâ geſtaret in aluo,
Quid pareret fertur conſuluiſſe Deos.
Mas eſt, Phœbus ait; Mars fœmina; Iunoque neutrum:
Cumque forem natus, Hermaphroditus eram.
Quærenti lethum, Dea ſic ait, occidet armis;

Mars, cruce; Phœbus, aquis; ſors rata quemque fuit.
Arbor obumbrat aquas, aſcendo, decidit enſis
Quem tuleram, caſu labor & ipſe ſuper.
Pes hæſit ramis, caput incidit amne; tulique,
Fœmina, vir, neutrum; flumina, tela, crucem.
De Hermaphroditi morte triplicis generis.

PALLADIVS RVTILIVS TAVRVS ÆMILIANVS VIR ILLVSTRIS.

De inſitione.

Sed thalami ſpecie felices jungere ſyluas,
Vt ſoboli mixtus creſcat vtrimque decor:
Fœderibus blandis dulces confundere ſuccos.
Inſerere arbores in ſe inuicem.
Cur non arbor inops pingueſcat ab hoſpite gemmâ,
Et decus externi floris adepta, micet.
Vn bon fruit enté ſur vn ſauuageon.
Aut noua diſcreto figuntur germina libro.
Enter en écuſſon.
Aut virides oculos extremi gemma tumoris
Accipit, & lento ſtringitur vda ſinu.
Enter en œillet.
Et quæ non nouit munera, ferre docet.
Olea in oleaſtro inſita.
Seque feros ſyluis hortatur linquere mores,
Et partu gaudet nobiliore frui.
Pomi optima inſita ſylueſtribus.
Caſtaneæ prunus iuſſa tenere larem.
Prunus inſita caſtanea.
Et veniunt geminis munera mixta bonis.

Ex diuerſis arboribus ſimul inſitis.
Nutrit, adoptiuis nobilitanda comis.
Accepto alio ramo meliore.

C. IVLIVS SOLINVS POLYHISTOR.

Ex Carmine quod inſcribitur PONTICON.
-Quæ ſemine Cœli,
Parturiente ſalo, diuini germinis æſtu
Naſceris è pelago Dea. *Venus è mari nata.*
-Ne ſtaret inerti Machina mole vacans.
Ne mundus torperet otio.
-Tellurem amplexa reſedit
Ponderibus librata ſuis.
Terra in medio mundi.

ALCINOVS.

De numero Vatum ſi quis ſeponat Homerum,
Proximus à primo, tum Maro primus erit.
At ſi poſt primum Maro ſeponatur Homerum,
Longè erit à primo, quiſque ſecundus erit.
Virgilius proximus Homero, Virgilio, nemo.

SVLPICIVS LVPERCVS SERVASTVS IVNIOR.

DE CVPIDITATE.
Sic quondam Acriſiæ in gremium per clauſtra puellæ,
Corruptore auro fluxit adulterium.
Danaë auro corrupta eſt à Ioue.
Heu! mala paupertas numquam locupletis auari:

Cùm ſtruere immodicè quod tenet, optat, eget. *Semper eget.*
Hoc Cœlo jubeas, vt petat, inde petet.
Sacrilegus erit.
Extantes malâ deficiente genæ.
Ioües enfoncées.

DE QVALITATE TEMPORIS.

Decidens ſcabrum cauat vnda tophum;
Ferreus vomis tenuatus agris
Splendet, attritu digitos honorans
Annulus auro. *Omnia vſu deteruntur.*

PENTADIVS.

DE FORTVNA.

Nate, quod alter ades Cœlo das gaudia Ledæ:
Sed mœret mater, nate, quod alter abeſt.
Caſtorem Pollux alternâ morte redemit.

DE NARCISSO.

Inuenit propriis Narciſſus fontibus ignes;
Et ſua deceptum torret imago virum.
Narciſſus ſe viſum in fonte deperit.

DE STATVA & LVPO *Statuario.*

Æs animumque tuum ſpectas; dic, Romule, verum;
An minus hic pater eſt, quàm lupa mater erat.
Statua area Romuli facta à Lupo Statuario.

DE STATVA NIGRI, *vel Æthiopis.*

Nigrũ nomen habet, nigram ſacrauimus ipſi,
Vt conuenirent forma, metalla ſibi.
Statua Nigri ex nigro marmore.

DE HECTORE.

Qui murus miſeris ciuibus alter eras.
Occubuere ſimul ſpeſq; ſaluſque Phrygum.

Hectore caſo, Troia cecidit.

Quidam volunt hac eſſe Maximiani.

DE NARCISSO.

Narciſſus verò dignus amore puer.

Qui ſe viſum in aquis amauit.

Cernis ab irriguo repetentem gramine ripam;
Vt per quas periit creſcere poſſit aquas.

Cur Narciſſus flos aquas amet.

Se Narciſſus amat captus lenonibus vndis;
Cui ſi tollis aquas, non eſt vbi ſæuiat ignis.

Narciſſus viſum ſe in aquis ardet.

DE COMMODO IMP.

Non erit ille Deus, nec tamen vllus homo.

Vult eſſe Deus; interficitur.

DE OPILIO MACRINO.

Cui imperium infelix eſt, erit ipſe ſibi.

Malè reget Imperium.

DE ORPHEO.

Auſus & ire viam viuentibus inconceſſam,
Pœnarum oblitos demulſit carmine manes.

Orpheus adijt inferos.

FLORIDVS.

Nemo non hæc vera dicit, nemo non contra [facit.
Contemnitur peccatum, & tamen admittitur.
Qui mali ſunt, non fuere matris ex vtero mali:
Sed malos faciunt malorum falſa contubernia.
Les mauuaiſes compagnies les perdent.

VALERIANVS.

DE CICERONIS MORTE.

Quid proſunt ſacræ præſciſa ſilentia linguæ?
Incipient omnes pro Cicerone loqui.

Cicero tacitus, ab omnibus defendetur.

REGIANVS.

DE BAIIS.

Venus

Illa natare lacus cum lampade juſſit amorem;
Dum natat, algentes cecidit ſcintilla per vndas;
Hinc vapor vſſit aquas; quicumque natauit, amauit.

Aquæ Baianæ ad libidinem excitant.

EVPHORBVS CÆLIVS FIRMANVS SYMPHOSIVS.

DE LIVORE.

Intactis vorat oſſibus medullas.
Inuidia tacitum virus.
Vt debet ſibi pœna ſemper ipſe eſt.
Se ipſe excruciat.
Aut tradat Catamitus ipſe Nectar.
Licet miniſtret menſæ Iouis.
Viuit pectore ſub dolente vulnus.
Occultum malum inuidia eſt.

DE FORTVNA.

Hæc aufert iuuenes, & retinet ſenes,
Injuſto arbitrio tempora diuidens.
Iuuenes priùs moriuntur, quàm ſenes.
Quod dignis adimit, tranſit ad impios.
Boni inopes, mali diuites.
Nec quos clarificat, perpetuò fouet;
Nec quos deſeruit, perpetuò premit.
Fortuna inconſtans; modò bona, modò mala.

EX ÆNIGMATIS.

Omnia pæne ingenioſa ſunt; hæc tamen delibauimus.

Corporis extremi non paruum pondus adhæſi;
Ingenitum dicas, ita pondere nemo grauatur:
Vna tamen facies plures habitura figuras.

Annulus cum gemma & ſigillo.

Sunt mihi, ſunt lacrymæ, ſed non eſt cauſa doloris:
Eſt iter ad Cælum, ſed me grauis impedit aër:
Et qui me genuit ſine me non naſcitur ipſe.

Fumus.

Littera me pauit, nec quid ſit littera noui:
In libris vixi, ſed non ſtudioſior inde:
Exedi muſas, nec adhuc tamen ipſa profeci.

Tinea.

Tarda gradu lento, ſpecioſo prædita dorſo:
Docta quidem ſtudio, ſed ſæuo prædita fato:
Viua nihil dixi, quæ ſic modo mortua canto.

Teſtudo.

Parua mihi domus eſt, ſed janua ſemper aperta:
Exiguo ſumptu, furtiua viuo ſaginâ:
Quod mihi nomen ineſt, Romæ quoque Conſul habebat. *Mus.* *Decius Mus.*

Eſt noua noſtrarum cunctis captura ferarum,
Vt ſi quid capias, id tu tibi ferre recuſes;
Et quod non capias, tecũ tamen ipſe reportes.

Pediculi. *Ænigma propoſitum Homero.*

Vita mihi mors eſt; morior ſi cœperò naſci;
Sed priùs eſt fatum lethi, quam lucis origo:
Sic ſolus manes ipſos mihi duco parentes.

Phœnix auis.

Quatuor inſignis pedibus, manibuſque duabus,
Diſſimilis mihi ſum, quia non ſunt vnus, & vnus:
Et vehor, & gradior, quia me mea corpora portant. *Centaurus.*

Grande mihi caput eſt, intus ſunt membra minuta;
Pes vnus ſolus, ſed pes longiſſimus vnus:
Et me ſomnus amat, proprio nec dormio ſomno. *Papauer.*
Mordeo mordentes, vltro non mordeo quenquam:
Sed ſunt mordentem multi mordere parati:
Nemo timet morſum, dentes quia non habeo vllos. *Cepe.* *Vn oignon.*
Ambo ſumus lapides, vnà ſumus, ambo jacemus:
Quàm piger eſt vnus, tantùm non ſegnis it alter:
Hic manet immotus, non deſinit ille moueri.
Mola. *Les deux meules d'vn Moulin.*
Nolo thoro jungi, quamuis placet eſſe maritã:
Nolo virum thalamo: pro me mea nata propago eſt.
Nolo ſepulchra pati: ſcio me ſubmergere terræ. *Vitis.*
Nulla mihi certa eſt, nulla eſt peregrina figura:
Fulgor ineſt intus, radianti luce coruſcus:
Qui nihil oſtendit, niſi ſi quid viderit ante.
Speculum.
Deucalion ego ſum, crudelior hoſpes in vndâ:
Affinis terræ, ſed longè durior illâ:
Littera decedat, volucris quoque nomen habebo. *Lapis. apis.*
Quatuor æquales currunt ex arte ſorores:
Sic quaſi certantes, cum ſit labor omnibus vnus:
Et prope ſunt pariter, nec ſe contingere poſſunt. *Quadriga in quibus rota quatuor.*

Sublatum nihil eſt, nihil eſt extrinſecus auctũ:
Quod fueram non ſum: cœpi quod non erat
eſſe:
Nec tamen inueni quidquid priùs ipſe reliqui.
Acetum ex vino fit.
Terra fui primùm latebris abſcondita diris.
Mox aliud pretium flammæ, nomenque dederunt.
Nec jam terra vocor, licet ex me terra paretur.
Pecunia.
Inter luciferum Cælum, terraſque jacentes
Aëra per medium doctâ meat arte viator:
Semita ſed breuis eſt, pedibus nec ſufficit ipſis.
Funambulus.
Virgo modeſta ſacri legem bene ſeruo pudoris:
Ore procax non ſũ, nec ſum temeraria linguâ:
Vltro nolo loqui, ſed do reſponſa loquenti.
Echo.
Sic totum opus concluditur.
Inſanos inter, ſanum non eſſe neceſſe eſt:
Da veniã, Lector, quod non ſapit ebria Muſa.
Quia hæc ſcripta in Saturnalibus.

PALLADIVS *Grammaticus.*

DE COLVMBIS.
Militis in galeâ nidum fecere Columbæ:
Apparet Marti, quàm ſit amica Venus.
Nidificant Columbæ in galea.

DE EBORE.
Fit moriens ludus, qui fuit ante pauor.
Ex dente Elephantis, fiunt ludi inſtrumenta.

IN LVDIMAGISTRVM.
Iam nomen ludi ritè magiſter habet.
Qui diſcipulos ludere ſinebat.

DE ASINO.

Carminis Iliaci libros conſumpſit Aſellus:
Hoc fatum Troiæ eſt, aut Equus, aut Aſinus.
Iliadem vorans Aſinus.

DE FVNAMBVLO.

Ecce hominis curſus funis, & aura ferunt.
Ambulat in aëre, & fune.

DE PANTOMIMO.

Tot linguæ, quot membra viro: mirabilis ars eſt,
Quæ facit articulos, ore ſilente, loqui.
Homo toto corpore loquens.

DE CITHAROEDO CANENTE.

- Vt dubium ſit,
Vox vtrumne canat, an lyra ſola ſonet.
Simul canens, & pulſans Citharam.

HILASIVS.

DE VIRGILIO.

Subduxit morti viuax imago Maronem:
Sic quem parca tulit, reddit imago virum.
Virgilij imago.

Lucis damna nihil tanto nocuere poëtæ,
Quem præſentat honos carminis, & plutei.
Virgilius honoratus ſtatua in bibliothecis ob Poëſin.

VOMANVS.

DE LAVDIBVS HORTVLI.

Multiſque mixta commodis vtilitas.
Hortus pulcher, & vtilis.

Fœcunda vitis conjuges vlmos gravat.
Vlmi ſuſtinent vites.

MAXIMIANVS.

Cujus ELEGIÆ *hactenus ſub* CORNELII GALLI *nomine prodiurunt.*

EX ELEGIA PRIMA.

Mors eſt jam requies, viuere pœna mihi.
Opto mori.
Lux grauis in luctu, rebus mœſtiſſima lætis;
Quoque omni eſt peius funere, velle mori.
Melancholia, & deſperatio.
Sæpe poëtarum mendacia dulcia finxi,
Et veros titulos, res mihi ficta dedit.
Victor in fabulis edendis.
Occubuit telis præda petita meis.
Bonus jaculator.
Non mihi Solſtitium, non graue frigus erat.
Corpore eram duro, & firmo.
Et rerum dominus nil cupiendo fui.
Contentus paucis.
In te corruimus, tua ſunt quæcumq; fatiſcunt.
Senectus.
Non tamen effugiens, tota latere volens;
Sed magis ex aliquâ cupiebat parte videri,
Lætior hoc multò, quod malè tecta foret.
Puella fingens fugam, & latebras.
Et quod tũ decuit, jam modò crimen habet.
- Res prius apta, nocet.
Amor dedecet ſenes.
En lethæa meam ſubeunt obliuia mentem.
Careo memoria.
En videor formæ mortuus eſſe meæ.
Deformis ſum.
Et lacerant vncæ tabida membra manus.
Vn vieillard galeux.

Exanguis, funereuſque color. *Pallidus.*

Vn viſage de mort.

Ac velut incluſi cæco clauduntur in antro,
Neſcio quid toruum, vel furiale vident.

Oculi recedentes. Des yeux enfoncez.

Iam pauor eſt vidiſſe ſenem, nec credere poſſis
Hunc hominem. *Ie fais peur.*

Si libros repeto, duplex ſe littera findit;
Largior occurrit pagina nota mihi.

Oculus ſenis caligat.

Eripitur ſine nocte dies caligine cæcâ.

Ie ne vois plus goutte.

Cogimur à gratis animum ſuſpendere curis:
Atque vt viuamus, viuere deſiimus.

Ab omnibus abſtinere cogimur.

Ipſa quibus regimur nunc alimenta grauant.

Non audeo comedere.

Atque etiam eſt ipſum viuere turpe ſenem.

Non debet tandiu viuere.

Quid mihi diuitiæ, quarum ſi demeris vſum
Quamuis largus opum, ſemper egenus ero.

Diuitiæ niſi vtaris, nihil proſunt.

Efficior cuſtos rerum magis ipſe mearum,
Conſeruans aliis, quæ periere mihi.

Sum aliis auarus.

Stat dubius, tremuluſque ſenex, ſemperque malorum
Credulus, & ſtultus quæ facit, ipſe timet.

Fingit ſibi mala.

Et quod ſit ſapiens, deſipit ipſe magis.

Se vnum ſapere putat.

Deficit auditor, non deficit ipſe loquendo.
O ſolâ fortes garrulitate ſenes!

Senes garruli.

Labitur ex humeris demiſſo corpore veſtis,

Quæque breuis fuerat, jam modò longa mihi eſt. *Curui ſenes.*

Contrahimur, miróq; modo decreſcimus ipſi;
Diminui noſtri corporis oſſa putes.

Senes fiunt breuiores.

- Baculo incumbens ruitura ſenectus
Aſſiduo pigram verbere pulſat humum.

Senes incedunt cum baculo.

Iam pœna eſt totum quod viuimus.

Senectus morbus eſt continuus.

Paulatimque animâ deficiente mori.

Senectus inchoata mors eſt.

Morte mori meliùs, quàm vitā viuere mortis,
Et ſenſus membris ſic ſepelire ſuis.

Senes jam ex parte mortui.

Pœna minor certam ſubitò perferre ruinam,
Quod timeas grauiùs ſuſtinuiſſe diu.

Meliùs eſt citò pœnas dare, quàm expectare.

EX ELEGIA SECVNDA.

Cum quâ mens eadem, res fuit vna mihi.

Quàm multùm amaui.

Nauſeat, & priſcum vomitu ſeu reddat amorem. *Elle crache quand elle me voit.*

- Nihil eſt totum quod viximus.

Effluxere deliciæ.

Nec veteris formæ gratia tota perit.

Reliquiæ pulchritudinis.

Atque in præteritum luxuriantur opus.

Recogitant crimina præterita ſua.

Sit ſatis vt placeam, me placuiſſe priùs.

Cogita quod me amaueris.

- Pietas ſuccedat amori.

Reuerere quem amaſti.

Eſt graue quod doleat commemorare diu.

Sua damna diu enarrare, diſplicet.

EX ELEGIA TERTIA.

Errabat totâ non capienda domo.

Per totam domum diſcurrebat.

Et totâ nullo currere nocte ſono.

Marcher ſans faire bruit.

Sed ſtupor, & macies vocis agebat opus.

Satis oſtendebant me amare.

Cœperunt gnatæ crimen amare ſuæ.

Parentes probauerunt amari filiam ſuam.

Dant vitiis, furtiſque locum.

Donnent des aſſignations.

Vulnera non refugit, res magis apta plagæ.

Vulnera concil:ant amorem.

EX ELEGIA QVARTA.

Et cœpi tacitus vulnera grata pati.

Correptus ſum ejus amore.

Panditur & clauſo ſæpius ore furor.

Amor celari nequit.

- Pallorque, ruborque

Interdum certæ vocis habebat opus.

Prodebam meipſum.

Et quod non poſſum, non potuiſſe juuat.

Gaudeo me non peccaſſe.

Interdum rapimur vitiis, trahimurq; volentes,

Et quæ non cupiunt pectora bruta volunt.

Sępe volumus, quæ nolumus.

EX ELEGIA QVINTA.

Dum ſtudeo geminæ componere fœdera pacis,

Inueni cordis bella nefanda mei.

Pacificator amore correptus ſum.

- Gemitus ſuſpiria, pallorque

Et quidquid nullum fingere poſſe putes.

Nullam credas eſſe fictionem.

Quid referam greſſus certâ ſe lege mouentes,

Suſpenſoſque nouis greſſibus ire pedes.

Saltatio. *La Danſe.*

- Duræ, ſtanteſque pupillæ.

Eminentes mammæ.

Et cum poſſe perit, mens tamen vna manet.

Voluntas peccandi remanet, cum abiit facultas.

EX ELEGIA SEXTA.

Contrectata diu crimina crimen habent.

Recolere crimina, crimen eſt.

- Quodque eſt vitabile nulli,
Feſtino greſſu vincere præſtat iter.

Citò vitam abſoluere.

GRAMMATICI XII.

De Fluuio glacie concreto.

POMPEIANVS.

Quà ratis egit iter, juncto boue plauſtra trahuntur;
Poſtquam triſtis hyems frigore juxit aquas.

MAXIMIANVS.

Suſtinet vnda rotã patulæ modo peruia puppi;
Vt concreta gelu marmoris inſtar hebet.

VITALIS.

Quas modo plauſtra premunt vndas, ratis ante ſecabat;
Poſtquam brumali diriguere gelu.

BASILIVS.

Vnda rotam patitur celerem, modo paſſa carinam;
In glaciem ſolidam verſus vt amnis abit.

ASMENVS.

Quæ ſolita eſt ferre vnda rates, fit peruia plauſtris;
Vt ſtetit in glaciem marmore verſa nouo.

VOMANVS.

Semita fit plauſtro, quà nauis adunca cucurrit;
Poſtquam frigoribus bruma coëgit aquas.

EVPHOBVS.

Orbita ſignat iter, modò quà cauus alueus exit?
Strinxit aquas tenues, vt glacialis hyems.

HILASIVS.

Amnis iter plauſtro dat, qui dedit ante carinæ;
Duruit vt ventis vnda, fit apta rotis.

PALLADIVS.

Plauſtra boues ducunt, quà remis acta carina eſt;
Poſtquam diriguit craſſus in amne liquor.

ASCLEPIADIVS.

Vnda capax ratiũ, plauſtris iter algida præbet;
Frigoribus ſæuis, vt ſtetit amnis iners.

EVSTHEMIVS.

Plauſtra viam carpũt, quà puppes ire ſolebant;
Frigidus vt Boreas obſtupefecit aquas.

IVLIANVS.

Quà puppes ibant adducunt plauſtra juuenci;
Pigrior vt cano conſtitit vnda gelu.

Ex iiſdem quoque Grammaticis *apud Pithœum proponuntur deſcriptiones diuerſa*, Ortus Solis *pag.* 164. Signorum Zodiaci 167. & 175. quatuor tempeſtatum anni 170. duodecim menſium anni 174. Denique Ventorum, *Quas prætermittimus; quia in his copia quidem, acumina minùs elucent.*

AMOENVS.

Ex Enchiridio vtriuſque Teſtamenti.

EX VETERE.

Ore columba refert ramum viridantis oliuæ:
Coruus enim ingluuie per fœda cadauera captus
Hæſerat; illa datæ reuehit noua gaudia pacis.

Coruus, & Columba emiſſi ex Arca Noëmi.

-Emptum
Spelæum, ſanctæ requies vbi parta fauillæ eſt.

Spelunca ad Hebronem, *vbi Patriarcharum ſepulchra.*

Sentibus inuolitans Deus igneus. *Rubus Moſis.*

Ecce Dei famulis ſciſſim freta rubra dehiſcunt. *Mare Rubrum dat viam Hebrais.*

Scripta decem verbis ſaxorum pagina-

Tabula Legis Moſaïca.

Panibus Angelicis albent tentoria patrum.

Manna cadit de cœlo.

Aſpera guſtatu populo ſitiente lacuna,
Terrificos latices ſtagnanti felle tenebat.

Aqua amara.

Hoſpita Sanctorum meretrix.

Raab celans exploratores.

EX NOVO TESTAMENTO.

-Præſepe jacenti Cuna erat.

Chriſtus naſcitur in præſepio.

Morborum medicina latex.

Piſcina probatica, aut Siloë.

-Fluctuſque liquentes Calce terit.

Ambulat ſuper mare.

Porcorum furiare greges.

Dæmones in porcos retruſi.

Implentur minimo micarum fragmine corbes
Biſſeni, æternæ tanta eſt opulentia menſæ!
Multiplicati quinque panes, & duo piſces.
-Tergum daret vt ſeruire flagellis.
Vt Chriſtus flagellaretur.
Tunc duo diſcordant crucibus hinc, inde Latrones
Contigui; negat ille Deum, fert ille coronam.
Latrones duo cum Chriſto bonus, & malus.
Trajectus per vtrumque latus laticem, atque cruorem
Chriſtus agit, ſanguis victoria, lympha lauacrum eſt. *Perfoſſum Chriſti latus.*

EX PASSIONE S. STEPHANI.

Plagaque fixa ſolet mentes armare viriles.
Martyres ex plagis fortiores.
Atque pudore recens creſcit de vulnere virtus.
Plaga Martyrum glorioſa.

Ex Carmine Sancti Martini, de Ægyptio per Deum liberato.

Artis inops ſtupidus reſilit de puppe magiſter.
Nauclerus relinquit clauum.
Prora bibit, dum nauta vomit. *Naue jactatâ.*
-Liquidi ſtetit area campi. *Sedatur mare.*
-Trabe curritur æquor amicum.
Fit proſpera nauigatio.

Ex Carmine de Leontio Epiſcopo, reddito Eccleſiæ Burdegalenſi.

Grauat Sacerdos ordinem
Qui Epiſcopatum ſic petit.
Indignus eſt Sacerdotio, qui malis artibus prenſat Epiſcopatum.

CAPVT II.

ACVTE DICTA CARMINVM quorum AVCTORES IGNORANTVR.

§. I. *Profanorum Poëtarum.*

MORETVM
A quibuſdam affictum Virgilio.

EXcubitorque diem cantu prædixerat ales.
Imminebat dies.
Veſtigatque focum læſus quem denique ſenſit.
Tactu explorat ignem.
Et cinis obductæ velabat lumina prunæ.
Le feu eſtoit couuert.
Oppoſitâque manu lumen defendit ab aurâ.
Cauet ne lucerna extinguatur.
Tunſa ceres ſilicum rapido decurrit ab ictu.
Farina cadit ex moletrino.
Afrâ genus, totâ patriam teſtante figurâ,
Torta comam, labroque tumens-
Serua Africana.
-Ac remanent ſummo purgamina dorſo,
Subſidit ſincera, foraminibuſque liquatur
Emundata ceres. *Il ſace la farine.*
Contrahit admixtos nunc fontes, atque farinas
Tranſverſat durata manu. *Il pétrit la paſte.*

Durati ſale terga ſuis, truncique vacabant.
Du lard fumé.
Exiguus ſpatio, variis ſed fertilis herbis.
Hortulus ferax.
-Et capiti nomen debentia pora. *Aliter* cepe. *Des poireaux.*
Et grauis in latum demiſſa cucurbita ventrem.
Des courges, ou des citroüilles.
Venales humero faſces portabat in Vrbem,
Inde domum ceruice leuis, grauis ære redibat.
Venditis oleribus ſuis.
Et ſummis ſpoliat coriis.
Il oſte la peau aux aulx, & aux oignons.
-Piſtillo primùm fragrantia mollit
Allia. *Il les broye dans vn mortier.*
Atque iterum commiſcet opus, mixtumque retractat. *Il ſe tourne, & retourne.*
Sub iuga parentes cogit lorata iuuencos.
Il attelle ſes bœufs à la charruë.

MONASTICA DE MORIBVS.

Naufragium rerum mulier malefida marito.
Euertit ſuam domum.
Tu ſi animo regeris, Rex es; ſi corpore, ſeruus.
Libidinoſus, ſeruus eſt; ſapiens, imperat.
Audit quod non vult, qui pergit dicere quod vult. *Reponitur conuicianti, conuicium.*
Vel bona contemni docet vſus; vel mala ferri.
Experientia magna magiſtra.
Quantò maior eris, tantò moderatior eſto.
Fortunati debent eſſe moderati.
Criminis indultu ſecura audacia creſcit.
Ex impunitate creſcit improbitas.
Semper pauperies, quæſtum prædiuitis auget.

Pauperes diuitum ſunt præda.

Terrâ omnis patria eſt, quâ naſcimur, ac tumulamur. *Patria nomen inane eſt.*

Aſpera perpeſſu, fiunt jucunda relatu.

Dulce eſt narrare mala tolerata.

EPIGRAMMATA

Quæ edidit in collectione ſuâ Veterum Poëtarum anno 1590. Petrus Pithœus.

DE PAVPERTATE.

Nullus inops ſapiens; vbi res ibi copia ſenſus;
Res ſapiunt, pauper nil niſi pauper erit.
-Quamque inopem, tam pudet eſſe probum.

Diuitiæ tantùm ſunt in pretio.

DE VITA TRANQVILLA.

Eſt mihi rus paruum, fœnus ſine crimine paruum;
Sed facit hæc nobis, vtraque magna quies.
Pars ego ſum plebis, nullo conſpectus honore,
Dum viuam dominus temporis ipſe mei.

Vix priuatus tenui fortunâ contentus.

Viue, & amicitias Regum fuge, &c.
Ingentes dominos, & famæ nomina claræ,
Illuſtrique graues nobilitate domos.
-Ex alto magna ruina venit.

Fuge Magnatum amicitias, magnamque fortunam.

Vni viue tibi, nam moriere tibi.

Te vnum reſpice.

Imum cruſta tegit quod pretioſa locum.

Pauimentum pretioſum.

Turpe eſt nil domino turpius eſſe ſuo.

Pulchra domus hominis deformis.

DE SPE.

Spes fallax, ſpes dulce malum.
Spes ſtat in extremis officioſa malis:
Sola tenet miſeros. Sola perit nunquam.
Spes vltima hominem deſerit.
Et quos decepit, decipit illa tamen.
Homines ſibi illudi ſinunt.
Spes Marium mouit turpi ſe credere limo,
Et tantùm furto viuere velle virum.
Marius latens in palude Minturnenſi.
O Superi! quæ fuit iſta dies?
Quâ Marium vidit ſupra Carthago iacentem;
Tertia par illis nulla ruina fuit.
Carthago, & Marius ſibi faciebant inuidiam.
Spe duce per medias enauit Dædalus auras,
Et noua mirantes terruit ales aues.
Dædalus volans in aëre.

DE LITTERARVM ÆTERNITATE.

Pyramides medio quas fugit vmbra die.
Quia in meridie nullam faciunt vmbram.
Et Mauſoleum miſeræ ſolatia mortis.
Monumentum poſitum mortuo.
Ingenio mors nulla nocet-
Illæſum ſemper carmina nomen habent.
Viuitur ingenio, & ſcriptis.

LAVDES CALIGVLÆ IMPERATORIS.

In caſtris natus, patriis nutritur in armis,
Iam deſignati Principis omen erat.
Caligulæ debitum Imperium.

CLAVDII IMPERATORIS.

Qui finis mundi eſt, non erit Imperio.
Pars eſt Imperij, terminus ante fuit.
Conjunctum eſt quod adhuc Orbis, & Orbis erat. *Britannia adjecta Romano Imperio.*

NARSETIS

NARSETIS DVCIS.

Quàm bene curuati directa eſt ſemita pontis,
Atque interruptum continuatur iter!
Calcamus rapidas ſubjecti gurgitis vndas,
Et libet iratæ cernere murmur aquæ.

Via Salaria ponte iuncta à Narſete.

Qui potuit regidas Gothorum ſubdere mentes,
Hic docuit durum flumina ferre iugum.

Fluuius ponte iunctus à Narſete.

STATVÆ GRÆCORVM.

Hîc Superûm formas, Superi mirantur & ipſi;
Se cupiunt fictis vultibus eſſe pares.

Elegantes Deorum in Graciâ Statua.

VITVPERIA & IOCI IN CANINIVM.

Vigilantem habemus Conſulem Caninium;
In Conſulatu ſomnum non vidit ſuo.

Conſul paucarum horarum.

IN IVLIVM CÆSAREM.

Conſule non Bibulo quidquam, ſed Cæſare factum eſt;
Nam Bibulo fieri Conſule nil memini.

Bibulo eiecto ſcriptum, Caio & Caſare Coſſ.

Brutus quia Reges ejecit, Conſul primus factus eſt:
Hic quia Conſules ejecit, Rex poſtremò factus eſt.

Adſcriptum ſtatua Caij Caſaris.

IN TIBERIVM.

Et dic, Roma perit, regnabit ſanguine multo,
Ad regnum quiſquis venit ab exilio.

Quondam in Rhodo exul.

Aſper, & immitis, breuiter vis omnia dicam?
Diſpeream ſi te mater amare poteſt.

Inuiſus etiam Liuia matri.

Faſtidit vinum, quia jam ſitit ille cruorem;
Tam bibit hunc auidè, quàm bibit ante merum. *Dictus Biberius Mero.*

In Clavdivm.

Aurea mutaſti Saturni ſæcula, Cæſar;
Incolumi nam te ferrea ſemper erunt.
Ob eius ſtupiditatem.

In Neronem.

Roma domus fiet, Veios migrate, Quirites,
Si non & Veios occupet vna Domus.
Domus Neronis ampliſſima.

Quid neget Æneæ magna de ſtirpe Neronem?
Suſtulit hic matrem, ſuſtulit ille patrem.
Suſtulit, hoc eſt *occidit* vel *portauit.*

EPITAPHIA

Græci cvivsdam.

A cane non mirum eſt ſubitò periiſſe Pelaſgum;
Nam rabies Hecubæ durat in Argolicos.
Græcus à cane morſus interijt.

Servi Ægyptii.

Cuſtodem hunc Ditis debet habere domus.
Ob vultus colorem fuſcum.

De Vrbivm rvderibvs.

Et magnum infelix nil niſi nomen habet.
Deſolata Græcia.

Magnarum rerum magna ſepulchra iacent.
Pereunt etiam ruinæ ſepulchrorum.

-Hoc potero dicere, Roma fuit.
Peribit Roma.

Catonis Vticensis.

Ne mirere ſacri deformia buſta Catonis:
Viſuntur magni parua ſepulchra Iouis.
Catonis vilis tumulus, vt Iouis.

POMPEIORVM.

Magne premis Libyam, ſortes tuæ pignora nati
Europam atque Aſiam; nomina quanta jacent!
Quàm latè veſtros duxit Fortuna triumphos;
Tam latè ſparſit funera, Magne, tua.
Triumpharat de tribus Mundi partibus.
Pompeius totum victor luſtrauerat Orbem;
At rurſus toto victor in Orbe jacet.
Membra Pater Libyco poſuit malè tecta ſepulchro;
Filius Hiſpanâ vix adopertus humo.
Sexte, Aſiam ſortite tenes; diuiſa ruina eſt,
Vno non poterat tanta jacere ſolo.
Aut Aſia, aut Europa tegit, aut Africa Magnum.
Quanta domus, toto quæ jacet Orbe, ruit!
Partem quiſque ſuam, nunc quoque victus habet.
Victores victâ nunc potiuntur humo.
Diſtribuit magnos mundo Fortuna ſepultos;
Ne ſine Pompeio terra ſit vlla ſuo.
Pompeij ſepulti in tribus Mundi partibus.
Quantus tam paruo, qui tegeris tumulo!
Vilis tumulus Pompeij in Ægypto.

AVGVSTI.

Quantùm ingens Orbis, quantùm Iouis alta poteſtas,
Tantus in Orbe fui-
Vix Cœlum Superis, & Sidera ſumma reliqui.
Æqualis Dijs vixi.

RVFI.

Hic ſitus eſt Rufus, pulſo qui Vindice, quondam,

Imperium aſſeruit, non ſibi, ſed patriæ.

Qui Vindicem ſuſtulit, ſub Nerone.

ALEXANDRI MAGNI.

Sufficit huic tumulus, cui non ſuffecerat Orbis;
Res breuis huic ampla eſt, cui fuit ampla breuis.
Abſcondit tantùm putris arena virum.

Alexander tandem contentus tumulo.

HERSILI, & MARVLLÆ.

Herſilus hic jaceo, mecum Marulla quieſcit,
Quæ ſoror, & genitrix, & mihi ſponſa fuit.
Me pater ex natâ gênuit, mihi jungitur illa,
Sic ſoror & conjux, & fuit illa parens.

Qui ſororem ſuam ſimul & matrem duxit vxorem.

VITALIS MIMI.

Fingebam vultus, habitus, & verba loquentûm:
Vt plures vno crederes ore loqui.

Mimus omnia imitans.

MILITIS BATAVI.

Exemplo tibi ſum, primus qui talia geſſi.

Vir fortis, & induſtrius ſub Trajano.

CVIVSDAM IN VRBE ARIMINO.

Hîc ſunt membra quidem, ſed famam non tenet vrna.
Nam durat titulis neſcia fama mori.
-Cùm membra recedunt,
Neſcit fama mori.

Vir magnus corpore tantùm ſepelitur.

Cunctis mente pater, *Diligebat omnes.*

FORTVNATI CVIVSDAM.

Quod omnes rogant, ſed felices impetrant.

Bene mori.

IMPOSTORIS.

Fæx hominum, fraus totus homo jacet; ecce jacenti
Nocte dat excubias noctua, luce canes.

Tumulus dignus vitâ.

DIVERSORVM.

Plaudite jam ſteriles, ſoboles hanc perdidit, & ſic
Sæpe ſolent ramos perdere poma ſuos.

Mulier in partu moriens.

Altior inuidiâ eſt, qui non ſuccumbit honori.

In honore humilis.

Parua tibi, conjux, magni ſolatia luctus,
Hunc tumuli titulum mœſta Serena dicat.
Dulcis vita fuit tecum, comes anxia lucem
Æternam ſperans, hanc cupit eſſe breuem.

Vxor optans citò mori poſt maritum.

Vix lucem vidiſſe ſatis, qui viuere poſſet;
Viuere quæ nollet vix potuiſſe mori.

Frater triennis elatus, cujus ſoror annis vixit 80.

FILII MORTVI ANTE PATRES.

Accepit tumulos, qui dare debuerat.
Quod decuit natam patris præſtare ſenectæ,
Hoc contra natæ præſtitit ante pater.
Quæ mihi debebas ſupremæ munera vitæ,
Infelix ſolui nunc tibi, nate, parens:
Quod tum parenti facere debuit filius,
Mors immatura fecit vt faceret parens.

Parentes ſepelientes filios ſuos.

VARIORVM.

Auxiſti meriti nobilitate genus.

Nobilis magni ingenij.

Clauditur infelix falſo cognomine dicta.

Felicitas mulier.

Reddebar veſtris in vultibus, ipſaque per vos
Tempora credebam lapſa rediſſe mihi.
Pater viuit in filijs.
Nate, petes iterum infelicis viſcera matris,
Quem mater famelica comedit.
Fœmina fortunâ celſior ipſa ſuâ.
Mulier in filij ſui morte conſtans.
Sic dolor in paruo creſcit referente ſepulchro.
Tumulus puelli, magni cauſa doloris.
Mors animam eripuit, non vitæ ornatum abſtulit. *Glorioſè mortuus.*
Tu columen rerum, ſemper tu cura mearum,
Nunc eris & luctus tu quoque cauſa mei.
Sic filius in morte patris.
PHILOMELÆ.
Nos dormire facit, ſe vigilare docet.
Nocte canens luſcinia.
CATELLÆ.
Candenti ex lapide hæc tibi conuenit vrna fuiſſe,
Candida tota fide, candida tota pilo.
Si Cœlum vt quondam canibus patet, haud tua terras
Incendet, ſed Ver ſtella perenne dabit.
Catella candida, & fidelis.
ANATHEMATA.
-Terris excedere juſſit
Haud partem exiguam montis, Pontoque tumenti
Credidit. *Obeliſcus ex Ægypto delatus Romam.*
Auguſti jacuit donum, ſtudiumque locandi,
Non faſtu ſpreti. *Iacuit hactenus.*
Emicuit pulſatque polos-
Excitatus eſt Obeliſcus.

DE PHOENICE.

Nec tumulus creſcit, nec caua vallis hiat.
Locus planus, ſine colle, ſine monte.
-Et egeſtas obſita pannis. *Malè veſtita.*
Arbor Non lapſura ſolo mitia poma gerit.
Immortales fructus.
-Auis vnica Phœnix,
-Sed viuit morte refecta ſui.
Reſurgit ex morte.
Ac ſe reddiderint tempora longa grauem.
Quando factus eſt ſenex.
Tum ventos claudit pendẽtibus Æolis antris.
Nulli ſpirant venti.
Conſtruit inde ſibi, ſeu nidum, ſiue ſepulchrum.
Nidus Phœnicis, ſepulchrum.
-Perit vt viuat, ſe tamen ipſa creat.
Renaſcens ex ſuo cinere.
Protinus in ſtrato corpus mutabile nido,
Vitalique thoro membra quieta locat.
Nidum ſuum ſubit.
-Exequiis immoritura ſuis.
Quas ipſe conficit.
-Corpus genitali morte peremptum.
Morte rediuiuâ.
Ingentes oculos credas geminos Hyacinthos,
Quorum de medio lucida flamma micat.
Oculi eius vt gemma.
-Volucri
Cui de ſe naſci præſtitit ipſe Deus.
Phœnix ex ſe ortus.
Mors illi Venus eſt, ſola eſt in morte voluptas;
Ipſa ſibi proles, ſuus eſt pater, & ſuus hæres:

Nutrix ipſa ſui, ſemper alumna ſibi.
Phœnix ſibi pater, mater, nutrix.
Ipſa quidem ſed non eadem, quia & ipſa, nec ipſa,
Æterno vitam mortis adepta bono.
Phœnix ſemper idem, & alter; ſemper æternus.

IN LAVDEM SOLIS.

Nam Chaos eſt ſine Sole dies.
Dies ſine Sole eſt mera confuſio.
Hic regit Imperium mundi.
Sol mundi dominus.
- Iſtis reparata fauillis
Omnia Phœbeo viueſcere corpora tactu.
Sol vitæ principium in animantibus.
Hæc vitam de morte petit, poſt fata vigorem:
Naſcitur vt pereat, perit vt naſcatur ab igni.
Vna cadit totiens, ſurgitque ac deficit vna.
- Capitur radiis, & lumine Phœbi
Suſcipit immenſum rediviuâ morte calorem.
Phœnix ex cinere ſuo renaſcens.
Sol ſpeculum Cæli, diuini numinis inſtar.
Deum in terris repræſentans.
Sol facies mundi, Cæloque volubile templum.
Vera Dei ſedes.

PASIPHAES FABVLA.

Ex Verſibus omnibus Horatianis.
Optat in formam bouis
Conuertier vultus ſuos,

Et Prætides dicit beatas;
Ioque laudat non quod Iſis alta eſt,
Sed quod juuenca cornua in fronte eleuat.
Vult Paſiphaë in vaccam commutari.
Oraque jungere quærit ori.
Deoſculari vult Taurum.
Et amoris pudibundi maleſanis
Obſequitur votis.
Includit ſe ligneâ vaccâ.

IVDICIVM COCI ET PISTORIS VESPÆ IVDICE VVLCANO.

Procedit piſtor-
Canitiem capiti toti præbente farinâ.
Polline canis capillis.
Ordine primus ero, dictus quem palma ſequatur. *Referam victoriam.*
-Cocus Ore niger, ſtudio faciem mutante fauillâ. *Facie nigrâ ex arte.*
Gemmantem pennis ſolitus producere caudam. *Pauo caudam explicans.*

§. II.

ACVTE DICTA SACRORVM CARMINVM quorum AVTHORES IGNORANTVR.

DE LAVDIBVS CHRISTI.

CVius ad Imperium certis mare conſtitit oris;
Nec licet immenſo terris excurrere Ponto.
Qui terminos poſuit mari.
Atque nouos reditus nullo de ſemine naſci.
Prata ſine labore frugifera.
Sic annum placuit variis intexere formis.
4. *Anni tempeſtatibus diſtinxit.*
Sponte ſalutares de ceſpite ſurgitis herbæ,
Has pater ipſe ſerit nutu.
Herbæ ſponte naſcuntur.
Agnoſcuntque ſuum delecta cadauera nomen.
Mortui reſurgunt.
His tantùm clauſis quos impia turba notarit.
In Inferos detruſi damnati.
Exæquent vtinam ſua pignora patrem.
Sint filij ſimiles Patri.

DE BÆBIANI BAPTISMO, ET OBITV APRÆ.

Priùs ipſe captus vinculis mortalibus.
Prius diues mundo.
Opes & inter ſæculi pauper Deo.
Pauper ſpiritu.
- Ipſe culpator ſui,
Neganſque dignum gratiâ, dignum facit.
Pœnitens gratiam recipit.
- Sitientem flumina vitæ
Præcinctus puro perfudit Epiſcopus amne.
Baptizauit.
Ille Dei jam totus
- Satis hoc mihi domum
Quo potior. *Chriſtianus contentus Deo.*
- Latro felix, qui fine ſub ipſo
Confeſſus Chriſtum, meruit reus aſtra fidelis.
Bonus Latro.
Ecquid vita juuat, quâ moritur ſalus?
Vita cum periculo damnationis.
Ipſa fidem mortis ſuadet mora-
Quia diu in deliquio.
Mens pia dum fletur terris, gaudebat in aſtris.
Anima viri boni.
Et tamen æquævos fecerat vnus amor.
Senex maritus cum juueni vxore.
- Et te
In Cælum dextrâ ſollicitante vocat.
Vous fait ſigne de la main.

DE MOSIS CANTICO ET ALIQVOT HYMNIS.

Qui bellum tulit, obruitque fortes.
Hauſto Pharaone.
Dum colunt vnum meminere trino
Tres dare dona.
Magi adorantes Chriſtum.
Cum Chriſtus ſolium ſcandit ad arduum
Cælorum pius arbiter.
Chriſtus Cœlum aſcendens.

FINIS.

SYLLABVS

SYLLABVS
POETARVM LATINORVM
quorum ACVTE DICTA proponuntur in hoc Opere.

A.

ABLAVIVS. 46. 361
C. Abronius Silo. 31. 210
L. Accius. 4. 76
L. Afranius. 9. 102
C. Albinouanus. *Vide Pedo.*
Alcimus Auitus. 58. 481
Alcinoüs. 67. 557
S. Ambroſius. 50. 395
Amœnus. 69. 571
Andronicus. *Vide Liuius Andronicus.*
L. Annæus Florus. *Vide L. Florus.*
M. Annæus Lucanus. *Vide M. Lucanus.*
L. Annæus Seneca. *Vide L. Seneca.*
C. Apollinaris. *Vide C. Sidonius Apollinaris.*
C. Apollinaris. *Vide C. Sulpitius Apollinaris.*
Apollonius. *Vide Collatius Apollonius.*
Arator Diaconus, ſeu Subdiaconus. 61. 503
Arbiter. *Vide Petronius Arbiter.*
Aſclepiadius. 69. 570
Aſinenus. 69. 569
Aſterius. *Vide Turcius Feſtus Aſterius.*
L. Attius. *Vide L. Accius.*
Auguſtus Imperator. *Vide Octauianus.*
Auienus. 48. 367

Auitus. *Vide Alcimus Auitus.*
D. Auſonius. 50. 389

B.

De Baptiſmo Bæbiani, &c. *Incerti.* 70. 587
Baſilius. 69. 569
Beliſarius. 56. 470
M. Bibaculus. 16. 123
Boëthius. 59. 497

C.

Cæcilius. *Vide Statius Cæcilius.*
Valerius Cato. 12. 118
C. Valerius Catullus. 14. 121
T. Calpurnius Siculus. 45. 359
De Chriſto, *Incerti.* 71. 586
M. Tullius Cicero. 10. 103
Q. Tullius Cicero. 10. 106
Cilnius Mecœnas. *Vide Mecœnas.*
C. Heluius Cinna. 15. 122
Cl. Claudianus. 49. 374
Claudianus Mamertus. *Vide Mamertus.*
Petrus Collatius Apollonius. 63. 542
S. Columbanus. 62. 538
L. Columella. 33. 212
Corippus. 61. 514
Cornelius Gallus. 26. 186
Cornelius Seuerus. 28. 193
S. Cyprianus. 45. 356

D.

S. Damaſus *Papa.* 49. 386
Domitius Marſus. 17. 124
Dracontius. 53. 421
Drepanius Florus. 62. 540

E.

Elpidius. 58. 480
Endeleichius Rhetor. 50. 395
Q. Ennius. 3. 74
M. Ennodius Ticinenſis. 58. 489
Eugenius II. Toletanus. 62. 539
Euphorbus Symphoſius. 68. 560. & 570
Euſthemius. 69. 570

F.

Falconia. *Vide Proba Falconia.*
Fannius. *Vide Rhemnius Fannius.*
Feſtus Auienus. *Vide Auienus.*
Sept. Florens Tertullianus. *Vide Tertullianus.*
Floridus. 68. 557
L. Florus. 43. 349
Fortunatus. *Vide Venantius Fortunatus.*
S. Fulbertus Carnotenſis. 65. 554
M. Furius Bibaculus. *Vide M. Bibaculus.*

G.

Gallus. *Vide Cornelius Gallus.*
Gerbertus, *ſeu* Sylueſter II. 64. 553
C. Germanicus Cæſar. 29. 197
Gratius. 27. 191

H.

Hilaſius. 68. 564. & 570
Hincmarus. 64. 553
Q. Horatius Flaccus. 21. 135

I.

Italicus. *Vide C. Sillius Italicus.*
Iudicium Coci, & Piſtoris, &c. *Incerti.* 71. 585

Iulianus. 69. 570
D. Iuuenalis. 40. 334
Iuuencus Preſbyter. 48. 363

L.

D. Laberius. 11. 107. 118
Cæl. Lactantius Firmianus. 47. 362
Laurea Tullius. 17. 123
Liberius. 66. 470
Licentius Hipponenſis. 51. 397
Porcius Licinius. 13. 120
Liuius Andronicus. 1
M. Lucanus. 34. 238
C. Lucilius. 6. 90
T. Lucretius. 9. 102
Lupercus Seruaſtus. *Vide Sulpitius Lupercus Seruaſtus.*

M.

Mamertus. 56. 470
C. *vel* M. Manilius. 29. 200
Marcellus. 49. 385
Cl. Marius Victor. 54. 433
Marius Victorinus Afer. 48. 366
M. Val. Martialis. 39. 324
Martinus Dumienſis. 61. 518
Maurus. *Vide Terentianus Maurus.*
Maximianus. 69. 565. & 569
Mecœnas. 21. 134
Merobaudes. 51. 396
De Moſis Cantico, *Incerti.* 71. 588
Monaſtica de Moribus, *Incerti.* 70. 574
Moretum, *Incerti.* 70. 573

N.

C. vel Cn. Næuius. 2. 73
M. Olympius Nemeſianus. 45. 357
Numatianus. 52. 408

O.

Octauianus Cæſar Auguſtus. 17. 124
M. Aurel. Olympius Nemeſianus. *Vide M. Olympius Nemeſianus.*
P. Optatianus Porphyrius. 47. 362
P. Ouidius Naſo. 22. 149

P.

M. Pacuuius. 4. 76
Palladius Grammaticus. 68. 563. & 570
Palladius Rutilius Taurus Æmilianus. 67. 556
Paſiphaës Fabula, *Incerti.* 71. 584
Benedictus Paulinus. 55. 460
S. Pontius Paulinus. 54. 440
De Paupertate, &c. *Incerti.* 70. 575
C. Pedo Albinouanus. 27. 187
Pentadius. 67. 558
A. Perſius. 36. 277
Petronius Arbiter. 35. 273
Phædrus. 32. 211
M. Valerius Phocas. 35. 275
De Phœnice, *Incerti.* 71. 111
M. Accius Plautus. 5. 77
C. Plinius. 42. 348
Plotius Tucca. *Vide Tucca.*
Polyhiſtor. *Vide C. Iulius Solinus.*
Pompeianus. 69. 569
Porcius Licinius. *Vide Licinius.*
Porphyrius. *Vide Publ. Optatianus Porphyrius.*
Priſcianus Grammaticus. 60. 500
Proba Falconia. 52. 411
Sex. Aurel. Propertius. 25. 185
Proſper Aquitanicus. 54. 427
A. Prudentius. 51. 397

Pulex. 66. 555

Q

Quintus Tullius Cicero. *Vide Q. Tul. Cicero.*
Quintus Ennius. *Vide Ennius.*
Quintus Samonicus. *Vide Samonicus.*

R

Regianus. 68. 560
Rhemnius Fannius. 46. 361
Rufus Feſtus Auienus. *Vide Auienus.*
Ruſticus Elpidius. *Vide Elpidius.*
Rutilius Claudius Numatianus. *Vide Numatianus.*

S

A. Sabinus. 28. 197
Q. Samonicus. 44. 355
P. Scipio Africanus. 5. 76
Cæl. Sedulius. 53. 412
L. Seneca. 33. 213
C. Septimius Afer. 42. 348
A. aut L. Septimius Seuerus. 43. 350
Q. Serenus Samonicus. *Vide Q. Samonicus.*
Seuerinus Boëthius. *Vide Boëthius.*
Seuerus. *Vide Cornelius Seuerus.*
Seuerus Sanctus. *Vide Endeleichius Rhetor.*
C. Sidonius Apollinaris. 57. 470
C. Sillius Italicus. 36. 279
C. Silo. *Vide C. Abronius Silo.*
In honorem Solis Carmen, *Incerti.* 70. 584
C. Iulius Solynus Polyhiſtor. 67. 557
De Spe incerti. 70. 576
Statius Cæcilius. 4. 76
P. Statius Papinius. 37. 297
Sulpitia. 41. 348

C. Sulpitius Apollinaris. 43. 350
Sulpitius Lupercus Seruaſtus Iunior. 67 557
Sylueſter II. Papa. *Vide Gerbertus.*
Symphoſius. *Vide Euphorbus Symphoſius.*
P. Syrus. 11. 107

T

Theodulphus Aurelianenſis. 64. 548
Terentianus Maurus. 42. 349
P. Terentius. 7. 94
Sept. Flor. Tertullianus. 44. 350
Albius Tibullus. 25. 181
Plot. Tucca. 20
Tullius. *Vide Laurea Tullius, & Cicero.*
Turcius Feſtus Aſterius. 57. 479
A. Turpilius. 7. 94

V

Valerianus. 68. 557
C. Valerius Flaccus. 39. 319
L. Varius. 20. 134
M. Terentius Varro. 11. 106
P. Terentius Varro. 16. 123
Venantius Fortunatus. 62. 518
Victor. *Vide Cl. Marius Victor.*
Victorinus. *Vide Marius Victorinus Afer.*
P. Virgilius. 18. 124
Vitalis. 69. 569
Vomanus. 68. 564. & 570

EGo Andreas Castillon, in Prouinciâ Franciæ Prouincialis, Societatis Iesv Facultatem concedo vt Tractatus cui titulus eſt *Syntagma de veteribus Poetis Latinis præfixum Acutè dictis eorumdem Poetarum*, à P. Philippo Brietio compoſitus; & trium Societatis noſtræ judicio approbatus Typis mandetur. In quorum fidem has litteras manu meâ ſubſcriptas, & ſigillo Officij mei munitas dedi. Pariſiis 12. Martij 1664.

ANDREAS CASTILLON.

Extraict du Priuilege du Roy.

PAR Lettres Patentes de ſa Majeſté, données à Paris le 21. Iuin 1664. Signées d'Eavbonne, il eſt permis à François Mvgvet, Imprimeur & Libraire ordinaire du Roy, & de Monſeigneur l'Archeueſque de Paris, d'imprimer vn Liure intitulé, *Acùte dicta omnium veterum Poëtarum Latinorum*, composé par le R. P. Philippe Briet, de la Compagnie de IESVS. Et defenſes ſont faites à toutes perſonnes de quelque qualité & condition qu'elles ſoient, d'imprimer, ou faire imprimer ledit Liure, ny meſme d'en vendre de contrefaits, durant le temps & eſpace de ſept ans, à peine de deux mil liures d'amende contre chacun des contreuenans, de confiſcation des Exemplaires, & de tous dépens, dommages & intereſts, comme il eſt plus au long porté par leſdites Lettres.

Acheué d'imprimer pour la premiere fois le 23. Iuin 1664.

Les Exemplaires ont eſté fournis.

A01 1465284

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google